QU. SEPTIMII FLORENTIS

TERTULLIANI

APOLOGETICUM

ET

AD NATIONES LIBRI DUO

EX FIDE

OPTIMORUM CODICUM MANUSCRIPTORUM

AUT PRIMUM AUT DENUO COLLATORUM

CUM ADNOTATIONE PERPETUA

ET INDICIBUS

EDIDIT

FRANCISCUS OEHLER.

HALAE SAXONUM

SUMPTIBUS EDUARDI ANTON.

MDCCCXXXXIX.

GODOFREDO BERNHARDYO

ET

CAROLO THILONI

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Ne fugiat lectores quibus auxiliis sim usus in adornanda hac Apologetici et ad Nationes Librorum Tertulliani nova editione, ad manum fuere librorum manu exaratorum collationes horum:

1) Codicis Parisiensis Librorum ad Nationes, membran. saec. IX., Lugduni olim ad altare Sti. Stephani oblati ex voto Agobardi episcopi, bibliothecae deinceps Tornaesianae, dein Iacobi Gothofredi ICti, qui dono dedit bibliothecae regiae Parisiensi, cuius in Catalogo enumeratur tom. III, p. 160. n. MDCXXII. (Agob.)

2) Cod. Paris. Apologetici, membr. saec. X., olim Puteanorum fratrum, nunc Bibliothecae Nationalis. V. Catal. Biblioth. Regiae tom. III, p. 160. n. MDCXXIII. Optimi huius libri, iam pridem a Ludovico Carrione in Iacobi Pamelii usum, deinde a Desiderio Heraldo in suae Apologetici editionis commodum, sed ab utroque minus curiose, usurpati accuratam collationem una cum eius, qui supra memoratus est, Agobardini libri, institutam a Stephano Baluzio transscripsi mihi ex exemplo Baluziano editionis Operum Tertulliani Rigaltianae a. 1641., quod

hodie servatur in Biblioth. Reg. Monacensi n. 1471. (Put.)

3) Cod. Gothani Apologetici, Bibliothecae Ducalis n. M. 50, membr. saec. XII. vel XIII., optimae notae libri, quem ipse contuli. (Goth.)

4) Cod. Erfurtani, Bibliothecae Amplonianae n. 87., Apologetici, membr. saec. XIV. Etiam hunc librum ipse contuli. Facit plerumque cum Gothano et ex eodem fonte derivatus videtur. (Ampl.)

5) Cod. Oxoniensis, Collegii Baliolensis, Apologetici, Puteanco, Gothano et Erfurtano libris paulo deterioris, eiusdem cum his familiae. Huius libri variantes scripturae, a viro docto aliquo pridem excerptae et adscriptae sunt marginibus exempli editionis Apologetici Heraldianae, quod exemplum adservatur in Bibliotheca Academiae Gottingensis. n. E. 3, 6. Codicem Baliolensem illum memorat Montfauc. Biblioth. Bibliothecarum tom. I, p. 660. C. (Oxon.)

6) Cod. Erlangensis, olim Heilsbronnensis, Apologetici, membr. saec. XV. Huius libri, quem ipse contuli, variantes scripturae quamquam produnt recentioris aevi aliquam interpolatricem manum, tamen et solers plerumque et sagax ingenium. Eiusdem familiae videntur esse duo Leidenses illi Codd. MSS., quorum variantes scripturas excerpsit Sigeb. Haverkampius, sed multo deterioris sunt notae. (Erl.)

7) Cod. Fuldensis, qui hodie desideratur, Apologetici, quem ad textum editionis Barracanae a. 1588. curiose, ut solebat, contulerat olim Franc. Modius, cuius schedas edidit Franc. Iunius ad calcem suae editionis. Hanc Modii collationem a Rigaltio et Ha-

verkampio parum curiose usurpatam accuratius ego primus adnotavi. Fuldensis libri alioquin optimi textum sequi diversam et antiquiorem, ni fallor, quam quae in ceteris quotquot adhuc innotuerunt libris manu scriptis obtinuit Apologetici recensionem sat multa extant indicia. (Fuld.)

Editiones Librorum ad Nationes sedulo contuli:

1) principem a Iacobo Gothofredo accuratam, quae prodiit Genevae a. 1625. (Gothofr.)

2) Rigaltianam a. 1641. (Rig.)

Apologetici:

1) Rhenanianam primam a. 1521., cuius textus ab antiquiore Aldinae non discrepat. (Rhen.)

2) Gangneanam a. 1545., quae praebet fere textum tertiae Rhenanianae a. 1539. ex Cod. Gorziensi (Gorz.) emendatae una cum scholiis Beati Rhenani. (Gangn.)

3) Gelenianam a. 1550., ope Cod. Masburiensis emendatam. (Gelen.)

4) Barraeanam a. 1580. (Barr.)

5) Pamelianam a. 1579. (Pamel.) Pamelio ad manum fuere praeter excerpta ex Cod. Puteaneo a Ludovico Carrione ei procurata, variantes scripturae trium librorum manu scriptorum Vaticanorum (Vatic.), trium Belgicorum, Elnonensis Sti. Amandi (Elnon.), Gandavensis Sti. Bavonis (Gandav.), Leodiensis (Leod.), unius Pithoeani, qui et in Iunii scholiis passim commemoratur, (Pith.) et aliorum quae non nominatim citantur.

6) Heraldianam a. 1613., emendatam ope libri Puteanei et Bongarsiani (Bong.) alicuius. (Herald.)

7) Rigaltianam a. 1641., (Rig.) emendatam ex libri Fuldensis collatione Modiana et ex Puteaneo et Pithoeano. De Codd. MSS., ut ferebatur, olim a Fulvio Ursino collatis et excerptis, quorum variantes scripturas sub titulo „Emendationum Epidicticarum ad Opera Q. Septimii Florentis Tertulliani“ Wouwerenius publici iuris fecit quibusque nimis capi se passus est inter alios Nicolaus Rigaltius, vir alioquin acerrimi ingenii, res hodie iudicata est. V. quae disputavi in Jahn et Klotz Jahrb. 1849. p. 256 sqq.

8) Haverkampianam a. 1718. (Haverk.) Usus erat Haverkampius duobus libris scriptis Bibliothecae Publicae Lugduno-Batavae, quorum ex uno (Lugd. I. Cf. Catal. Biblioth. Publ. LBatavae p. 324.) paucula tantum excerpta adnotavit, alterius (Lugd. II. Cf. Catal. Bibl. Publ. LBatavae p. 376.) accuratiorem dedit collationem et editioni suae seorsum inseruit. Tertium codicem scriptum, quem „Agobardinum“ (Agob.) falso appellat, cuius collationem a Paulo Calomesio transscriptam in exemplum aliquod editionis Pamelianae Haverkampio commodaverat Franc. Fabricius, sat demonstratum (in Jahn et Klotz Jahrb. 1849. p. 255 sq.) a me arbitror non diversum fuisse ab Lugduno-Batavo altero.

Ad manus fuerunt praeterea editiones Jo. Ludovici de la Cerda, Franc. Iunii, Semmleri, Ritteri, aliae, fuit D. le Nourry docta in Apologeticum Dissertatio, fuerunt Wouwerenii Notae Epidicticae, emendationes Latini Latinii et aliorum, quod ideo iacto ne quis putet a me quicquam esse praetermissum unde aliquid commodi in meum opus redun-

daturum exspectari potuerit. Quamquam tot ac tantis his copiis ita erat utendum ut postulabat libri praescripta ratio, ut recisis omnibus quae necessaria non essent summae in interpretatione brevitati consultum videretur. Hinc et vocabulorum nove aut insolenter positorum explicationes pleramque partem ad indicem grammaticum relegandas censui.

Iam cum absolvi quae libro praefanda esse videbantur reliquum est ut Godofredi Bernhardyi, praeceptoris dilectissimi, aliquot iudicia et suspiciones subiiciam quas his diebus a V. Cl. mecum benigne communicatas hominibus doctis invidere nolui.

1. p. 3. ad hanc solam *speciem*, h. e. ad solum Christiani nomen sive ad Christianae fidei professionem.

p. 5. Testimonium — cessant et odisse] Haec sibi repugnant nec possunt eodem membro coniungi. Mutata distinctione scribe: Testimonium — condemnat. Cum omnes — cessant et odisse: ex his fiunt Christiani.

p. 7. In Diogenis verbis corr. *ἀγωνίζονται.* Alia peccata p. 12.

p. 8. dinumerant — vel astris imputant] Orationem mendosam esse vel mancam illud arguit, quod obiectum verbi *imputant* desideratur. Itaque coniungenda saltem *ipsos mentis malae impetus . . . imputant.* Sequitur ut ante *mentis* vel *ipsos* aliquid excidisse sumamus: etenim iure damnati solent crimina sua et male commissa agnoscere. Interim refingamus *inter semetipsos.*

2. p. 17. extr. Restituenda librorum scriptura *ratio aemulae rationis*, quam membrum continuum poscit. Nihili est *aemulae operationis.*

p. 18. *qui* parum convenit Tertullianeo sermoni. Distingue: ***Denique quid — Christianum? cur non et h.?***

ib. ***Christianus — crimen est***] Haec miseram traxerunt interpolationem, ***valde incestum — crimen est.*** Verba ***valde incestum*** si cum superioribus ***est nomen*** iungas, sensum fortem debilites: nam in illis ***est nomen*** supplendum nihil nisi ***reum.***

3. p. 19. Nego Lucium — Christianum] Sensus omnino perversus. At mutila librorum optimorum scriptura cum loco gemello ad Nation. I, 4. collata demonstrat Rigaltium recte sensisse. Porro utroque in loco item ut in c. 7. p. 42. ***ne*** dubitativum est, quem admodum Graecis μὴ indicativo aptum. Nam ***ne*** interrogantem praeponi neque Hildebrandus ostendit neque alius quicquam.

p. 20. ***quam lucidus*** ferri nequit.

p. 21. ***ut quisque hoc nomine emendatur, offendit***] Incredibilis sententia. Nemo enim nomine Christiani hominis emendabatur aut emendari creditus est. Invertendus ordo verborum: ***ut quisque emendatur, hoc nomine offendit.*** Supra: ***Ita nomen emendationi imputatur.***

4. p. 24. ***quo*** sententiam pervertit. Codicum scriptura ***quod*** declarat id quod res est: nonne illud praeiudicium, quasi lex quae mala sunt unice prohibeat, meo iudicio non potest obstare. Nempe leges quaedam et pravae sunt et rescinduntur.

p. 27. corr. recognoscuntur.

5. p. 29. ***annunciatum — revelaverat***] Locus ista emendatione nondum restitutus. Deest enim subiectum, quo referatur illud ***revelaverat.*** Sententia poscit: ***annunciatum sibi ex S. P. illic veritatem ipsius divinitatis revelatam.***

p. 31. ***sed qua et homo*** corrupta sunt.

6. *cultores* falsum est et repugnat scriptoris consilio, qui defensores veterum institutorum neget consultis maiorum obtemperare. Recte libri praestantiss. *ultores*, i. e. vindices. Similiter emendandus, qui nunc in manus incidit, Gratii v. 69. *cultorque feri Tirynthius orbis.* Ubi reponendum: *ipse deorum ultorque feri T. o.* Sub finem corr. *collaturam.*

p. 37. Nihil apud Augustinum aut Lucanum extat. De historia sacrorum Aegyptiorum Romam invectis unus omnium diligentissime tradit Zoega Nummi Aegypt. Imperat. p. 253 sqq.

ib. furias] Nomen depravatum. Nihil ad hunc locum Sabazia neque iuvant copiae Creuzeri aliorumque in annotatione congestae. In tanta Bacchi Italici obscuritate satis foret, *filias* si T. posuisset.

7. p. 39. Restitue *Sirenum* pro voce nihili *Sirenarum.*

p. 40. Recte Rigaltius, *dum divina servatur*, h. e. reservatur sive differtur.

p. 41. *Quia sapiens*] Ineptum est *quia* in tali conclusione nisi quis dictum aliquod intercidisse putet. Interim refinge *quare* vel *atquin.*

p. 42. *cetera rumoris* corruptum esse apparet. Sed *certa rumoris* dici non potuit nisi per oxymorum. Sufficit, opinor, *cetera rumoribus.*

8. p. 47. *ad proconsulatum Tiberii*] Vidit Scaliger quid res et antiquitas Romana posceret; nec Salmasii disputatio in Spart. Hadr. 3. p. 35. quicquam effecit nisi ut miremur nomen proconsulis, qui Tiberio principe Africam regeret, non ascribi. Scaligerum probat etiam Boettigerus, de sacrificiis Poenorum humanis tradens, Ideen zur Kunstmyth. I. p. 374. Possis tamen a ductibus litterarum proxime *ad proconsularem T.*

p. 51. *sacratos* repugnat verborum collocationi; nec postulat obiectum *signat.*

9. p. 54. Macedones suspecti — $\mu\eta\tau\acute{\epsilon}\varrho\alpha$] *suspecti* equidem suspectum habeo in notatione Macedonum, quos diverso moris impuri genere laborasse tradit scriptor Pythagoricus in Galei Opusc. myth. p. 712. Corrigendum videtur: *stupri periti.* Porro neque imperfectum ἤλαυνε cadit in Tertulliani consilium nec Graece dicitur in sensum obscenum ἐλαύνειν εἴς τινα. Potius coniecerim: ἔλαυνε δὶς τὴν μ.

10. p. 59. Vossio assentitur etiam Weichertus de Varii et Cassii Parm. vita p. 183. Equidem non adducor ut *Severus* nescio cuius ingenio subornatum credam. Sed Tertullianus lapsu memoriae Cassium Severum, cuius nomen longe notissimum erat, pro Cassio Hemina protulit.

p. 60. si quantum r. a.] Inducenda annotatio. Nam *si* per epanaphoram repetitur. Sic enim procedit oratio: *si quantum litterae docent, si quantum rerum argumenta;* h. e. si et litteris et argumentis rerum, quotquot extant, fidem habemus.

Attica hospitia] V. Macrob. I, 10. quo utitur Buttmannus Myth. II. p. 52.

11. p. 66. neminem integrum] Haec recte iungi dubito numquis exemplis ostendere possit. Corruptelam verborum lenissime removebit emendatio: *quem minime integrum.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI APOLOGETICVM.

APOLOGETICVM non APOLOGETICVS libri inscriptio est in Codd. MSS. meis omnibus, scilicet in Puteaneo (in quo pariter atque in Cod. Bibl. Coenobii Elnonensis St. Amandi n. 228., teste Sandero in Bibl. Belg. MSS. p. 51., reperitur inscriptum APOLOGYTICVM h. e. APOLOGITICVM., ut habet etiam Lugdunensis I., teste Catal. Bibl. Publ. Univers Lugduno-Batavae p 324., de qua vocabuli forma cf. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 225. et 307. Gloss. Vet. Erfurt. a me editum in Jahn et Klotz Archiv a. 1847. p. 262. „Apologiticum, excussabilem." Et apud Montefalcon. Bibl. Bibliothecarum tom. I., p. 524. in Catal. Bibl. Ambrosianae enumeratur aliqui codex inscriptus: TERTVLLIANI APOLEGITICVS.), Gothano, Amploniano, Erlangensi, Oxoniensi, quam quidem inscriptionem praeter hos, praeter Elnonensem et Lugdunensem I. tuentur etiam alii Codd. MSS. plurimi, ut Florentinus in Bandinii Catal. Codd. Latin. Bibl. Mediceo-Laurent. tom. I., p. 765., ut Vindobonensis in Steph. Endlicheri Catal. Codd. Philol. Latinor. Bibl. Vindobon. P. I., p. 193., ut Taurinensis (qui APOLOGETICON forma magis Graeca inscriptus) in Pasini Catal. Bibl. Reg. Taurin. Athenaei tom. II., fol. 6., ut liber olim Corbeiensis in vetere catalogo edito a Cl Haenelio in Naumanni Serapeo a. 1841. p. 107 sqq, ut denique illi quos Montefalconius in Bibliothecae Bibliothecarum tom. II., memorat, p. 1177. D. Monasterii Murbacensis in Alsatia, p. 1250. C. Monasterii B. M. de Becco, et p. 1269. C. Monasterii S. Ebrulphi Uticensis LIBER TERTVLLIANI SIC VOCATVR APOLOGETICVS inscriptio est Cod. Lugd. II., cuius variae lectiones appendicis loco in sua Apologetici editione dedit Sigeb. Haverkampius (v. Catal. Bibl Publ. Univers. Lugduno-Batavae p. 376. et LIBER TERTVLLIANI APOLOGETICVS titulum habuit liber Bongarsi, quo Heraldus est usus. De aliis libris manu exaratis quibus APOLOGETICVS masculina vocabuli forma inscriptum sit, etsi eius generis passim commemorantur (v. Montefalcon. Bibl. Bibl. tom. I., p. 69. 524. 628. tom. II., p. 1401. Catal. Bibl Regiae Paris. tom. III., p. 160. 172. 304. tom. IV., p. 504.), tamen non satis ubique constat,

quandoquidem, cum libri typis expressi omnes constanter APOLOGETICVS inscriptum ferant, saepius factum esse videtur, ut auctorum incuria ipsis quidem vetustis libris invitis masculina ea forma pro neutrali genuina in bibliothecarum indices et catalogos irreperet, quam quidem suspicionem firmat, ut unum exemplum afferam, Catalogus Bibl. Regiae tom. III., p. 160., ubi Puteaneus ille liber, cui APOLOGYTICVM inscriptum esse supra notavimus, sub vulgari inscriptione enumeratur Quod autem editores opusculi Tertullianei quotquot exstitere APOLOGETICVS constanter malebant quam APOLOGETICVM titulum indere, fecerunt, opinor, auctoritate Hieronymi, cuius in Ep. ad Magnum verba: „Quid Tertulliano eruditius? quid acutius? *Apologeticus* eius et Contra Gentes libri cunctam saeculi obtinent disciplinam" prae ipsius Tertulliani qui feruntur melioris notae libris calamo exaratis fidei privilegium merebant nullum. Sic enim quos Hieronymus l. l appellat Tertulliani „*Contra Gentes*" libros, hi ipsi in vetustissimo codice Agobardino appellantur „Ad Nationes" libri, sic quae idem Hieronymus in eadem epistola et in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. commemorat Arnobii Afri „*Adversus Gentes*" volumina, in ipso illo, qui unus aetatem tulit, antiquissimo Cod. MS. Regio n. 1661. nominantur „*Adversus Nationes*" libri. APOLOGETICVS vero ADVERSVS GENTES liber Tertulliani inscriptus est in editionibus fere omnibus, cui titulo Pamelius insuper addidit verba PRO CHRISTIANIS, auctoritate motus libri manuscripti unius Vaticani et Eusebii, Nicephori, Cedreni, apud quos passim citatur Tertulliani *ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ*. Codicum contra scriptorum unus tantum, quod sciam, illa verba: ADVERSVS GENTES tuetur Taurinensis ille supra memoratus, qui si Pasini Catalogo fides haberi potest, inscriptus est: TERTVLLIANI APOLOGETICON CONTRA GENTES. *Apologeticon* autem vel *Apologeticum* dictum esse ut apud alios *Satyricon*, *Policraticum* et similia non est quod fusius exponam.

---

1. Si non licet vobis, Romani imperii antistites, in aperto et edito ipso fere vertice civitatis praesidentibus ad

1) Caput primum in vett. Edd inscriptum est: DE IGNORANTIA, quae verba etiam in Codd. Put. Goth. Ampl. Oxon. reperiuntur quidem, sed ad inscriptionem ipsius libelli librariorum errore ita retrahuntur, ut iam titulus operis appareat: TERTVLLIANI APOLOGETICVM DE IGNORANTIA CHRISTI IESV vel ut Pamelii aliquot Codd. et meus Put. habent: T. A. D. I. IN CHRISTO IESV. Vatic. unus ap. Pamel inscriptum habet plenius:

iudicandum palam dispicere et coram examinare quid sit liquido in causa Christianorum, si ad hanc solam speciem auctoritas vestra de iustitiae diligentia in publico aut timet aut erubescit inquirere, si denique, quod proxime accidit, domesticis iudiciis nimis operata infestatio sectae huius obstruit

QVOD RELIGIO CHRISTIANA DAMNANDA NON SIT NISI QVALIS SIT PRIVS INTELLIGATVR. — *in aperto et edito, in ipso* Fuld. Erl. et edd. Rig. Haverk *in aperto et ipso* ed. Rhen. *in aperto et in ipso* ed. Gelen. Ego secutus sum Codd. Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Agob. Gorz. et edd. Gangn. Barr. Pamel. Herald. Imperii Romani antistites in vertice civitatis ad iudicandum praesidentes dicit praesides summos et ceteros magistratus; hallucinantur enim, qui per antistites putant pontifices, per verticem civitatis Romanum Capitolium sive Byrsam Carthaginis significari. Quare autem illis non liceat *palam dispicere* et *coram examinare* quid sit liquido in causa Christianorum, statim sequentia docent. Deplorata nempe videbatur haec propter praeiudicia et varia decreta, adeo ut nemo pro Christianis loqui non reformidaret et ita aperto patrocinio indigerent. — *palam despicere et* Erl. Lugd. II. 1 Vatic. *palam describere et* Lugd. I. Gorz. 1 Vatic. et edd. Gangn. Barr. In cett. recte *dispicere*, quod forense est verbum significans considerare, perpendere, examinare; cf. Ulpian. Dig. XIV, 1, 1. Gaii Instit. Comment. ed. Göschen. p. 56. Tertull. adv. Marcion. II, 15., Apolog. 15. initio et Contra Gnost. 10. — *quid sit liquido.* De usu verbum *esse* struendi cum adverbio adeas Intt. ad Sallust. Catil. 58, 9. Iug. 85, 6. Cf. ad Natt. II, 5. „*male est.*" — *si ad hanc solam tantum speciem* Fuld. *si ad hanc solam auctoritas* Erl. *sed ad h s. speciem* ed. Rhen. *Speciem* dicit genus causae vel casum, ὑπόθεσιν. Plin. Ep X, 64. Tertull. Exhort. ad Castit 1. Ulpian. Dig. IX, 2, 5. Paul. ib. XXXI, 1, 85. — *auctoritas vestri* Agob. In sqq. *de* praepositio instrumentalem habet vim, de quo usu v. Hand. Tursell II., p. 219 sqq. Hildebr. ad Apul. Met. VIII, 8 p. 668. et ad Arnob. I, 39. p. 61 sq. — *domesticis iudiciis animis operata* Fuld. *dom. indiciis nimis operata* Ampl. Oxon. et edd. Gangn. Barr. Pam. (sed ed. Colon. a. 1617. et in textu et in notis habet *iudiciis*) Herald., qui tamen in adnot. *iudiciis* corrigit. *indiciis nimis onerata* edd. Rhen. Gelen. *domest. iudiciis n. operata* Put. Bong. Goth. Erl. Lugdd. et edd. Rig. Haverk. *operata* praebent etiam Elnon. Gandav. et 1 Vatic. Operari cum dativo iunctum est incumbere, operam dare, neque saltem opus est ut *operata* participium hic passivo sensu positum sumamus, quo quidem sensu obviam est apud Tertull. de Praescript. Haeret. 29. — *infestatio sectae huius* Put. Goth.

defensioni: liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures vestras pervenire. Nihil de causa sua deprecatur, quia nec de condicione miratur. Scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire, ceterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in caelis habere. Unum gestit interdum, ne ignorata damnetur. Quid hic deperit legibus in suo regno dominantibus, si audiatur? An hoc magis gloriabitur potestas earum, quo etiam auditam damna-

Ampl. Erl. Fuld. Lugd. II. *sectae huius infestatio* edd omnes. — *obstruit defensioni* Put. Lugdd. edd. Herald. Rig. Haverk. (cf. Cic. pro Domo 44. Brut. 17. pro Sext. 9.) *obstruit viam defensioni* Goth. Ampl. Oxon edd. Rhen. Gelen. Gangn. Barr. Pamel. *obstat defensioni* Erl *obstruit os def.* Fuld. — Lacerda: Innuit recentem saevitiam quorundam, qui scilicet domestico iudicio in liberos aut servos suos (cf. infra cap 3.), eo quod Christianorum sectae nomen dedissent, aliquid atrocius statuerant, quasi inde contracta asperitate allatis domo praeiudiciis ad ipsa tribunalia causis Christianorum iudicandis infestiores accederent. — *Nihil illa de causa* Fuld. et edd. Gangn. Gelen. Pamel. Barr. Herald Haverk. In edd. Rhen. et Rig., ut et in Codd. meis omnibus vox *illa* abest, fortasse aberat etiam in Fuld , certe in eo extare non diserte est notatum a Modio. In seqq. ed. Gelen. Paris. a. 1566. pro *deprecatur* vitiose *deprecaretur* praebet. Mox *Scit peregrinam vitam in terris agere* Lugd. II. — *Quid hic deperit* Lugdd Codd. MSS. Pamelii et mei omnes, edd. Pamel. Herald. Rig. *hic* h e. in hac re, vel hoc. *Quid hinc dep* edd. Rhen. Gangn Gelen. Barr. Haverk. et Cod. Fuld., de quo tamen non diserte adnotatum est. — *audiatur? hoc* Fuld. *an* particula delata. In Lugdd. et Goth. post *veritatem* nota interrog. non comparet. Hinc coni. Haverk.: *At hoc magis gl. pot. earum, quod* (in errat. corr. *quo*) *e. auditam d.v.* quod non opus erat. — *earum* (in Lugd. II. superscr. *legum*), *quo etiam auditam* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. Herald. Rig. Haverk. *earum*, *quod etiam inauditam* edd. Rhen. Gangn. Gelen Barr. et Cod. Fuld. de quo tamen non diserte adnotatum; *earum quo etiam inauditam* edidit Pamelius ex Codd. suis. Interrogatio acerbiorem continens ironiam vertenda sic: ob wohl die Macht dieser in dem Grade ruhmreicher sein wird (gloriabitur = gloriari poterit) als sie die Wahrheit sogar gehört verdammen werden? vel si magis placeat illud *An* accipere dictum pro *An non*, sic: Oder ist es nicht ruhmreicher sqq., uti locum intellexit Heraldus, cuius verba adscribo: Quo tandem modo legum vestrarum minuetur auctoritas, si Christiani audientur? An quia inauditos

bunt veritatem? Ceterum inauditam si damnent, praeter invidiam iniquitatis etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiae, nolentes audire quod auditum damnare non possint. Hanc itaque primam causam apud vos collocamus iniquitatis odii erga nomen Christianorum. Quam iniquitatem idem titulus et onerat et revincit qui videtur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam ut oderint homines quod ignorant, etiam si res meretur odium? Tunc etenim meretur, cum cognoscitur an mereatur. Vacante autem meriti notitia, unde odii iustitia defenditur, quae non de eventu, sed de conscientia probanda est? Cum ergo propterea oderunt homines, quia ignorant quale sit quod oderunt, cur non liceat

damnare βασιλικώτερον videtur καὶ δεσποτικώτερον haecque in re maior est et exertior legum potestas? Atqui longe amplioris atque etiam solutioris potestatis est, innocentiam quamvis auditam ac probatam damnare? Illud *quo* explicandum est per ellipsin comparativi *magis*, de qua cf. in universum Hildebr. ad Apul. tom. II., p. 361. et ad Arnob. V, 2. Cf. quae adnotavi ad Natt. I, 4. et 7. — *damnare non poterant* (Iun. suspic. *poterunt*). *Hanc igitur primam* Fuld. *non possunt. Hanc itaque* Erl. Oxon. In reliquis libris tam scriptis quam editis extat *damnare non possint. Hanc itaque.* — *apud nos colloc.* Lugd. II. et Agob. — *iniquitatis odii* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Fuld. edd. Herald. Rig. Haverk. Probaverat iam olim Carrio. *iniquitatis et odii* Erl. *iniquitatis*, *odium* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. *nomen Christianorum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Lugd. II. et edd. Herald. Rig. *n. Christianum* Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Haverk. Haec igitur, ait, prima causa, qua iniquitatem odii erga nomen Christ. convincimus. Mox *ignorantiae scilicet* Bong. pro *ignorantia scilicet.* — *meretur odium* habent Codd. Pamel. et mei omnes, edd. Rhen. Gelen. Herald. Rig. Haverk. *mereretur odium* edd. Gangn. Barr. Pamel. Mox Erlang.: *Tunc enim meretur* et paulo post Erl. Lugd. II. Agob.: *agnoscitur*, pro *cognoscitur.* — *propterea oderunt homines* reposui ex Put. Goth. Ampl. Erl. neque aliter Cod. Fuld., et ed. Haverk. nisi quod *homines* omittunt, quod voc. delet etiam Agob. — *Cum e. p. oderunt.* De *cum* particula causali cum indicativo structa res nota est. Innumera eius Afri potissimum styli usus exempla suppeditari possent ex Tertulliani scriptis; cf. interim quae praebent Intt. ad Arnob. VII, 23. et quae Hildeb. ad Apul. tom. I., p. 531 sq. congessit ex scriptis Frontonis. Mox Agob. et Lugd. II. *quale sit quod oderint* pro *qu.*

eiusmodi illud esse, quod non debeant odisse? Ita utrumque ex alterutro redarguimus, et ignorare illos, dum oderunt, et iniuste odisse, dum ignorant. Testimonium ignorantiae est, quae iniquitatem dum excusat, condemnat, cum omnes qui retro oderant, quia ignorabant quale sit quod oderant, simul desinunt ignorare, cessant et odisse. Ex his fiunt Christiani, utique de conperto, et incipiunt odisse quod fuerant, et profiteri quod oderant, et sunt tanti quanti et denotamur. Obsessam vociferantur civitatem; in agris, in castellis, in insulis Christianos; omnem sexum, aetatem, condicionem, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen quasi detrimento macrent, nec tamen hoc ipso modo ad aestimationem alicuius latentis boni

s. qu. oderunt, et paulo post invertit Erl.: *eiusmodi esse illud quod* — *qui retro.* Familiare Tertulliano vocabulum *retro* pro antea, olim. Cf. infra capp. 2. 18. 21. 40. ad Nat. I, 4. — *quia ignorabant quale sit quod oderant, simul desinunt ignorare, cessant* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. I. et ed. Herald. *quia ign. qu. sit qu. od. simul cum des. ign cessant* Erl. *quia ignorabant, simul des. ign cessant* Fuld. et edd. Rig. Haverk. *quia simul des. ign. cessant* Lugd. II. Agob. ceteris omissis. *quia ign. quale esset quod od. simul ut desinant ign., cessent* edd. Rhen. Gangn. Barr., nec aliter edd. Gelen. et Pamel., nisi quod *desinunt* habent. — *de conperto* h. e. de re non ignorata, sciunt comperiuntque qualis sit res Chr., et ideo convertuntur fiuntque Christiani. — *tanti, quanti* h. e. tot, quot, frequentissimo Tertulliani usu. Cf. infra capp. 40. 50. *et* particulam, haud raro in hoc scriptore otiose positam, omittit hic unus Fuld. In seqq. *denotantur* habent Oxon. Ampl. Goth. (sed in hoc manu antiqua superscr *denotamur*, quod cett. Codd. mei et Pamelii omnes cum Fuld. Lugdd et edd. Pam. Rig. Haverk. agnoscunt) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. — *Civitatem obsess. vociferantur* edd. Rhen. Gangn Barr. *Obsess. vocif. civitatem* cett. edd. et Codd. MSS. quotquot novimus omnes. Mox: *in insulis ob Christianos* ed. Rhen. — *et dignitatem* Fuld Oxon. (sed non diserte de his adnotatum est) edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. *etiam dign.* Put. Goth. Ampl. Erl. et edd. Gelen. Pamel. *et iam dign.* Agob. Lugdd. et edd. Rig. Haverk. In seqq. *transgredi. Ad hoc* distinguunt Put. et Lugd. II. Mox: *quasi de tormento dolent* Lugd. I. pro: *quasi detrimento maerent.* — *nec tamen hoc modo ad* Put. Goth. Ampl. Oxon. *nec tamen ex hoc ipso modo ad* Fuld. *nec t. hoc ipso ad* Erl. Lugd. II. Acquievi vulgatae omnium edd. scripturae. Mox: *ad existimationem alicuius* Agob. Lugd. II.

promovent animos; non licet rectius suspicari, non libet propius experiri. Hic tantum curiositas humana torpescit; amant ignorare, cum alii gaudeant cognovisse. Quanto magis hos Anacharsis denotasset inprudentes de prudentibus iudicantes quam inmusicos de musicis! Malunt nescire, quia iam oderunt; adeo quod nesciant praeiudicant id esse quod, si sciant, odisse non poterant, quando si nullum odii debitum deprehendatur, optimum utique sit desinere iniuste odisse, si vero de merito constet, non modo nihil odii detrahatur, sed amplius adquiratur ad perseverantiam, etiam iustitiae ipsius auctoritate.

et paulo post ed. Gelen.: *labentis boni* pro *latentis boni*, et in seqq. *non libet rectius susp.* — *non licet propius* edd. Gelen. Pam. Mox edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *expediri* pro *experiri.* — *Hic tantum curiositas humana* Put Goth. Ampl. Erl. Fuld. Oxon Lugdd. edd Barr. Herald. Rig. Haverk. et Pamel, quae una tamen invertit *humana curiositas.* Edd. Rhen. Gangn. Barr: *Hic tantum urbana curiositas*, ed. Gelen.: *Sic t urbana curios.* habent. — *cum alibi gaudeant cognovisse* emendat Vonck. Lectt. Latt. p. 98., haud male; sed cum etiam vulgata probam sententiam praebeat, invitis quidem mss nihil muto. — *Amant ignorantiae* (sed rec. m. superscr. *ignorantiam*) *cum alii* Lugd. II. — Verba *quam inmusicos de musicis* deerant in Fuld., in quo totum hoc comma ita legebatur: *denotasset. Inprudentes de prud iudicantes malunt qui iam oderunt. Adeo praeiudicant id esse quod non poterant odisse si sciant, quando si nullum odii meritum deprehendatur* sqq. Mutilum. — *quam non musicos* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. In cett. ut in Codd. MSS. meis omnibus *inmusicos* vel *immusicos.* Μουσικοὺς generaliter appellant Graeci homines eruditos et humanioribus litteris expolitos, unde inmusici quos dicit Tertullianus erunt ἄμουσοι, ἀπαίδευτοι. Anacharsidis dictum quod innuere videtur Tertullianus servavit Diog. Laert. II, 8, 5.: θαυμάζειν δὲ ἔφη, πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγωνίζωνται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται. Mox ed. Gelen. *malint nescire.* — *Adeo quod nesciant* Put. Goth. Erl. Agob. Lugd. II. *Adeo quod nesciunt* Ampl. et edd. quos contuli omnes. De vi particulae *adeo* transitioni, ut dicunt grammatici, inservientis v. in universum Spalding. ad Quinctil. Inst. Orat. XII, 11, 16. Hand. Tursell I., p. 152. 3. Familiaris est ea sermoni Tertullianeo significatione vernacularum vocularum: sonach, somit, also. Cf. capp. 4 init et 22. init. — *odisse non poterunt* coni. Iun. Male; multo fortius hic est imperfectum tempus, quod Codd. tuentur, uti videtur, omnes. — *acquiratur. Ad persev. etiam iust. i. auctoritate abutuntur. Sed* edd. Rhen.

Sed non ideo, inquit, bonum, quia multos convertit: quanti enim ad malum performantur? quanti transfugae in perversum? Quis negat? tamen quod vere malum est, ne ipsi quidem, quos rapit, defendere pro bono audent. Omne malum aut timore aut pudore natura perfudit. Denique malefici gestiunt latere, devitant apparere, trepidant deprehensi, negant accusati, ne torti quidem facile aut semper confitentur, certe damnati maerent, dinumerant in semetipsos mentis malae impetus, vel fato vel astris imputant; nolunt enim suum esse,

Gangn. Gelen. Barr. *iustitiae ipsius gloriae*. *Sed* Fuld. *inquit* sc. adversarius, frequentissimo Tertulliani, Arnobii aliorumque usu. V. Hildebr. ad Arnob. I, 9 Buenem. ad Lactant. de Ira c. 19. p. 1091. Bentl. ad Horat. Serm. I, 4, 79. Edd. Rhen. et Gangn. *inquiunt* praebent, et in Codd. Agob. et Lugd. II. *non* particula ante *ideo* est omissa. Mox Fuld.: *bonum praeiudicatur*, *quia multos*. — *performantur* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Herald. Rig. Haverk *reformantur* Fuld. prob. Haverk., cui ego non assentior. *praeformantur* edd. Rhen. Gangn. Barr. Pamel. ex Codd., uti videtur, quibusdam suis. *quos rapit* h. e. quos malum ad se rapit. Mox Erl.: *pudore aut timore* et paulo post Lugd. I. *perfundit*. — *Denique* h. e. ut uno exemplo fungar. V. quae adnotavi de eo particulae usu in Tertulliani scriptis et apud ICtos satis frequenti ad Natt. I, 5. Cf. ad Natt. I, 10. II, 4. — Verba *devitant apparere*, quae tuentur mei Codd. omnes et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. Haverk., delevit Rig. in sua, ratione addita nulla. In seqq. pro *deprehensi* Fuld. *adprehensi* habet. — *certe condemnati moerent* edd Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Haverk. *certe damnati m.* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. Lugd. II. et Pamelii Codd. cum edd. Pamel. Rig. — *dinumerant in semetipsos mentis m. impetus*. Verbum *dinumerare* cum praepos. *in* cum accusativo structum hic est idem quod recolendo adnumerare et imputare. Dicit igitur maleficos certe damnatos maerere iamque apud sese recolendo et enumerando singulos quosque malae mentis impetus h. e. in maleficia atque facinora eruptiones sibi ipsis vel fato et astris imputare. Verto: wenigstens wenn sie verurtheilt, sind sie betrübt, rechnen und halten sich selbst die Ausbrüche ihrer Schlechtigkeit vor oder messen sie dem Zufall oder den Sternen bei. Alii aliter explicant. Lacerda disiunctim scribens *in semet ipsos* (Lugd II. et Agob. *in semet ipso* teste Haverk.) et verba *mentis malae impetus* ad verbum *imputant* trahens interpretatur: Recolunt, collustrant et recensent intus semetipsos h. e. acta sua. Alii

quia malum agnoscunt. Christianus vero quid simile? neminem pudet, neminem paenitet, nisi plane retro non fuisse. Si denotatur, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatus vel ultro confitetur, damnatus gratias agit. Quid hoc mali est, quod naturalia mali non habet, timorem, pudorem, tergiversationem, paenitentiam, deplorationem? Quod hoc malum est, cuius reus gaudet? cuius accusatio votum est et poena felicitas? Non potes dementiam dicere, qui revinceris ignorare.

2. Si certum est denique nos nocentissimos esse, cur a vobis ipsis aliter tractamur quam pares nostri, id est ceteri nocentes, cum eiusdem noxae eadem tractatio deberet

(ut Herald. Rig. Haverk.) scribentes iunctim *in semetipsos* cogitatione supplent „quae deliquerunt" vel simile quid, et verba *mentis malae impetus* cum sequenti verbo *imputant* struunt. Cf. ad Nat. I, 1. „exprobrant etenim quod erant in semetipsos, malae mentis ab innocentia transitum vel fato imputant." *dinumer. in semetipsis* Erl. *enumerant in semetipsos mentis m. ignaviam vel* Fuld. Latinii Viterb. coniectura: *deonerant semetipsos*, *mentis* supersedendum est. Mox Lugd. I.: *vel astris vel fato.* — *quia malum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Agob. Lugd. II. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *quod malum* Fuld. Erl. edd Rig. Haverk. — *Christianus vero quid simile?* (sc. facit) Goth. (a m. emend.) Put. Erl. Oxon. Lugd. II. et Pamelii Codd. cum edd. Gangn. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *Christianis v. quid simile?* Goth. Ampl. et edd. Rhen. Gelen. Barr. *Christianos vero nihil simile* Fuld. *Christianorum vero quid simile?* Lugd. I. Mox ed. Gelen.: *interrogatur* pro *interrogatus.* — *naturalia mali* Goth. Ampl. Fuld. Agob. Oxon. Codd. Pamelii et edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *natura alia mali* Put. Erl. Lugdd. *naturam mali* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Verba: *paenitentiam, deplorationem* absunt in Erl. — *Quod hoc malum est* Goth. Ampl. Lugdd. Agob. *Quid? hoc malum est* Put. Erl. Oxon. *Quid hoc mali est* edd. praebent omnes. Mox Fuld.: *et poena victoria.* — *non poteris dem.* Erl. sed punctis suppositis sub syllab. *ri* in voc. *poteris.* — *quod revinceris* Fuld. et edd. Rig. Haverk. In cett. et Codd. MSS. et edd. omnibus *qui revinceris.* —

2. *eiusdem noxietatis eadem* Fuld. et edd. Rig. Haverk. *eidem noxae eadem* Lugd. II. *eiusdem noxae eadem* Put. Goth. Ampl. Erl. Agob. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *debet intervenire* Fuld. Erl. *deberet provenire* edd. Rhen. Gangn. Barr. *deberet intervenire* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. et edd.

intervenire? Quodcunque dicimur, cum alii dicuntur, et proprio ore et mercenaria advocatione utuntur ad innocentiae suae commendationem. Respondendi, altercandi facultas patet, quando nec liceat indefensos et inauditos omnino damnari. Sed Christianis solis nihil permittitur loqui quod causam purget, quod veritatem defendat, quod iudicem non faciat iniustum, sed illud solum expectatur quod odio publico necessarium est, confessio nominis, non examinatio criminis: quando si de aliquo nocente cognoscitis, non statim confesso eo nomen homicidae vel sacrilegi vel incesti vel publici hostis, ut de nostris elogiis loquar, contenti sitis ad pronuntiandum, nisi et consequentia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, modum, tempus, conscios, socios. De nobis nihil tale, cum

Gelen. Pamel. Rig. Haverk. Mox: *Quodcunque dicimus* ed. Gelen. — *et proprio et mercenario ore utuntur* Fuld. *et proprio ore et mercenarii adv.* ed. Barr. — *et non examinatio* edd. Gelen. Pamel. Mox eaedem: *de alio nocente.* — *cognoscatis* Goth. Erl. Agob. Lugd. II. — *confessio eo nomine homicidae* edd. Rhen. et Barr. *confessio eo nomen homicidii vel sacrilegii* Lugd. II., nec aliter Lugd. I. nisi quod *confesso* habet. *confesso eo nomine* Gorz. edd. Gelen. Gangn. — *incesti publici* Lugd. II. et Erl. in quo etiam *hoste* pro *hostis* extat. — *eulogiis* Codd. MSS. et Pamelii et mei omnes, inter quos unus Goth. a m emend. sed antiqua superscr. habet *elogiis*, et ed. Rhen. *eclogiis* ed. Gelen. Pro *nostris* habent *vestris* Goth. Ampl. 1 Vatic. et ed. Pamel. *Elogia* sunt tituli, ut et glossaria vett. passim explicant. V. de hoc vocab. Intt. ad Arnob. IV, 36. Hildebr. ad Apul. Apol. c. 99. p. 628. Vales. ad Amm. Marcell. XIV, 5, 5. Intt. ad Petron. c. 52. et ad Sueton. Calig. 27. Locum verto sic: während wenn ihr einen Missethäter in Untersuchung habt, ihr nicht sofort, nachdem er sich zum Namen eines Mörders oder Heiligthumschänders oder Blutschänders oder Staatsfeindes (um von unsern Titeln zu sprechen) bekannt hat, befriedigt seid, um den Spruch zu fällen, ohne auch noch nach dem Näheren, damit Zusammenhängenden zu fragen sqq. Paulo post *ex consequentia* Oxon. *ad consequentia* Lugd. II. Agob. — *facti*, *numerum*, *locum*, *tempus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. Lugd. II. et ed. Pamel. *qu. facti*, *numerum*, *locum*, *modum*, *tempus* Fuld. (de quo tamen non discrte adnotatum est) Gorz. Lugd. I et edd. Gangn. Barr. et Haverk. *qu. facti*, *locum*, *tempus* ed. Gelen. *qu. facti*, *locum*, *modum*, *tempus* edd. Rhen. Herald. Rig. Voc. *numerum* explicant verba ad Nat. I, 2. „quotiens eadem egerit.“ — *consocios suos*

aeque extorqueri oporteret, quot, cum falso iactatur, quot quisque iam infanticidia degustasset, quot incesta contenebrasset, qui coci, qui canes adfuissent. O quanta illius praesidis gloria, si eruisset aliquem, qui centum iam infantes comedisset! Atquin invenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus cum provinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit tunc Traianum imperatorem, adlegans praeter obstinationem non sacrificandi nihil aliud se de sacramentis eorum conperisse quam coetus antelucanos ad canendum

Oxon. *consocios, socios* Lugd. I. Agob. Post voc. *socios* in Codd. incipit novum caput quod in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptum est: CONTRA INQVISITIONEM, plenius in 1 Vatic.: PERVERSITAS QVAE IN DAMNANDIS ET ABSOLVENDIS CHRISTIANIS OBSERVATVR. — *aeque extorquere* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. Haverk. In Codd. meis omnibus ut et in ed. Rig. *extorqueri* legitur. — *oporteret quod cum falso* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. Agob. *oporteret quod tamen falso* Erl. *op. quod de falso* Fuld. *oporteret, cum falso* edd. Rhen. Gangn. *oporteret quodcunque falso* edd. Gelen. Barr. Pamel. Herald. Rig. Haverk. Restitui genuinam scripturam ducibus Codd. Goth. et Ampl., in quibus alterum *quot* ante *quisque* desideratur et tertium illud ante *incesta* item atque in Put. et Lugd. II. *quod* scriptum legitur. — *concelebrasset* pro *contenebrasset*, quod omnes Codd. tuentur, habent edd. Rhen. Gelen. *Contenebrare* incestum proprie est tenebris tegere incestum et inde dictum pro admittere incestum per tenebras. Verbo *contenebrare* utitur Tertull. etiam de Praescr. Haeret. 12. cf. de Ieiun. 10. — *coqui* ed. Rig. praeter Codd. auctoritatem. — *gloria fuisset, si eruisset aliquem* Fuld. *gloria, si invenisset aliquem* ed. Gelen. De voc. forensi *eruere* cf. Iuret. ad Symmach. p. 154. — *Atqui* Fuld. Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. *Ad quam* Lugd. II. *Ad quin* Put. *At quin* Goth. Ampl. Oxon. (qui in seqq. *inveniemus*) *Atquin* edd. Pam. Rig. *Atque* ed. Haverk. *Atquin* h. e. quinimmo. Cf. adnot. ad Natt. I, 6. Mox: *de gradu pulsis* Fuld. — *ipsa tamen multitudine* sc. Christianorum. *ipse tamen perturbatus* voc. *multitudine* omisso Erl. *ita tamen mult. pert.* Agob. *tanta tamen mult. proturbatus* Lugd. II. — *de cetero* h. e. in ceterum, in posterum. Cf. Paul. Dig. XLVIII, 3, 10. Cod. Iustin. VIII, 54, 37. Senec. Ep. 78 med. *quid de ceteris* Fuld. In seqq. voc. *tunc* ante *Traianum* abest in sola ed. Gelen. — *de sacris eorum* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. *de sacramento eorum* Fuld. *de sacra-*

Christo et deo, et ad confoederandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam et cetera scelera prohibentes.

mentis eorum Put. Goth. Ampl. Oxon Erl. Lugdd. 2 Vaticani, Gandav. Elnon. ed edd. Herald. Rig. Haverk. V. de hoc vocab. Casaub. Exercitt. ad Baronii Annal. p. 478. Bünem. ad Lactant. I, 1, 19. Persaepe Tertull. eo vocab. pro sacris utitur; cf, ne multus sim, infra cap. 19. de Cor. Mil. cap. 11. — *Christo et domino* Lugd. II. *Christo et deo* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. et omnes edd. praeter Haverk., qui *Christo ut deo* reposuit (ex Fuld., ut quidem scribit, sed Fuld. hic facit cum cett. Codd. MSS.) et Gelen, in qua *et Christo et Deo* extat. *ut deo* probat et Scalig. ad Hieron. Chron Euseb. p. 207. una cum Heraldo ex loco Plinii: „Christo *quasi* deo." — *ad conferandam disciplinam* Ampl. *ad conferendam disc.* ed. Gelen. *ad confoederandam disciplinam* h. e. vitae et morum castitatem quasi foedere et sacramento sanciendam et conservandam. Sed cf. infra cap. 39. „disciplinam praeceptorum inculcationibus densamus." — *prohibentes* sc. Christianos. V. de toto hoc loco Plin. Epp. X, 97 et 98. Oros. VII, 8 Hieron. Chron. Euseb. ad a. m. MMCXXIV. p. 165. ed. Scal. ubi haec ita leguntur: „Plinius Secundus quum quandam provinciam regeret et in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset, multitudine eorum perterritus quaesivit de Traiano quid facto opus esset, nuncians ei praeter obstinationem non sacrificandi et antelucanos coetus ad canendum cuidam Christo ut deo nihil apud eos reperiri; praeterea ad confoederandam disciplinam vetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia et his similia. Ad quae commotus Traianus rescripsit, hoc genus quidem inquirendos non esse, oblatos vero puniri oportere." Euseb. Eccl. Hist. (cf. etiam eiusdem Chron. p. 209. ed Scal. et Nicephor. III, 17.) III, 33. Tertulliani verba sic transtulit: *Καίτοι εὑρήκαμεν καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐπιζήτησιν κεκωλυμένην· Πλίνιος γὰρ ὁ Σεκοῦνδος ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίου, κατακρίνας Χριστιανούς τινας καὶ τῆς ἀξίας ἐκβαλὼν, ταραχθεὶς τῷ πλήθει διηγνόει τί αὐτῷ λοιπὸν εἴη πρακτέον. Τραιανῷ οὖν τῷ βασιλεῖ ἀνεκοινώσατο λέγων, ἔξω τοῦ μὴ βούλεσθαι αὐτοὺς εἰδωλολατρεῖν, οὐδὲν ἀνόσιον ἐν αὐτοῖς εὑρηκέναι. Ἐμήνυε δὲ καὶ τοῦτο· ἀνίστασθαι ἕωθεν τοὺς Χριστιανοὺς καὶ τὸν Χριστὸν θεοῦ δίκην ὑμνεῖν καὶ πρὸς τὸ τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν διαφυλάσσειν, κωλύεσθαι φονεύειν, μοιχεύειν, πλεονεκτεῖν, ἀποστερεῖν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Πρὸς ταῦτα ἀντέγραψε Τραιανὸς, τὸ τῶν Χριστιανῶν φῦλον μὴ ἐκζητεῖσθαι μὲν, ἐμπεσὸν δὲ κολάζεσθαι"* — *ut* pro *et* reponere ante *Deo* sine ulla Codd. MSS. Tertulliani auctoritate ideo non sum ausus, quia facile fieri potuit, ut Eusebius et Hieronymus

Tunc Traianus rescripsit hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. O sententiam necessitate confusam! Negat inquirendos ut innocentes, et mandat puniendos ut nocentes. Parcit et saevit, dissimulat et animadvertit. Quid temetipsam censura circumvenis? si damnas, cur non et inquiris? si non inquiris, cur non et absolvis? Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur, in reos maiestatis et publicos hostes omnis homo miles est, ad socios, ad conscios usque inquisitio extenditur: solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio quam oblationem. Damnatis itaque oblatum

ipsi ex Plinii loco Tertulliani sive errorem sive non errorem corrigerent. — *necessitate* h. e. necessario; saepissime enim ponunt sequioris aevi scriptores ablativa substantivorum pro adverbiis, ut Arnob. II, 61. inutilitate II, 65. voluntate III, 10. indignitate. Ex Tertulliano exempla alio loco proponam. Nisi mavis *necessitatem* interpretari de animi angustiis, quibus obstrictus Traianus Romanorum civium odio simul et iustitiae satisfacere studuit. — *mandat puniri* Goth. Ampl. Oxon et edd. Rhen. Gelen Herald. Haverk. *mandat puniendos* Put. Erl. Gorz. Fuld. Lugdd. et MSS. Pamelii et edd. Gangn. Barr. Pamel. Rig. — *temetipsam censura* Put. Goth. Ampl Lugd. II. ed. Rig. *temetipsum cens.* Erl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. et Haverk. (qui tamen, ut ex adnot. eius apparet, *temetipsam* reponere in textu voluit) Mox Lugd. II. *dissimulat. sic animadvertit.* — *cur non et inquiris? cur non et absolvis, si non et inquiris? Latronibus* Lugd. II. Agob. ed. Gelen. *damnas, cur et non inquiris?* Erl. *damnas cur non inquiris?* ed. Pamel. In cett. tam Codd. MSS. quam edd. legitur ut in nostra ed. — *Latronibus investigandis* Lugd. II. Agob. ed. Gelen. Innuit latrunculatores et diocmitas. V. Intt. ad Iul. Capitol cap. 21. et inprimis Hildebr. ad Apul. I., p. 541. Iustinian. Novell. VIII. XXVIII et XXIX. ληστοδιώκτας et βιοκωλύτας appellat. De verbo activo *sortio* v. Non. p. 471. Merc. — *ad socios et conscios usque inqu.* Erl. *ad socios, ad consocios usque ad inquisitionem* Lugd I. *ad socios, ad consocios usque inquisitio* Lugd II. Agob. *ad s. ad consocios inquisitio usque* ed., Haverk. *ad s ad conscios inqu. usque* Fuld. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. *ad s. ad conscios usque inquisitio* Put. Goth. Ampl. edd. Pam. Rig. Mox *actura esset* Goth. Ampl. pro *esset actura.* — *quam oblatio* Erl et edd. Rhen. Gangn Barr Pamel. *quam oblationem* Put Bong. Goth. Ampl Fuld. Lugd. II. Agob. et edd. Ge-

quem nemo voluit requisitum: qui, puto, iam non ideo meruit poenam quia nocens est, sed quia non requirendus inventus est. Itaque nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quod ceteris negantibus tormenta adhibetis ad confitendum, solis Christianis ad negandum, cum si malum esset, nos quidem negaremus, vos vero confiteri tormentis compelleretis. Neque enim ideo non putaretis requirenda quaestionibus scelera, quia certi essetis admitti ea ex nominis confessione, qui hodie de confesso homicida, scientes homicidium quid sit, nihilominus ordinem extorquetis admissi: quo perversius, cum praesumatis de sceleribus nostris ex nominis confessione, cogitis tormentis de confessione decedere, ut negantes nomen pariter utique negemus et scelera, de quibus ex confessione nominis praesumpseratis. Sed, opinor, non

len. Herald. Rig. Haverk. — *Damnatis itaque* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. I. et II. Agob. Fuld. In edd. est *Damnatis ergo*. — *meruit poenam ideo* Erl. *meruit ideo poenam* Fuld. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. In reliquis omnibus: *ideo meruit poenam*. Mox Oxon: *quia innocens est*, et paulo post ed. Rhen. *inventus. Itaque.* — *tormenta adhibetis* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. *adhibetis tormenta* edd. omnes. — *nos ergo confiteri* Lugd. II. *non vero conf.* ed. Rhen. sed in mg. emend. *vos vero conf.* — *ideo putaretis non requirenda* ed. Gelen. Pamel. dubito an ex Codd MSS. auctoritate. Licentiam aliquam sibi in cóllocanda negatione indulget interdum Tertullianus. Sic paulo supra in verbis: „quando si de aliquo nocente cognoscitis, non statim — — — contenti sitis“ sqq. Verto: Denn ihr würdet nicht annehmen (dürfen), dass Verbrechen desshalb nicht durch Untersuchungen zu erforschen seien, weil ihr Gewissheit hättet, dass sie schon mit dem Geständnisse des Namen begangen werden, — ihr (würdet dies nicht annehmen dürfen) die ihr heutigen Tags sqq. — *homicidium quo cito quod scit* Lugd. II. Haverk. emend. *h. quaesitum quod sit*. *h. quod sit* Ampl. edd. Gelen. Pamel. *h. quid sit* Put. Bong. Goth. (plene scriptum) Fuld. Oxon. et cett. edd. — *hominem extorquetis* vitiose Lugd. II. *ord. exquiritis admissi, quod perversius est, cum* Fuld. — *de sceleribus vestris* Agob. Lugd. II. In Erl. verba *qui hodie* — — *a nominis confessione* plane desiderantur. — *de confessis decedere* Lugd. I. *de confesso decedere* ed. Gelen. Verba *cogitis tormentis de confessione* absunt in Oxon. — *Sic* h. e. ea de causa, ideo. Plaut. Mostell. II, 2, 2[illegible] „Quid vos? insanine estis? *Sic*, quia foris ambulatis.“

vultis nos perire, quos pessimos creditis. Sic enim soletis dicere homicidae NEGA, laniari iubere sacrilegum, si confiteri perseveraverit. Si non ita agitis circa vos nocentes, ergo nos innocentissimos iudicatis, cum quasi innocentissimos non vultis in ea confessione perseverare, quam necessitate, non iustitia damnandam a vobis sciatis. Vociferatur homo: Christianus sum. Quod est dicit; tu vis audire quod non est. Veritatis extorquendae praesides de nobis solis mendacium elaboratis audire. Hoc sum, inquit, quod quaeris an sim: quid me torques in perversum? confiteor, et torques: quid faceres, si negarem? Plane aliis negantibus non facile fidem accommodatis: nobis, si negaverimus, statim creditis. Suspecta sit vobis ista perversitas, ne qua vis lateat in occulto, quae vos adversus formam, adversus naturam iudicandi, contra ipsas quoque leges ministret. Nisi fallor enim, leges

laniari iubere sc. soletis. *lan. iube* Erl. Oxon. *lan debere* Fuld. Pro *homicidae* in Erl. *homicida*. Mox Erl. habet *Si vero ita*. — *circa vos nocentes* Agob. Lugd. II. quod reposui, quamquam praeferenda fortasse erat auctoritas Fuld. in quo *nos* vel *vos* illud abest. Facile enim accrescere poterat ex syllaba insequenti. In cett. Codd. MSS. et Edd. omnibus extat *circa nos nocentes*, quod sensum sanum hic praebet nullum. Dicit: Si ita agitis circa solos Christianos, et non circa nocentes non Christianos, hinc aperte nos innocentissimos iudicatis. In seqq. Fuld. *erga nos innocentissimos*, *quasi* et Erl. *innocentissimos iudicantes* habent mendose. *creditis* (*sic enim soletis dicere*) *homicidas. Negatis* edd. Gelen. et Pamel. Iunius distinguit sic: *creditis. Sic enim soletis; dicere homicidae: nega; lan. iubere sacril. si conf. perseveraverit. Si non ita agitis circa nos*, *nocentes ergo* seqq., nec male, modo *vos* pro *nos* legatur. — *necessitate in iustitia* Lugd. II. Agob. — *vobis putatis*. *Vociferatur* Fuld. — *veritati extorquendae* Goth. Ampl. Lugd. I. Mox *audire laboratis* Fuld. et paulo post *Hoc sim* Erl. — *quaeris an sum* Oxon. *suspecta sit vobis* Put. Bong. Goth. Fuld. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Herald. Rig. Haverk. *Suspecta sit nobis* edd. Rhen. Gangn. Barr. *Suspecta fit nobis* Ampl. et ed. Pamel. — *illa perversitas* Erl. Paulo post *quae nos adversus* edd. Rhen. Gangn. Barr. — *adversum formam* Erl. — *ministret* h. e. gubernet. Dicit igitur Satanam illis tamquam ministris abuti contra naturam iudicandi et ipsas leges. Cf. infra cap. 27. et ad Nat. I. 3. *leges instiget* Erl. *leges infestet* coni. Ursinus. — *Nisi fallor enim*

malos erui iubent, non abscondi; confessos damnari praescribunt, non absolvi. Hoc senatusconsulta, hoc principum mandata definiunt. Hoc imperium, cuius ministri estis, civilis, non tyrannica dominatio est. Apud tyrannos enim tormenta etiam pro poena adhibebantur, apud vos soli quaestioni temperatur. Vestram illis servate legem usque ad confessionem necessariam, et iam si confessione praeveniantur, vacabunt. Sententia

reposui ex Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. In edd. est *Nisi enim fallor.* — *senatusconsultum* Lugd II. (sed corr. a m. emend. *senatus consulta*) et edd. Rhen. Gangn. *senatus consulit* Erl. Mox *princ. mandatum* Lugd. II. — *dominatio vestra est* edd. Rhen. Gangn. Barr. Pamel. *damnatio vestra est* ed. Gelen. *dominatio est* habent cett. edd. et quos novi Codd. omnes. — *pro poena adhibebantur* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. et ed. Herald. *pro poena adhibeantur* Lugd. II. (sed a m. sec. corr. *adhibentur*) Agob. *adhibentur* Erl. et Fuld. (de quo tamen non diserte adnotatum est) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Rig. Haverk. Respicit Tertullianus antiquos illos Phalaridas, Nicocreontas, Dionysios, alios, de quibus antiquae memoriae. — *apud vos soli quaestioni temperatur* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Oxon. *apud nos soli quaestioni temperatur* Lugd. II. Agob et edd. Pamel. Herald. *ap. v. soli quaestioni temperantur* Gorz. edd. Barr. Rig Haverk. *apud v. solos quaestiones temperantur* Lugd. I. *ap. v. solos quaestioni temperatur* Fuld. ed. Rhen. *ap. v. styli quaestiones temperantur* ed. Gelen. Post *definiunt* punctum posui ex auctoritate Cod. Put. cum ed. Rig. Cett. edd. incidunt post *estis*. Dicit Tertullianus: Exercetis in nos tormenta, quae legibus quidem Romanis non pro poena, sed tantum in quaestionibus adhiberi licet; immo dum illis in nostra causa non abstinetis, sola quaestione instituenda abstinetis. *Vestram illis* sc. tormentis. — *ad confessionem necessariam etiam* (*necessariam. Etiam* Put Lugd. II. Agob.) *si confessione* (*confessionem* Lugd. II. a m. pr.) Put. Goth. Ampl. Erl. Agob. Lugd. II. et Oxon. qui tamen *et si* pro *etiam si* habet. *ad confessionem praeveniantur*, ceteris omissis, Lugd. I. *ad confessionem necessariis etiam si confessione praeveniantur.* *Vacabunt sententiae: ceditur poenae debito. nocens* Fuld., ex cuius auctoritate *necessariis* pro *necessariam* fortasse reponendum erat. Sed si *necessariam* ad *legem* retuleris, idem erit. *Vestram illis servire legem usque ad conf. necessarium: et si conf.* edd. Rhen. Gangn Gelen. Barr. Pamel. *ad confessionem necessariam. Et iam si conf.* ed. Herald. *ad confessionem. si conf.* ed. Rig. *ad confessionem. Et iam si conf.* ed.

tia opus est; debito poenae nocens expungendus est, non eximendus. Denique nemo illum gestit absolvere; non licet hoc velle, ideo nec cogitur quisquam negare. Christianum hominem omnium scelerum reum, deorum, imperatorum, legum, morum, naturae totius inimicum existimas, et cogis negare, ut absolvas quem non poteris absolvere nisi negaverit. Praevaricaris in leges. Vis ergo neget se nocentem, ut eum facias innocentem, et quidem invitum iam nec de praeterito reum. Unde ista perversitas, ut etiam illud non recogitetis, sponte confesso magis credendum esse quam per vim neganti? vel ne compulsus negare non ex fide negarit et absolutus ibidem post tribunal de vestra rideat aemulatione iterum Christianus? Cum igitur in omnibus nos aliter disponatis quam ceteros nocentes, ad unum contendendo, ut de eo nomine excludamur (excludimur enim, si faciamus quae faciunt non Christiani), intellegere potestis non scelus aliquod in causa esse, sed nomen, quod quaedam ratio aemulae operationis insequi-

Haverk. — *vacabunt* h. e. non adhibenda erunt, utpote non amplius necessaria. Iudicio opus erit. — *nocens expugnandus est* Ampl. Erl. ed. Gelen. — *illum nemo* edd. Rhen. Barr. Pamel. *illum* sc. maleficum. — *absolvere*: *nobis non licet* edd. Rhen. Gangn. Barr. Mox: *totius naturae* Erl. et paulo post: *ut solvas quem* ed. Barr. — *Vis ut neget* Fuld — *et quidem de imminente iam non de praeterito* Erl. *equidem invitum non de praet.* ed. Rhen. *et quidem invitum nec de praet.* Gorz. edd. Gangn. Barr. — *vel conpulsus negare ut ex fide neg.* Lugd. I. De *ne* particula interrogativa praeposita cf adn. ad Apolog. cap. 3 et 15. et ad Natt I, 4. Mox: *neget et absolutus ibi post* Erl. — *post tribunal vestrum de vestra rideat* Fuld. — *inter Christianos* pro *iterum Christianus* habent Gorz. Lugd. I. et edd. Gangn. Barr. — *Cur igitur in omnibus aliter nos disponitis* Fuld. *Cum igitur in nos aliter disquiratis quam in ceteros* ed. Rhen. *C. i. in nos aliter disponatis quam in ceteros* edd. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Verbum *disponere* Heraldus h. l. interpretatur per Graecum διατίθεσθαι. Retineo vulgarem significatum et verto: da ihr also in allen Dingen uns anders stellt sqq. — *ad unum contendendo* Put. Goth. Ampl. Erl, Fuld. Lugd. II. *ad unum contendunt* Lugd. I. *id unum contendendo* edd. Rhen. Gelen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *id unum contenditis* Gorz. et ed. Barr. Mox: *ut de isto nomine* Fuld. — *si faciamus quae* Put. Goth. Ampl. Agob. Lugd. II. In edd. extat *si facimus*

tur hoc primum agens, ut homines nolint scire pro certo quod se nescire pro certo sciunt. Ideo et credunt de nobis quae non probantur, et nolunt inquiri, ne probentur non esse quae malunt credidisse, ut nomen illius aemulae rationis inimicum praesumptis, non probatis criminibus de sua sola confessione damnetur. Ideo torquemur confitentes et punimur perseverantes et absolvimur negantes, quia nominis proelium est. Denique *qui* de tabella recitatis illum Christianum, cur non et homicidam? Si homicida Christianus, cur non et incestus vel quodcunque aliud nos esse creditis? In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelerum pronuntiare? Christianus si nullius criminis reus, est nomen. Valde incestum, si solius nominis crimen est.

quae. Mox: *insequitur Hoc primum agentes homines ut* (*ut homines* ed. Pamel.) *nolint* edd. Rhen. et Pamel. Aemulam operationem dicit Satanae et daemonum illam de qua iam supra memoraverat. — *quae malunt* (*mallint* Erl.) *credidisse* Put. Goth. Ampl. Erl. Fuld Agob. Oxon. Lugd. II. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. (quae distiguit *non esse. Quae*) Barr. Pamel. Herald. *quae malunt credi esse* edd. Rig. et Haverk ex emend. Latinii. — *aemulae rationis* Put. Goth. Ampl. Erl Oxon. Lugd. II. et Pamelii Codd. omnes, cum edd. Rhen. Herald. Rig. Haverk. *aemulae operationis* Fuld *aemulationis* Gorz. Lugd. I. et edd. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Paulo post: *damnet. Ideo* Fuld. — *et punimur perseverantes* verba in Erl. collocata sunt post: *et absolvimur negantes.* — *Denique quod de tabella* coni. Ursin. et sic habent Erl. et Lugd. I., in quo tamen in seqq. pro *recitatis* legitur *recitatur*. In cett. et Codd. MSS. et Edd. *Denique quid de tabella* extat. Reposui *qui* facillima emendatione. — *Sed homicida* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. — *non esse creditis* ed. Rhen. *nos esse cred.* Goth. Ampl. Fuld. et edd. Gelen. Barr. Pamel. *esse nos cred.* Put. Erl. Oxon. et edd. Herald. Rig. Haverk. — *solis aut pudet aut piget* Lugd. II. Mox: *scelera pronuntiare* Erl. — *criminis nomen est, valde ineptum, si solius nominis crimen est.* Fuld. et ed. Rig. *criminis nomen reus est valde incestum si solius nominis crimen est.* Put. *criminis reus est nomen valde incestum si s. n. cr, est.* Goth. Ampl. *crim. reus est nomen valde infestum si s. n. cr. est.* Oxon. et Codd. Pamelii cum edd. Rhen. Gangn. Barr. Pamel. et Herald. *crim. nomine reus est valde incestum* (*incestus* Agob. Lugd. II.) *si s. n. cr. est.* Erl. et Agob. Lugd. I[1]. *crim. nomine reus est, valde infestum si s. n. cr. est.* Lugd. I. et ed. Gelen. *crim. nomen est, valde*

3. Quid? quod ita plerique clausis oculis in odium eius inpingunt, ut bonum alicui testimonium ferentes admisceant nominis exprobrationem: Bonus vir Gaius Seius, tantum quod Christianus. Item alius: Nego Lucium Titium sapientem virum repente factum Christianum. Nemo retractat, ne ideo bonus Gaius et prudens Lucius, quia Christianus, aut ideo Christianus, quia prudens et bonus. Laudant quae sciunt, vituperant quae ignorant, et id quod sciunt eo quod ignorant inrumpunt, cum sit iustius occulta de manifestis praeiudicare quam manifesta de occultis praedamnare. Alii quos retro ante

ineptum, si s. n. cr. est valde infestum ed. Haverk. *est nomen* sc. reum. Incestum vero crimen dicit gravissimum.

3. — DE NOMINIS EXPROBRATIONE inscriptio huius capitis est in Put. Goth. Ampl. aliisque Pamelii, DE NOMINIS CHRISTIANI EXPROBRATIONE in Oxon., contra in altero Vaticano plenius: DE ODIOSO CHRISTIANITATIS TITULO. — *Gaius* Codd. mei et Pamelii omnes. In edd extat *Caius.* — *Seius, sed malus tantum quod* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Formula *tantum quod* saepius utitur Tertullianus. Cf. adv. Marc. IV, 26. 29. 31. Intt. ad Corn. Nep. Dat. 6. ad Petron. 78. ad Vellei. II, 117. Salm. ad Solin. p. 162. — *alius: Ego miror Lucium Titium sapientem v. rep. f. Christianum. nemo* Fuld. et ed. Haverk. *alius: Ego miror Lucium sapientem v. rep. f. Christianum. Nemo* ed. Rig. Cf. ad Nat. I, 4. *alius: Ego Titium (tytum* Erl.) *sap. v. rep. f. Chr. Nemo* Put. Bong. Erl. Lugdd. Agob. *alius: Nego Lucium s. v. rep. f. Chr. Nemo* Ampl. Oxon. ut et in Goth. *Nego* superscr. a m. emend. sed antiqua voc. *Ego* ante *Lucium.* In edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. *alius: Ego Lucium s v. r. f. Chr. defero. Nemo* legitur. *alius: Ego Lucium s. v. r. f. Chr. Nemo* Goth. et ed. Herald. Olim emendandum putabam: *Item: Ais ergo Lucium* sqq. vel: *Item alius: Eho! Lucium* sqq. — *nemo tractat. Ne ideo* Erl. *retractat, non ideo* edd. Rhen. Gangn. Barr. De *ne* particula interrogandi, quae hic idem quod *nonne* significat, (cf. Intt. ad Ovid. Met. X, 681. et ad Cic. Tusc. II, 26. V, 12. 21.) praeposita non pauca etiam apud Arnobium habes exempla. V. Hildebr. ad eius I, 10. Complures editores ita distinguunt, ut interrogatio directa evadat. Mox: *Christianus qui ideo Christianus, quia prud.* Erl. — *ignorant, inrumpunt* Put. Goth. Ampl. Fuld. Lugd. II. Agob. Erl. Oxon. *ignorant, corrumpunt* edd. praebent omnes. Perperam. Mox: *de occultis damnare* Oxon, et paulo post: *Aliis* (sed a m. rec. superscr. *alios*) *quos* Lugd. II. et ed.

hoc nomen vagos, viles, improbos noverant, ex ipso denotant quod laudant; caecitate odii in suffragium inpingunt: Quae mulier! quam lasciva, quam festiva! Quis iuvenis! quam *lucidus*, quam amasius! facti sunt Christiani. Ita nomen emendationi imputatur. Nonnulli etiam de utilitatibus suis cum odio isto paciscuntur, contenti iniuria, dum ne domi habeant quod oderunt. Uxorem iam pudicam maritus iam non zelotypus, filium subiectum pater retro patiens abdicavit, servum iam

Rhen. — *ex hoc ipso denotant* Fuld. *denotant* h. e. notam eis inurunt, reprehendunt, quo significatu hoc verbum saepius usurpatur Tertulliano; cf. de Pall. 1, ad Nat. I, 10. — *quod laudant* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Codd. MSS. Pamelii omnes et ed. Herald. *quo laudent* Erl *quo laudant* Fuld. *quod collaudant* ed. Rhen. *denotant, collaudant* ed. Gelen. *ex ipso denotant quod laudant* dictum pro: ex ipso laudant, quod denotant; denotant vero quod Christiani sint facti. — *Quis iuvenis* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. Agob. *Qui iuvenis* Fuld. Erl. et edd. omnes. — *quam lucius* Put. Goth. Ampl. Oxon. Bong. (qui tamen a rec. m. superscr. *lascivus* habet) et edd. Herald. Haverk. *quis Lutius* Agob. et Lugd. II. *quod mulier, quod lasciva, quod festiva, quod iuvenis, quod Lucius* edd. Rhen. Gangn Barr. *qui Lucius* edd. Gelen. Pamel. *quam lusius* ed Rig. ex Fuld. in quo totus hic locus habetur sic: *in suffragium enarrantes, quae mulier, quam lasciva, quam festiva! qui iuvenis, quam Lusius.* Contra *quam lascivus* Cod. Ursin. et probante Latinio. Restitui *quam lucidus* quod a librariis corruptum, qui non intellegentes *lucidus* quidnam significaret, intempestive memores se supra de Lucio quodam legisse id nomen etiam hoc loco reponendum putaverint. Lucidam puellam (h. e. candidam, formosam) appellat Ovid. Heroid. XIX, 133. Haverk. coni. *pusius* vel *pusio.* In Gorz. et edd. Gangn. Barr. *Lucius Quinti amasius* extat. — *imputatur.* Recte interpretatur Rigaltius: Itaque homini quamvis probo iam et emendato imputatur Christiani nomen tamquam alicuius criminis probrum. In Oxon. extat *imponitur* pro *imputatur.* — *paciscuntur.* Tantum est nonnullorum odium, ut illius causa de propriis etiam utilitatibus remittant. Sit uxor adultera, sit filius nebulo, sit servus nequam, dum non sint Christiani. Similiter locutus est Tertull. de Veland. Virg. 8. In sqq. voc. *domi* ante *habeant* desideratur in Goth. Ampl. — *Uxorem pudicam* Erl. Lugd. I. et ed. Gelen. — *zelotipus. subiectum pater filium retro* Erl. *zelotypus subiectum pater retro* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. (in quo tamen *filium* rec. m. est additum) *zelotypus eiecit. Filium iam subiectum pater retro* Fuld edd. Rig. et Haverk. in qua tamen illud *iam* ante *subiectum* non extat. *zelo-*

fidelem dominus olim mitis ab oculis relegavit; ut quisque hoc nomine emendatur, offendit. Tanti non est bonum quanti odium Christianorum. Nunc igitur, si nominis odium est, quis nominum reatus? quae accusatio vocabulorum, nisi si aut barbarum sonat aliqua vox nominis, aut infaustum aut maledicum aut inpudicum? Christianus vero, quantum interpretatio est, de unctione deducitur. Sed et cum perperam Chrestianus pronuntiatur a vobis (nam nec nominis certa est notitia penes vos), de suavitate vel benignitate conpositum est. Oditur itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. At enim secta oditur in nomine utique sui auctoris. Quid novi, si aliqua

typus filium subiectum pater retro Oxon. Agob. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. Mirum sane quod in compluribus optimae notae Codd. illud *filium* abest. — *fidelem iam dominus* ed Gelen. Mox: *Ut quisque hoc datur off.* Oxon. Ampl. *Ut quisque hoc nomen datur off.* Goth — *bonum esse quanti* edd. Rhen. Gangn. Barr. — *quam odium* Fuld. *quam quanti odium* Lugd. I. *quanti odium* Put. Goth. Ampl. Erl. Agob. Lugd. II. Oxon. et edd. Rhen. Barr. — *Nunc ergo si* Ampl. Mox: *Christianorum. Igitur si* Fuld. — *quis nomini reatus* Goth. Erl. *quis nominis reatus* ed. Rhen. — *nisi aut barbarum* edd. Rhen. Gangn. Herald. et Haverk. (sed in hac corr. in erratis). Paulo post: *sonet aliqua* Erl. — *quantum interpretatione de unctione* Lugd. I. — *Sed et perperam Chrestianus* Erl *Sed et cum perperam Christianus* Put. Goth. Ampl. Lugd. I. et edd. Rhen. Barr. *Sed cum perp. Chrestianus* edd. Gangn. Gelen. *Sed et cum perp. Chrestianus* MSS. Pamelii et edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. — *nominis certa est notitia* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Gorz. et edd. Pamel. Rig. *n. est certa notitia* edd. Gangn. Barr. *nominis est notitia* edd. Rhen. Gelen. Herald. et Haverk. (in qua tamen voc. *certa* additur in erratis). *notitia aput vos* Erl. — *benignitate impositum est* Lugd. I. De re cf. Tacit. Ann. XV, 44. Sueton. Claud. 25. Lucian. Philopatr. tom. II. p. 773. Opp. ed. Is. Voss. et Intt. Gloss. Philox.: *Χρηστὸς*, frugalis, suavis, utilis, iocundus. Cf. Hieron. ad Ep. ad Galat. cap. 5. — *Oditur ergo in* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Ceterum sic *odire* verbum apud vett. Ecclesiae scriptores haud raro passive ponitur. Cf. Hieronym. Ep. 43, 2. „*odiremur* a mundo." — *At vero secta oditur in homine* Oxon. — *aeque medici* Put. Goth. Ampl. Fuld. Oxon. Agob. Lugd. II. Pamelii MSS. et edd. Pamel. Rig. *Neque medici* edd. Herald. et Haverk. (in erratis tamen *Aeque* est correctum) *atque medici* Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr.

disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit? Nonne philosophi de auctoribus suis nuncupantur Platonici, Epicurei, Pythagorici? etiam a locis conventiculorum et stationum suarum Stoici, Academici? aeque medici ab Erasistrato et grammatici ab Aristarcho, coci etiam ab Apicio? nec tamen quemquam offendit professio nominis cum institutione transmissa ab institutore. Plane si qui probavit malam sectam et ita malum et auctorem, is probabit et nomen malum dignum odio de reatu sectae et auctoris, ideoque ante odium nominis conpetebat prius de auctore sectam recognoscere vel auctorem de secta. At nunc utriusque inquisitione et agnitione neglecta nomen detinetur, nomen expugnatur, et ignotam sectam, ignotum et auctorem vox sola praedamnat, quia nominantur, non quia revincuntur.

4. Atque adeo quasi praefatus haec ad suggillandam odii erga nos publici iniquitatem, iam de causa innocentiae consistam, nec tantum refutabo quae nobis obiiciuntur, sed

— *transmissa ab* Put. Goth Ampl. Erl. Oxon. Lugd. I. Agob. et edd. Rhen Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. Haverk. *transmissi ab* Fuld. et ed. Rig. — *si qui probet* Gorz. Fuld. *si qui probat* edd. Barr. Pamel. *si qui probant* ed. Rhen. *si quis probavit* Ampl. Erl. *si qui probavit* Put. Goth. Oxon. Lugdd. Agob. et MSS. Pamelii. — *et item malum et auctorem* Erl. et *ita malum etiam auct.* ed. Gelen. *probet malum auctorem et malam sectam is probabit* Fuld. — *is probabitur nomen* Agob. vitiose. *is probavit et nomen* ed. Gangn. Barr. — *sectam cognoscere* Erl. In seqq. verba *de secta* absunt in Lugd. II. et praegressa *vel auctorem* punctis sunt subducta. Mox: *nomen expurgatur* Lugd. II. vitiose. — *ignotumque auctorem* Erl. — *quod nominantur non quod revincuntur* Erl. *quia nominatur, non quia revincitur* Fuld. Gorz. Lugdd. Agob. et edd. Gangn. Barr. —

4. — *Atque ideo* Goth. (sed in hoc ab eadem manu superscr est *adeo*) Ampl. Erl. Oxon Lugd .II. et edd. Rhen. Gangn. Herald. Haverk. *Atque adeo* Put. Lugd. I. Goth. (a m. emend.) et edd. Gelen. Barr. Pamel. Rig. Mox: *praefatus hic* Lugd. I. — *suggillandam* sic scribunt mei omnes, nisi quod in Erl. et Lugd. II. *suggillandum* vitiose extat. — *consistam* h. e causam dicam. Verbum forense proprie significans sistere se in iudicio contra aliquem Cf. Papinian. Dig. V, 3, 49. Hermog. Dig. V, 1, 53. Senec. de Ira 2, 7. Cic. Caec. 21. Tertull. Apol. 45. et de Idololatr. 13. Paulo post:

etiam in ipsos retorquebo qui obiiciunt, ut ex hoc quoque sciant homines in Christianis non esse quae in se nesciunt esse, simul uti erubescant accusantes, non dico pessimi optimos, sed iam, ut volunt, conpares suos. Respondebimus ad singula quae in occulto admittere dicimur, quae illos palam admittentes invenimus, in quibus scelesti, in quibus vani, in quibus damnandi, in quibus inridendi deputamur. Sed quoniam, cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum obstruitur auctoritas adversus eam, ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges aut ingratis necessitas obsequii praeferatur veritati, de legibus prius concurram vobiscum ut cum tutoribus legum.

quae obiiciunt Lugd. I. et ed. Gelen. — *sciant homines* Put Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. Lugdd. Agob. et ed. Pamel. *sciant omnes* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Rig. Haverk. — *quae in se nesciunt* Put. Goth. Ampl. Oxon. Agob Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen Barr. Pamel. Herald. et Haverk. (in qua tamen in erratis additur *non*) *quae in se non nesciunt* ed. Rig ex Fuld., in quo sequentia *simul uti er. acc*, *n. d. p. optimos* non comparent. Mox idem Fuld.: *sed etiam ut volunt* et paulo post: *quae occulte admittere* Erl. — *dicimur, quae palam adinveniuntur, in quibus scelesti* Fuld. et edd. Rig. et Haverk., nisi quod in hac extat *et quae palam.* Scriptura Cod. Fuld. fortasse ita erat emendanda: *quae palam alii inveniuntur* sc. admittere. — *deputamur.* Post hoc vocabulum in Cod. Ampl. male inseruntur haec: *Leges quae veritati repugnant nullius sunt auctoritatis*, *sed ex humano errore conceptae*, *sicut probat sequenti capitulo.*, quae verba in Cod. Goth. in marg. occurrunt. Mox: *ad omnia occurrerit* Lugd. I. et ed. Gelen. — *postremum legum* Lugd. II. Agob. — *legum obstruit* Erl. *legum adstruitur* ed. Rhen. *leg. adstruatur* edd. Gangn. Gelen. Pamel. *leg. obstruatur* Lugd. I. Dicit post alios praetextus postremo obstrui legum auctoritatem defensioni, ut molem invictam, quam fas non sit perrumpere veritati, ut recte explicat Haverk. — *ingratis* h. e. invite, *ἀκουσίως,* quasi per vim, velimus nolimus; sic infra cap. 48. „*ingratis* experieris condicionis tuae legem" et cap. 27. et adv. Valentin. cap. 26. Paulo post: *de quibus prius concurram* ed. Gelen. — *prius consistam vobiscum et cum* Fuld. et ed. Rig. qui tamen *ut cum* emendavit. *prius excurram vobiscum ut* Lugd. I. et ed. Haverk. *prius concurram* cett. libri mei et scripti et typis expressi. Verba *ut cum tutoribus legum* absunt in Erl. Post voc. *legum* in Codd. MSS. quartum caput incipit, in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptum DE INLICITO., plenius in altero Vatic.

Iam primum cum dure definitis dicendo: Non licet esse vos! et hoc sine ullo rectractatu humaniore praescribitis, vim profitemini et iniquam ex arce dominationem, si ideo negatis licere, quia vultis, non quia debuit non licere. Quodsi quia non debet, ideo non vultis licere, sine dubio id non debet licere quod male fit, et utique hoc ipso praeiudicatur licere quod bene fit. Si bonum invenero esse quod lex tua prohibuit, nonne ex illo praeiudicio prohibere me non potest *quo*, si malum esset, iure prohiberet? Si lex tua erravit, puto, ab homine concepta est; neque enim de caelo ruit. Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda aut resipuisse in reprobanda? Non enim et ipsius Lycurgi leges a Lacedaemoniis emendatae tantum auctori suo doloris incusserunt,

ap. Pamel.: QUOD LEGES PRINCIPUM ET SENATUS CONSULTA NONNUNQUAM ERRARE POSSUNT ATQUE ADEO REPURGARI. — *Iam primum cum iure definitis* Fuld. et ed. Haverk. *Nam primum cum dure diffinitis* Erl. *Iam primum quam dure definitis* edd. Rhen. Gangn. Barr. invitis Codd. MSS. meis omnibus. Mox: *esse vos: hoc si sine* edd. Rhen. Gangn. Barr. — *iniquam exercetis dominationem* Gorz. et edd. Barr. Pamel. Ex arce dominationem dicit tyrannicam. Gloss. Vet. ad Prudent. Pass. Laurent. v. 119.: „Arx, imperiosa dignitatis tutela." Arx enim tyrannorum est. V. Intt. ad Taciti Ann. XI, 31. XV, 69. Quinctil. Inst. Or. VII, 4, 22. Iuvenal. X, 306 sq. Notum illud Ismeniae: *Αἱ γὰρ ἀκροπόλεις τῶν τυράννων κολίαι.* Plura ex Graecis et Latinis scriptoribus ad h. l. afferunt Heraldus et Haverkampius. Paulo post: quia non *vultis, non quia* Fuld. prob. Iunio. et deinde: *quia non debet licere, ideo noluistis licere, sine.* — *sine dubio id quod non debet licere, fit, et utique* ed. Gelen. Mox: *et hoc ipso utique praeiudicatur licere quod bonum fit* Oxon — *lex prohibuit* omisso voc. *tua* Fuld — *nonne ex illo praeiudicio prohibere me non potest quod si* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II Fuld. Gorz. et MSS. Codd. Pamelii omnes cum edd. Barr. Pamel. Herald. *nonne ex illo praeiudicio proh. me non potes quod si m. e. i. prohiberetur* Erl. *minime ex illo praeiudicio prohibere me potest* ed. Rhen. *nomen, ex illo prohibere me non potest* ed. Gelen *nonne ex illo praeiudico prohibere eam non posse* edd. Rig. et Haverk. invitis Codd. MSS. Dedi locum ex mea emendatione. Mox: *erravit puta ab h. concepta; neque* Erl, et paulo post: *hominem errare* omisso *aut* ed. Gelen. — *aut in lege condenda errare potuisse* Erl. — *aut recepisse se in repr.* Lugd. I. 1 Vatic. et ed. Gelen. *aut resipisse in repr.* Lugd. II.

ut in secessu inedia de semetipso iudicarit? Nonne et vos cotidie experimentis inluminantibus tenebras antiquitatis totam illam veterem et squalentem silvam legum novis principalium rescriptorum et edictorum securibus truncatis et caeditis? Nonne vanissimas Papias leges, quae ante liberos suscipi cogunt quam Iuliae matrimonium contrahi, post tantae auctori-

— *Nonne et ipsius* edd. Gelen. Pamel. — *de semet ipso vindicaret* Erl. *inedia de semet ipso iudicarit* h. e. morte voluntaria, quam inedia sibi accersivit. Plin. Ep. I, 12. de voluntaria morte Corellii Rufi: „Dixerat sane medico admoventi cibum: *Κέκρικα.*“ De Lycurgi apocarterisi, memorata et infra cap. 46., v. Plutarchum V. Lycurgi, qui tamen aliam illi mortis causam fuisse prodit. — *truncatis et caeditis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl Agob. Lugd. II. et edd. Rhen. Gang. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *ruspatis et caeditis* Fuld. *rustatis* (?) *et caeditis* ed. Rig. *ruscatis et caed.* (a voc. *ruscum* de quo v. Fest.) ed. Haverk. *runcatis et caed.* coni. Scalig. et Scriver. — *quam Iuliae matrimonium contrahi.* Valde hic locus exagitavit interpretum ingenia, nec hodie res ad liquidum est perducta. Gothofr. ICtus in adn. ad cap. 23. Legis Iuliae et Papiae ex hoc Tertulliani loco et altero illo Sozomeni I, 9. (ubi *ἀτέκνους* sive *ἄπαιδας* pro *ἀγάμους* scribendum scriptori fuisse putat) comparatis cum verbis Ulpiani XXVI, 1. coniecturam hanc proposuit: „Definita“ inquit „itaque Lege Papia suscipiendis liberis aetas fuit, nempe vigesimus quintus in masculo, vigesimus in femina, intra quam aetatem leges Iuliae antea ne quidem matrimonium contrahi cogebant, ut superiori loco Tertullianus docet. A qua autem aetate matrimonium Leges Iuliae contrahi vel Papiae liberos suscipere coegerint dici liquido non potest. Proinde tertium quod in Tertulliani verbis dubium haeret, quidnam videlicet sit illud, quod Severum Leges Papias, quae praemature liberos suscipi cogebant, exclusisse scribit, sensum hunc habet perspicuum (qui tamen vel sagacissimos hactenus fugit) Severum videlicet laxiorem ad suscipiendos liberos aetatem, quam Lex Papia fecerat, indulsisse, definivisse, reducto, ut puto, Legum Iuliarum iure.“ Sed verum tetigisse mihi videtur Rigaltius, cuius ipsa verba appono: „Suetonius [Octav. cap. 34.] auctor est Augustum leges retractasse, quasdam vero ex integro sanxisse, atque inter istas Iuliam de Maritandis Ordinibus aliquanto severius emendasse. Quod sic accipiendum mihi videtur, ut post Iulias rogationes ipse iam senior, quod scribit Tacitus [Ann. III, 25.], Papias sanxerit, hoc est Iulias aliquanto severius emendatas. Nempe cum Iuliae a sponsalibus ad nuptias *πρὸς παρασκευὴν*, inquit Dio [LIV, 16.

tatis senectutem heri Severus constantissimus principum exclusit? Sed et iudicatos in partes secari a creditoribus leges erant, consensu tamen publico crudelitas postea erasa est, in pudoris notam capitis poena conversa est; bonorum adhibita

LVI, 7. cf. Sueton. l. l.], triennium indulsissent, longius hoc visum Augusto. Papias igitur ferri iussit, quae tempus sponsas habendi biennio coarctarent, ita ut biennio post contracta sponsalia cives Romani liberorum quaerendorum causa nuptias inire cogerentur, ne quaesita longiore sponsarum immaturitate tempus traherent, per quod honoribus ac praemiis maritorum fruerentur, cum tamen rem ipsam fructumque nuptiarum, nimirum liberos, imperio Rom. negarent. Itaque Papiae leges in virgine annorum duodecim statim elapso sponsaliorum biennio nuptias fieri ac per hoc liberis operam dare iubebant, cum Iuliae nedum matrimonium contrahi nisi post triennium exigerent.“ Tum paulo argutius explicando pergit Rigaltius ita: „Vanissimas autem leges dicit, quae de liberis suscipiundis studiosius cogitarent, quod non immerito vanum stultumque videbatur Christianis finem saeculorum instare credentibus et vitae mortalis in aeternam commutandae desiderio suspirantibus.“ Sed illas cur non ideo puteмus „vanissimas“ dictas, quia morum corruptelae communi, cui obstruere per illas voluit Augustus, medelam afferri idoneam inde non potuisse iudicarit Tertullianus? Verissimum hoc sane indicium. — *heri.* Ex hoc loco Ios. Scalig. ad Eusebii Chron. p. 229. dubitat, an Apologeticum sub Severo sit scriptum, cum Tertullianus de mortuo videatur loqui. Sed *heri* de tempore non longe elapso bene usurpatur. Rectius igitur Moshemius, qui in Disquis. Chronol. Crit. de Vera Aetate Apologetici a Tertulliano conscripti (Lugd. Bat. 1720. 8.) p. 21 sqq ex hoc loco colligit Apologeticum esse scriptum ante a. CCII. p. Chr. n., cum non sit veri simile, Severum a Tertulliano „constantissimi principum“ laude ornatum fuisse, si illo iam tempore illius leges in Christianos promulgatae fuissent. Ceterum cf. ad h. l. Ael. Spartian. V. Severi p. 69. E. Ael. Lamprid. V. Commodi p. 52 C. ed. Salm. et Tertull. ad Scap. 4. — *exclusit.* Severum Imp. Legibus Papiis derogasse, non eas abrogasse, supra monuit Gothofredus. — *iudicatos retro in partes* Fuld. et inde edd. Rig. et Haverk. Respicit ad XII. Tabularum legem illam de nexis. V. Gell. XX, 1. ibique Intt. Dio Cass. Exc. Mai. 12. Quinctil. Inst. Or. III, 6, 84. Cf. Salm. de Usuris p. 545 sq. Casaub. ad Suet. Octav. 13. Walter Gesch. des Röm. Rechts p. 767 sq. Haec decemviralis abrogata est a. 429. Lege Poetelia. Cf. Liv. VIII, 28 Cic. de Rep. II, 84. Dionys Fr. XVI, 9. — *erasa est* sc. de legum tabulis *erasa est in pud. notam cap. p. conversa*

proscriptio suffundere maluit hominis sanguinem quam effundere. Quot adhuc vobis repurgandae latent leges, quas neque annorum numerus neque conditorum dignitas commendat, sed aequitas sola? et ideo cum iniquae recognocuntur, merito damnantur, licet damnent. Quomodo iniquas dicimus? immo, si nomen puniunt, etiam stultas: si vero facta, cur de solo nomine puniunt facta, quae in aliis de admisso, non de nomine probata defendunt? Incestus sum, cur non requirunt? *infanticida*, cur non extorquent? in deos, in Caesares ali-

est bonorum adh. proscriptio suff. Put. (in quo tamen *prescriptio* extat) Goth. Ampl. Oxon. Agob. Lugd. II. Fuld. et ed. Rhen., in qua tamen ante *suffundere* incisum est et post *erasa est* particula *et* inserta. *erasa est; in pud. n. c. p. conversa. b. a. proscriptio* ed. Rig. *erasa est, et in p. n. c. p. conversa est. b. adh. proscriptio* ed. Haverk. In Lugd. I., qui etiam *proscriptio* praebet, verba *in pud. n. c. p. c. est* desiderantur. *erasa est et in p. n. c. p. conversa, bonorum adh. proscriptione,* edd. Gangn. Gelen. item Barr. Pamel. Herald. in quibus tamen *est* particula ante *bonorum* restituta comparet. — *Quod adhuc* Put. Bong. Goth. Ampl. *adhuc vobis repurgandae latent leges* Put. Goth. Ampl. Fuld. edd. Rig. Haverk. *adhuc repurgandae latent leges vobis* Lugd. I. *adhuc repurg. lat. leges* pronomine *vobis* omisso Oxon. *adhuc vobis repugnandae latent leges* Erl. Lugd. II. *adh. vobis repurg. leges latent* edd. Rhen. Gelen. Pamel. *adhuc vos repurg. leges latent* edd. Barr. Herald. In seqq. voc. *numerus* abest in Fuld. — *sed aequalitas sola* Erl. Lugd. II. — *licet et damnentur, quomodo* Fuld. *licet non damnantur, cum iniq.* Gorz. *licet non damnentur, cum iniq.* ed. Barr. *licet damnent, cum iniq.* edd. Rhen. Pamel. (ex MSS.) Herald. *licet damnentur, cum iniq.* edd. Gangn. Gelen. *licet damnent. Quomodo* (*quoniam* Oxon.) *iniquas* Put. Bong. Goth. Ampl. Lugdd. Erl. Oxon. et edd. Rig. Haverk. — *cur in nobis de solo* edd. Rig. et Haverk. ex coni. Ursini. Sed illud *in nobis* in omnibus Codd. MSS. abest. — *probanda definiunt?* ed. Rig. ex coni Ursini. *probanda defendunt* ed. Haverk. *probata defendunt* Codd. MSS. omnes et cett. edd. Verbum *defendere* Tertullianus saepius usurpat pro vindicare et ulcisci; sic adv. Marc. I, 26 II, 18. Ulpian. Dig. XXXVIII, 2, 14. — *Incestum cur non requirunt? Infanticidia* Gorz. et ed. Barr. *Incestus sum, cur non requirunt infanticidia* Put. Goth. Ampl. Fuld. Lugdd. Oxon. *Incestus sum, cur non requiritur? In deos* Erl., ceteris omissis. *incestuosus sum, cur non requirunt infanticidia?* ed. Rhen., sed in mg. emendatum *requirunt? Infanticida.* Reliquae

quid committo, cur non audior, qui habeo quo purger? Nulla lex vetat discuti quod prohibet admitti, quia neque iudex iuste ulciscitur, nisi cognoscat admissum esse quod non licet, neque civis fideliter legi obsequitur ignorans quale sit quod ulciscitur lex. Nulla lex sibi soli conscientiam iustitiae suae debet, sed eis a quibus obsequium expectat. Ceterum suspecta lex est quae probari se non vult, inproba autem, si non probata dominetur.

5. Ut de origine aliquid retractemus eiusmodi legum, vetus erat decretum, ne qui deus ab imperatore consecraretur nisi a senatu probatus. Scit M. Aemilius de deo suo Alburno.

edd. faciunt cum mea. *qui habeo quo purger* (*purget* Goth.) Put. Goth. Ampl. Oxon Erl. Fuld edd. Gelen. Pamel. Herald. Haverk. *qui habeo quod purger* Lugd. I. *si qui habeo uiro purget* Agob. et Lugd. II., in quo altero tamen rec. manu superscr. *unde purger*. In ed. Rig. ex coni. Ursini extat *audior*, *si quid habeo quo purger*., in Rhen. Gangn. Barr. *audior? quid h. quo purger* extat. — *Nulla lex discuti* omisso voc. *vetat* Put. *N. lex prohibet discuti* Bong. *N. lex notat discutit* Oxon. *N. lex non discutit* Ampl. et Goth. in quo altero tamen negatio in mg. adscriptum est. Recepi vulg. scripturam Cod. Erl. firmatam, quam etiam in Lugdd. Agob. et Fuld. extare puto, quamquam veri non absimile est Tertullianum scripsisse: *Nulla lex, discuti quod prohibet, prohibet admitti*. — *neque cuius fideliter legi* Ampl. et Goth (in quo tamen m. emend. voc. *cuius* superscr. *quis*) *neque cuius fidelitatem* Lugd. II. sed a m. rec. superscr. *cuiusquam*. Edd. Gangn. et Barr. *neque quis fideliter* habent. — *ulciscitur lex. Nulla lex* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Agob. Lugdd. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *ulciscitur. Nulla lex* Fuld. et edd. Rig. Haverk. — *sibi sola conscientiam* Agob. Lugd. II. — *est, si probari se* Fuld. et ed. Haverk. Cf. ad Nat. I, 6. Mox: *sed eis quibus* Oxon., et paulo post: *probata dominatur*. Fuld. —

5. Quintum caput in Put. Goth. Ampl. Oxon. aliisque inscriptum est: CONTRA IDOLA., plenius in altero Vatic.: QVOD ERRONEA FVIT LEX DEFINIENS NON LICERE CHRISTIANVM ESSE ET IDEO ABROGANDA. — *At de origine* ed. Rhen. altera. — *aliquid tractemus* Oxon. *aliquid retractamus* ed. Barr. vitiose. — *ne quis deus* Erl. *ne deus* omisso pronomine ed. Gelen. — *probatus sit Sicut M.* Erl. *probatus sit. M.* Lugd. I. et II. Agob. *probatus, ut M.* ed. Pamel. *probaretur, ut M.* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *probatus. Scit M.* Put. Goth. Ampl.

Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit; homo iam deo propitius esse debebit. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in saeculum introivit, adnuntiatum sibi ex Syria Palaestinaque (illic veritatem ipsius divinitatis revelaverat), detulit ad senatum cum

Oxon. Fuld. edd. Herald. Rig. Haverk. Legem ipsam habes apud Cic. de Legg. II, 8. — *albueno* Erl. *aburno* Agob. Lugd. II. Hunc Alburnum deum memorat etiam adv. Marc. I, 18., ubi *Aemilius* pro *Metellus*, ut vulgo habetur, restituendum erit. Nam illud nomen h. l. tuentur et Graeca Eusebii H. E. II, 2. (Niceph. II, 8.), ubi totus hic locus ita conversus extat: *Ἵνα δὲ καὶ ἐκ τῆς γενέσεως διαλεχθῶμεν τῶν τοιούτων νόμων, παλαιὸν ἦν δόγμα, μηδένα θεὸν ὑπὸ βασιλέως καθιεροῦσθαι, πρὶν ὑπὸ τῆς συγκλήτου δοκιμασθῆναι. Μάρκος Αἰμίλιος οὕτως περὶ τινος εἰδώλου πεποίηκεν Ἀλβούρνου. Καὶ τοῦτο ὑπὲρ τοῦ ἡμῶν λόγου πεποίηται* (an Eusebius vitiose legerit: *probatus. Fit*, (*M. Aemilius de deo suo Alburno fecit*) *et hoc ad causam nostram* sqq.?), *ὅτι παρ᾽ ὑμῖν ἀνθρωπείᾳ δοκιμῇ ἡ θεότης δίδοται. Ἐὰν μὴ ἀνθρώπῳ θεὸς ἀρέσῃ, θεὸς οὐ γίνεται· οὕτως κατά γε τοῦτο, ἄνθρωπον θεῷ ἵλεων εἶναι προσήκει. Τιβέριος οὖν, ἐφ᾽ οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθεν, ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος τούτου, ἔνθα πρῶτον ἤρξατο, τῇ συγκλήτῳ ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκείνοις, ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκεται. Ἡ δὲ σύγκλητος, ἐπεὶ οὐκ αὐτὴ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο, ὁ δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀποφάσει ἔμεινεν, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν Χριστιανῶν κατηγόροις.* [Euseb. II, 25. cf. Niceph. II, 37.] *Ἐντύχετε τοῖς ὑπομνήμασιν ὑμῶν· ἐκεῖ εὑρήσετε πρῶτον Νέρωνα τοῦτο τὸ δόγμα, ἡνίκα μάλιστα ἐν Ῥώμῃ τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας ὠμὸς ἦν εἰς πάντας, διώξαντα. Τοιούτῳ τῆς κολάσεως ἡμῶν ἀρχηγῷ καυχώμεθα. Ὁ γὰρ εἰδὼς ἐκεῖνον νοῆσαι δύναται, ὡς οὐκ ἂν εἰ μὴ μέγα τι ἀγαθὸν ἦν ὑπὸ Νέρωνος κατακριθῆναι.* [Euseb. III, 20. cf. Niceph. III, 10.] *Πεπειράκει ποτὲ καί Δομετιανὸς ταὐτὸ ποιεῖν ἐκείνῳ, μέρος ὢν τῆς τοῦ Νέρωνος ὠμότητος, ἀλλ᾽, οἶμαι, ἅτε ἔχων τι συνέσεως, τάχιστα ἐπαύσατο, ἀνακαλεσάμενος καὶ οὓς ἐξηλάκει.* — *ut M. Aemilius d. d. s. Alburno fecit: et hoc* ed. Gelen. Mox: *iam propitius* omisso voc. *deo* Fuld. — *intravit, annunciata sibi ex S. Palaestina quae i. v. istius divinitatis revelaverant* Fuld. *introivit, adnuntiatum s. ex S. Palaestina* (*Palaestine* Goth. Ampl. Oxon.) *quae i. v. ipsius* (*ipsius* abest in Oxon.) *divinitatis revelaverat* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. Oxon. et ed. Barr. *introivit, an-*

praerogativa suffragii sui. Senatus quia non ipse probaverat, respuit, Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Consulite commentarios vestros, illic reperietis primum Neronem in hanc sectam cum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse Sed tali dedicatore damnationis nostrae etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intellegere potest non nisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum. Temptaverat et Domitianus, portio Nero-

nunciatum sibi ex S. Palaestinaque v. illius divinitatis revelarat Lugd. I. *introivit, annunciatam s. ex S. Palaestinaque ver. illius divinitatis revelarat* (in mg. coni. Rhen *revelatae*) *detulit* ed. Rhen. *introivit, annunciatum s. ex S. Palaestina quod illic ver. illius div. revelarat* edd. Gelen. et Pamel. (in qua tamen *revelaverat*). *introivit, annuntiatum sibi ex S. Palaestina quae ver. illius div. revelarat detulit* ed. Herald. *intravit* (*introivit* ed. Haverk.), *annuntiata sibi ex S. P quae illic v. istius divinitatis* (*divini* ed. Haverk., nescio unde.) *revelarant.* Sanavi locum facillimā emendatione. — *quia non in se probaverat* Lugd. I. edd. Gelen. Pamel. et Haverk. (in addendis nam in textu est *ipse*). De re v. Oros. VII, 4. Gregor Turon. I, 24. Euseb. Hist. Eccl. II, 2. Chrysost. Homil. XXVI, ad Ep. II. ad Corinth. Fabric. Cod. Apocryph. I, 217. Chr. Cellarii Diss. Acad. p. 303 sqq. et in primis Braunii Dissert. De Tiberii Christum in deorum numerum referendi consilio. (Bonn. 1834.). — *cum maxime Romae* Put. Bong. Erl. Lugd. II. et edd. Herald. Rig. Haverk. *sectam maxime Romae* omisso voc. *cum* Fuld. *tum maxime Romae* Goth. Ampl. Oxon edd Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. De Nerone Christianorum primo persecutore testantur Euseb. H. E. IV, 24. Niceph. II, 37. Augustin. C. D. XVIII, 52. Oros. VII, 8. Hieron. Chron. ad Q. M. MMLXXXIV. Cf. Tertull. Scorp. 15. Sulpic. Sever. H. S. II, 29. Lactant de Mort. Persec. 2. — *ferocisse. Tali* Fuld. Inde Iunius putat delendum *Sed* particulam, ut quae accreverit ex vicinis. Mox: *gloriemur* Goth. Ampl. edd. Rhen. Gangn. — *Dedicator* est auctor, princeps. Cf. de Carne Chr. 17. „novae nativitatis *dedicator*." Sic etiam *dedicare* de eo qui primus aliquid agit usurpant Tertull. de An. 19. cf. ad cap. 12. infra. Hieron. Ep. 79. „Qui primus ab Apostolis baptizatus salutem gentium *dedicavit*." — *Qui enim scit illum. Scire* pro nosse non infrequens apud sequioris aetatis scriptores. V. Salm. ad Scriptt. H. Aug. p. 115. F. sqq. et p 453. A. Apul. Met. VI, 23. p. 476. ed. Hild. Tertull. de Anima 46. „Alexandrum qui *sciunt*, leonem anuli recognoscunt." — *nisi aliquod* (*aliquid* edd. Rhen. Gangn. Barr.) *bonum grande* Goth. Ampl. edd Rhen. Gangn.

nis de crudelitate, sed qua et homo, facile coeptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat. Tales semper nobis insecutores, iniusti, impii, turpes, quos et ipsi damnare consuestis, a quibus damnatos restituere soliti estis. Ceterum de tot exinde principibus ad hodiernum divinum humanumque sapientibus edite aliquem debellatorem Christianorum! At nos e contrario edimus protectorem, si litterae M. Aurelii gravissimi imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri dis-

Barr. *nisi aliquod grande bonum* Fuld. — *Domitianus*, *portio Neronis de crudelitate, sed quia* Goth. Ampl. Fuld. (in quo tamen particula *et* abest post *quia*) Erl. Agob. Lugd. II. Oxon. et duo Codd. MSS. vetusti Bibl. Colbertinae, quos inspexit Baluzius (ad Lactant. de Mort. Persec. 3. p. 12. ed. Bauldri) et ed. Barr. *qua* pro *quia* ex Put. et Lugd. I. (et MSS. Pamelii) ediderunt Pamel. Herald. Rig. Haverk. ceteris non mutatis. *Domitianus*, *praenomine Neronis de crud.*, *sed quia* edd. Rhen. Gelen., pro qua scriptura, quam nequicquam tuetur Scalig. ad Euseb. p. 149. 204 sq., in vett. libris, unde sequiores derivati sunt, fortasse scriptum erat: *par nomini Neronis* sqq. De re cf. Hieron. Chron. ad A. M. MMCX. Oros. VII, 7. Euseb. H. E. III, 18 sqq. Niceph. III, 10. Sulpic. Sever. H. S. II, 31. Lactant. de Mort. Persec. 3. et ibi Intt. Dodwell. Dissert. Cypr. XI, §. 16. p. 71. — *insecutores* Codd. et Edd. quotquot novi, *persecutores* coni. Ursinus. — *consuevistis* ed Haverk. sola. *consuestis*, *et a quibus* edd. Gelen. Barr. Pamel. Sed illud *et* praeter meos omnes et Fuld. delet. — *usque ad hodiernum* ed. Pamel. Euseb. H. E. IV, 26. Mox: *At nos contrario* edd. Rhen. Gangn. Herald. — *quibus iam Germanicam* Lugd. II. Agob. *quibus Germanicam* edd. Gangn. Gelen. De litteris illis Antonini, ad calcem Apolog. Iustini additis, v. Scalig. ad Euseb. p. 222 sqq. ad verba Hieronymi partim ex Tertulliani h. l. repetita ad A. CLXXIV. p. Chr. n. De re narrata v. praeterea Tertull. ad Scap. 4. Euseb. H. E. V, 5. Niceph. IV, 12. Oros. VII, 15. Gregor. Nyssen. Or. II. in XL Martyres. tom. II. Opp. p. 937. Iul. Capitol. V. M. Antonini cap. 24. V. Heliog. cap. 9. Claudian. de VI. Consul. Honorii v. 342 sqq. Dio Cass. LXXI, 9. Xiphilin. p. 270. Zonar. Ann. XII, 2. Georg. Cedren. I, p. 439. ed. Bonn. et contra Diar. Antiqu. a. 1834. p. 206 sqq. — *Christianorum forte militum*. Non dubium est quomodo explicanda sit particula *forte* quove pertineat. Vertas: durch die Bitten der Soldaten die zufällig (vel: gerade) Christen waren. Paulo post: *imbre discussam* edd. Gangn. Barr. — *contestatur. Sicut*

cussam contestatur: sic ut non palam ab eiusmodi hominibus poenam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adiecta etiam accusatoribus damnatione, et quidem tetriore. Quales ergo leges istae quas adversus nos soli exercent impii, iniusti, turpes, truces, vani, dementes? quas Traianus ex parte frustratus est vetando inquiri Christianos, quas nullas Hadrianus, quamquam omnium curiositatum explorator, nullus Vespasianus, quamquam Iudaeorum debellator, nullus Pius, nullus Verus

non Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Lugd. II. Erl. edd. Gangn. Barr. Rig. *contestatur. Qui sicut palam* omisso *non* edd. Rhen. Gelen. Pamel. *contestatur. Qui sicut non palam* edd. Herald. Haverk. Emendavi *contestatur: sic, ut non palam.* Particula *sic* significat adeo, ea de causa, ideo, quo quidem usu positam eam deprehendimus iam supra cap. 2.: *Sic* enim soletis sqq. Cf. Plauti Mostell. II, 2, 20. Apul. Met. IX, 19. p. 799. et IV, 32. p. 296. ed. Hild. Mox: *accusatorum damnatione* Fuld. — *et quidem deteriore* Erl. *et qu. detriore* Ampl. Antonini rescriptum extat apud Euseb. H. E. IV, 13. cf. V, 21. Verbum *dispergere* h. l. recte interpretantur per disiicere, irritum reddere, frustrari. Post voc. *tetriore* in Codd. MSS. incipit caput sextum, quod in Put. Goth. Ampl. Oxon. ceterisque, uti videtur, omnibus inscribitur: DE LEGIBVS. — *ergo truces leges* Gorz. et edd. Gangn. Barr. — *soli exequuntur impii* Fuld. edd. Rig. Haverk. In cett. et manu et typis exaratis omnibus *exercent* legitur. — *turpes, truces, dementes? quas* Lugd. I. *turpes, dementes, vani? quas* edd. Rhen. Gangn. Barr. *turpes, truces, varii, dementes? quas* ed. Gelen. *turpes, vani, dementes: quas* ed. Haverk. — *quamquam omnium curios. explorator* Put. Goth. Ampl. In cett. Mss. et Edd. omnibus extat *quamquam* (*perquam* Lugd. II. vitiose) *curiositatum omnium explorator.* De Hadriani curiositate testis est etiam Spartianus p. 6. B. in eius Vita, et Suidas s. v., quos vide. Innuit vero Tertullianus Hadrianum nunquam utique leges in Christianos non sanxisse, si ullum eius curiositati illorum crimen explorare licuerit. Ceterum adnota vocem *curiositatem* insolenter hic poni pro ipsa re cum cura et diligentia pervestiganda. — *quamquam Iudaeorum debellator.* Res nota ab ethnicis vulgo confundi solitos cum Iudaeis Christianos. — *nullus Severus inpressit* 1 Vatic. et MS. Leodiense. Confunduntur passim in Codd. MSS. nomina *Verus* et *Severus.* V. Salmas. ad Scriptt. H. A. p. 114. D. *nullus Nero impressit* Lugd. I. *quos nullus Vespasianus*, *q. I. d.*, *nullus Adrianus*, *q. c. o. expl.*, *nullus Pius*, *nullus Verus impressit* Fuld., cum quo si quis censeret *quos* repo-

rus inpressit. Facilius utique pessimi ab optimis quibusque, ut ab aemulis, quam a suis sociis eradicandi iudicarentur.

6. Nunc religiosissimi legum et paternorum institutorum protectores et cultores respondeant velim de sua fide et honore et obsequio erga maiorum consulta, si a nullo desciverunt, si in nullo exorbitaverunt, si non necessaria et aptissima quaeque disciplinae oblitteraverunt. Quonam illae leges abierunt sumptum et ambitionem comprimentes? quae centum aera non amplius in coenam subscribi iubebant nec

nendum pro *quas*, quod omnes reliqui Codd. et editiones omnes retinent, „imprimere Christianos" insolentius dictum esset pro: impressionem facere in Chr. Sed neque „imprimere leges" dici pro irrogare vel promulgare leges, ut vulgo hic interpretantur, vulgaris est usus. *Inprimere* igitur puto hic esse leges severius exercendas quasi inculcare (nos: einschärfen) magistratibus. Sic usurpatur verbum *inprimere* de Pallio cap. 4. p. 23. ed. Salm. Cf. infra ad cap. 18. initio. De toto loco praeterea cf. Euseb. H. E. IV, 15 sqq. et Niceph. III, 32 sqq. Mox: *Facilius itaque* edd. Gelen. Pamel. — *aemulis* h. e. inimicis, quo significatu frequens est vocabuli usus in scriptis Tertulliani. —

6. *et ultores* Fuld. Lugd. II. Agob. MSS Pamelii omnes et Put. (teste certe Heraldo). ed. Pamel. *ut ultores* Lugd. I. *et institutores* Erl. vitiose. *et cultores* Goth. Ampl. et edd. omnes praeter Pamel. Paulo post: *si in illo exorbitarunt* ed. Gelen. — *disciplinae oblitaverunt* ed. Rig. In sqq. post voc. *saginatam* in Cod. Ampl. perperam inserta leguntur haec: *Ecce quam bonas leges abrogaverunt circa humana duntaxat. quia primo ostendit eos neglexisse leges patrum circa humana, secundo circa divina. In istoc* (*isto c.* h. e. *isto capitulo* Goth.) *etiam tractat* (*? etiam tt* Ampl. *etiam cura* Goth.) *ipsos deos.*, quae in mg. Cod. Goth. inter alia occurrunt. — *decem pondera argenti* Erl. Mox: *ambitionis titulo* Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. et paulo post: *submoverunt* Fuld. In Lugd. II. verba *quae theatra* — — *destruebant* omissa sunt. De legibus illis censoriis quibus nimii coenarum et conviviorum sumptus coercebantur v. Gell. II, 24. Macrob. Sat. II, 13. Plin. H. N. VIII, 15. XXXIII, 11. et X, 50. Valer. Max. II, 9, 4. et Boxmani Diss. Ant. Iur. de Legg. Rom. Sumptuar. L. B. 1816. — *subscribi* h. e. concedi, dari opsonatori unde coemeret. Subscribere enim pro concedere familiare Tertulliano; cf. de Virg. Vel. 10. de Idol. 13. de Anima 40. Aliter Heraldus, qui adnotat: Subscribere dicit Tertull simpliciter, quasi conventione quadam destinare ac, quod faciebant iuvenes qui de symbolis una erant futuri, collutarum se pro-

amplius quam unam inferri gallinam, et eam non saginatam, quae patricium, quod decem pondo argenti habuisset, pro magno titulo ambitionis senatu submovebant, quae theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant, quae dignitatum et honestorum natalium insignia non temere nec inpune usurpari sinebant? Video enim et centenarias coenas a centenis iam sestertiis dicendas, et in lances (parum est si senatorum et non libertinorum vel adhuc flagra rumpentium) argentaria metalla producta. Video et theatra nec singula satis esse nec nuda: nam ne vel hieme voluptas inpudica frigeret, primi Lacedaemonii penulam ludis excogitaverunt. Video et inter matronas atque prostibulas nullum de habitu discrimen

mittere. — *quae theatra st. m. o. statim destruebant.* V. Tertull. de Spectac. 10. Appian. B. C. I, 28. Valer. Max. II, 4, 2. cf. August. C. D. I, 32. — *quae dignitatum* Gorz. duo Vatic. Erl. Fuld. (sed de hoc non diserte est notatum) et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pamel. Rig. et Haverk. (in Erratis ita corr.) *quae dignitatem* Put. Goth. Ampl. Oxon. edd. Gelen. Herald. (sed in adnott. *dignitatum* praebet) Haverk. Dignitatum et honestorum natalium h. e. magistratuum, nobilium et ingenuorum insignia sunt annuli aurei, insignes vestes, lunati calcei, alia. Cf. Petr. Fabri Semestr. II, 6. 22 sqq. - *centenarias coenas* h. e. sumptuosissimas, ut in quibus tot sestertia quam olim aera consumebantur. V. Fest. s. v. Centenariae Coenae p 54. ed. Müll. De voc. *centenarius* de numero maximo et indefinito usurpato v. Salm. de Foen Trap. p. 641. Winkelm. Stor. della Scult. tom. III, p. 351. Sic apud Arnob. II, 75. „*centenarii* vagitus.“ Cf. Tertull. de Cor. Mil. 14. de Pall. 5. p. 216. — *parum est enim si* edd. Gelen. Pamel. Flagra rumpentes sunt servi, plagipatidae et flagritribae Plauto dicti Pseud. I, 2, 5. Mostell. II, 1, 9. Capt. III, 1, 12. Cf. Iuven. VI, 378. Similiter „ferularum fractores“ parasitos appellat Sidon. Apoll. III, 13. — *nec nuda. ne vel* omisso *nam* Fuld. Respicit velorum usum ad arcendum calorem vel frigus. Cf. Intt. ad Propert. Eleg IV, 1, 15. et Plin. XIX, 1, 5. — *odium paenulae ludis* Fuld. et edd. Rig. Haverk. *penulam ludis excogitarunt* et. Rhen. Gangn. Barr. *penulam nudis excogitarunt* Lugd. I. et ed. Gelen. In cett. omnibus et mss. et editis libris *paenulam ludis excogitaverunt.* De paenula v. Bartholinum de Paenula (Hafn. 1670.) in Graevii Thes. tom. VI. Lips. Elect. I, 13, 25. Salm. ad Scriptt. H. A. p. 6. et Becker Gall. tom. II. p. 93 sqq. *ludis* sc. spectandis. Mox: *atque prostitutas* Erl. — *discrimen derelictum* Erl. Lugd. II. In Cod. Ampl. post *relictum*

relictum. Circa feminas quidem etiam illa maiorum instituta ceciderunt quae modestiae, quae sobrietati patrocinabantur, cum aurum nulla norat praeter unico digito quem sponsus obpignorasset pronubo anulo, cum mulieres usque adeo vino abstinerent, ut matronam ob resignatos cellae vinariae loculos sui inedia necarint, sub Romulo vero quae vinum attigerat, inpune a Metennio marito trucidata est. Idcirco et oscula propinquis offerre etiam necessitas erat, ut spiritu iudicaren-

iterum male inseruntur: *Addidit* (*Addit* Goth.) *alias tres bonas leges neglectas*, quae glossa in mg. Goth. legitur. De re cf. de Pall. 4. — *nulla membra norat praeter unicum digitum* Lugd. II. Agob. et sic ed. Gelen. in qua tamen *norant* legitur. *nulla norat praeter unicum digitum* Erl. *nulla norat pr. unico digito* Put. Goth. Ampl. Oxon. MSS. Pamel. et edd. omnes praeter Gelen. De *praeter* pro *praeterquam* posito res nota. V. Kritz ad Sall. Catil. 36. Drakenb. ad Liv. III, 52, 13. Oudend. ad Suet. Claud. 4. et ad Caes. B. G. I, 5, 3. — *obpignorasset* Put. Erl. *oppignorasset* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. *oppignerasset* Goth. Ampl. Oxon. edd. Herald. Rig. Haverk. De re v. Plin. XXXIII, 1. Rup. ad Iuv. XI, 43. — *usque adeo vino abstinerent* Put. Goth. Ampl. Erl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Rig. *usque adeo a vino abstinerentur* Fuld. et ed. Haverk. *usque adeo a vino abstinerent* Lugd. II. *usque adeo vino abstinerentur* Lugd. I. Oxon. MSS. Pamelii et ed. Pamel. Herald. Cf. Plin. H. N. XIV, 13. Gell. X, 23. Valer. Max. II, 1. Serv. ad Virg. Aen. I, 738. Intt. ad Iuv. Sat. VI, 1. Athen. Deipnos. I, 13. Plut. Qu. Rom. 6. — *sui inedia necaverint* Oxon. *sui* h. e. propinqui, agnati, gentiles, ut recte explicat Rig. — *necarint. Sub* — — *trucidata est.* Ita Fuld., uti videtur, et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Rig. Haverk. *necarint, sub* — — *trucidata sit* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. Lugd. II. quattuor MSS. Pamelii et ed. Pamel. Mox vitiose: *virum attigerat* Goth. (sed superscr. *vinum*) Oxon. — *Mecenio* Agob. Lugd. II. edd. Rhen. Herald. Rig. Haverk. *Maecenio* edd. Gelen. Pamel. *Mecennio* ed. Barr. *Metenio* Put. *Metemo* Oxon. *Metenino* Lugd. I. *Metennio* Goth. (sed ab eadem manu antiqua superscr. —*llo.*) Erl. quattuor MSS. Pamelii. *Metellonio* Ampl. Egnatium *Metellum* appellat Valer. Max. VI, 3, 9. Egnatium *Mecenium* Plin. H. N. XIV, 13. (Cod. Chiffl. *Maetenni*) et in loco Servii ad Aen. I, 738. Codd. et Edd. variant inter *Metenius*, *Methenius*, *Metennius*, *Mezeinus*, *Mecennius* et *Mezentius*. Perizon. ad Ael. V. H. II, 38. probat *Metennius*. — *offerre etiam necessitas* Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Luggd. MSS. Pamelii omnia

tur. Ubi est illa felicitas matrimoniorum de moribus utique prosperata, qua per annos ferme sexcentos ab urbe condita nulla repudium domus scripsit? At nunc in feminis prae auro nullum leve est membrum, prae vino nullum liberum est osculum, repudium vero iam et votum est, quasi matrimonii fructus. Etiam circa ipsos deos vestros quae prospecte decreverant patres vestri, idem vos obsequentissimi rescidistis. Liberum Patrem cum mysteriis suis consules senatus auctoritate non modo urbe, sed universa Italia eliminaverunt. Serapidem et Isidem et Arpocratem cum suo cynocephalo Capitolio prohibitos inferri, id est curia deorum pulsos Piso et

et ed. Pamel. Voculam *etiam* delent Put. et edd. omnes praeter unam Pamel. — *spiritu indicarentur* Ampl. edd. Rhen. Gangn. Barr. Pamel. *spiritu diiudicarentur* Fuld. *spreti iudicarentur* Goth. Oxon. — *quae per annos* Goth. Lugd. II. Oxon. De re v. praeter Gell. IV, 3. Valer. Max. II, 1, 4. Tertull. de Monog. 9. et Magium Miscell. II, 15. — *scripsit? At nunc* Put. Goth. Ampl Gorz. Agob. Lugd. II. Fuld. Erl. et edd. Gelen. Barr. Pamel. *scripsit? Nunc* Oxon. edd. Rhen. Herald. Rig. Haverk. Cf. Tertull. de Hab. Mul. 9. — *quae prospecte* Put. Goth. et Ampl. (plene scriptum) Oxon. Erl. Lugd II. MSS. Pamelii omnia et edd Pam. Herald. Rig. Haverk. *quae specte* Fuld. *quae perspecte* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. — *idem vos* Put. In cett. Codd. ut et in edd. omnibus *iidem vos.* — *cum mysteriis consules* omisso *suis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald invitis scriptis libris quotquot novi. De Senatus consulto de Bacchanalibus coercendis res nota est. Liv. XXXIX, 8 sqq. August. C. D. VI, 9. Valer. Max. I, 3. Tabula aenea venerandae vetustatis olim in Bruttiis reperta servatur hodie in Biblioth. Palat. Vindobon. V. Fiedler Gesch. d. Röm. Staats p. 370 sqq. Haubold Antiqu. Rom. Monum. Leg. ed. E. Spangenberg (Berol. 1830.) p 5 sqq. et Endlicheri Catal. Codd. MSS. Latin. Bibl. Palat. Vindob. p. 1., cuius libri ad calcem illius accuratissima imago conspicitur. — *Serapidem isiden et arpocraten* Goth. Ampl *Serapiden et ysiden et arpocraten* Erl. *Serapidem et Isidem et Arpocratem* Put. *Serapidem*, *Isidem* omisso *et* ed. Barr. et fortasse Fuld. quoque. – *prohibitos inferri id est* Codd. MSS., uti videtur, omnes praeter Fuld. in quo abest *inferri*, (ut etiam in simili loco ad Nat. I, 10.) et edd. omnes praeter unam Rig., in qua illud item deletum. Cynocephalus est Anubis, de quo v. quae adnotarunt Intt. ad Arnob. VI, 25. Min. Fel. Octav. 21. Firm. Mat. de Err. Prof. Rel. 2 Iuvenal. Sat. VI, 534. Apul. Met. XI, 11. Plut. de Is. et Osir. c. 44. Diod. Sic. I. §. 87. p. 97. De re memorata

Gabinius consules non utique Christiani eversis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium et otiosarum superstitionum vitia cohibentes. His vos restitutis summam maiestatem contulistis. Ubi religio, ubi veneratio maioribus debita a vobis? Habitu, victu, instructu, sensu, ipso denique sermone proavis renuntiastis. Laudatis semper antiquitatem, et nove de die vivitis. Per quod ostenditur, dum a bonis maiorum institutis deceditis, ea vos retinere et custodire quae non debuistis, cum quae debuistis non custodistis. Ipsum adhuc quod videmini fidelissime tueri a patribus traditum, in quo principaliter reos transgressionis Christianos destinastis, studium dico deorum colendorum, de quo maxime erravit antiquitas, licet Serapidi iam Romano aras restruxeritis, licet Baccho iam Italico furias vestras immoletis, suo loco ostendam proinde despici et neglegi

quae incidit in a. U. C. 696., v. Valer. Max. I, 3. et cf. quae proferunt Intt. ad Arnob. II, 73. — *His vero destructis* vitiose Agob. et Lugd. II. (in quo altero tamen m. rec. corr. *restitutis*). Novum templum numinibus istis depulsis a. U. C. 711. a triumviris fuit decretum test. Dione Cass. XLVII, 15. August. C. D. X, 14. Lucan. Phars. VII, 83. — *victu instructa? sensu* Erl. *victu et instructu, sensu* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *victu, instructu, sensu* Goth. Ampl. Fuld. Lugd. II. Oxon. et edd. Pam. Herald. *victu, instructu, censu* edd. Rig. (ex Cod. Put.?) et Haverk. Mox: *renuntiatis* Erl. — *antiquitatem nove* Put. *antiquitatem et nove* Goth. Ampl. Erl. Oxon. Agob. Lugd. II. et omnes edd. praeter Rig. et Haverk. in quibus *antiquos, sed nove* extat auctoritate Fuld. *de die* h. e. in dies de Paenit. 12. „aut idem *de die* sperent." Cf. Drakenb. ad Liv. XXV, 28. Hand Tursell. II. p. 205. — *dum a maiorum* omisso voc. *bonis* Agob. *dum vos a maiorum* Lugd. II. deletis prioribus a m. rec. Mox: *cumque debuistis* Put. Erl. — *custodistis. Adhuc* Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. MSS. Pamelii omnia et ed. Pam. *custoditis. Adhuc* Put. (sed de hoc mihi non diserte adnotatum est) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Rig. *custodistis. Ipsum adhuc* Fuld. *custoditis. Ipsum adhuc* ed. Haverk. — *destinastis* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Lugd. II. Agob. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *destinatis* Oxon. Gandav. Elnon. edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. — *colendorum, de quo* Put. Goth. Ampl. Erl. Agob. Lugd. II. Oxon. Fuld. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Haverk. *de* praepositionem omittit sola ed. Rig. — *immolaretis* Put. Goth. Oxon. Lugd. II. *ymmoletis* Erl. *immoletis* Fuld. *immolaritis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. *immolaveritis* edd. Herald. Rig. Haverk. *furias vestras* h. e. furores vestros. Innuit fortasse Sabazia

et destrui a vobis adversus maiorum auctoritatem. Nunc enim ad illam occultorum facinorum infamiam respondebo, ut viam mihi ad manifestiora purgem.

7. Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidii et pabulo inde, et post convivium incesto quod eversores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum, libidinum impiarum in verecundiam procurent. Dicimur tamen semper, nec vos quod tam diu dicimur eruere curatis. Ergo aut eruite, si creditis, aut nolite credere, qui non eruistis. De vestra vobis dissimulatione praescribitur non esse quod nec ipsi audetis eruere. Longe aliud munus carnifici in Christianos imperatis, non ut dicant quae faciunt, sed ut negent quod sunt. Census istius disciplinae, ut iam edidimus, a Tiberio est. Cum odio sui coepit veritas; simul

de quibus v. Sainte-Croix sur les Myst. II, p. 93 sqq. Creuzer Symb. III, p. 363. Welcker ad Zoegae Diss. p. 401. Intt. ad Arnob. V, 21. — *ostendam perinde* edd. Gelen. Barr. (et Fuld.?) *proinde* habent Gandav. Elnon. tres Vatic. et mei Codd. MSS. et cett. edd. omnes. — *ut viam mihi ad manifestiora purgem.* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. Agob. edd. Herald. Rig. Haverk. *ut v. mihi manifestiora* (m. rec. *manifestiorem*) *purgem* Lugd. II. *ut iam inde ad manifestiora pergam* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. —

7. — *et pabulo Iudae* ed. Rhen. *et pabulo crudae* edd. Gangn. Gelen. Barr. prob. Latinio. — *tenebrarum libidinum impiarum inverecundiam* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II. Agob. Erl. (in quo punctum positum post *tenebrarum*) *tenebrarum in libidinum imp. verecundiam* Fuld. *tenebrarum et libid. imp. inverecundiam* edd. Rhen. Barr. *tenebrarum et libid. imp. inverecundia* edd. Gangn. Gelen. Pam. Herald. *tenebras, tum et lib. imp. inverecundiam* edd. Rig. Haverk. ex coni. Ursini. Restitui genuinam scripturam duce Fuld. Acerbe dicuntur verecundae libidines impiae quod saltim lucem horrent. De re v. Intt. ad Min. Fel. Octav. 9. Verba *Ergo aut eruete* — — *eruistis* absunt in Agob. Lugd. II. *non eruitis* Fuld. Erl. ed. Gelen. Mox: *De vestra nobis* edd. Rhen. Gangn. Barr. — *praescribitur* h. e. respondetur, obiicitur. Cf. ad Natt. I, 3. II, 1. Mox: *carnificii* Ampl. Erl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Barr. (et Cod. Fuld.?) Non male. — *in Christianis* Erl. Agob. Lugd. II. *longe aliud* sc. quam vulgo. Mox: *ut negent quod sint.* Agob. — *Sensus istius* Agob. Lugd. II. Census est origo, aestimatio, professio. Saepissime hoc voc. ita utitur Tertullianus. Sic adv. Hermog. 4. de Virg. Veland. 4. de Anima 1. V. adnot. ad capp. 10. 48. Cf. capp. 5. 12. 15. 21. et ad Natt. I, 10. In Lugd. I. illud *est* post *Tiberio* abest. — *coepit veritas simul atque apparuit.*

atque apparuit, inimica est. Tot hostes eius quot extranei, et quidem proprie ex aemulatione Iudaei, ex concussione milites, ex natura ipsi etiam domestici nostri. Cotidie obsidemur, cotidie prodimur, in ipsis plurimum coetibus et congregationibus nostris opprimimur. Quis umquam taliter vagienti infanti supervenit? quis cruenta, ut invenerat, Cyclopum et Sirenarum ora iudici reservavit? Quis vel in uxoribus aliqua inmunda vestigia deprehendit? Quis talia facinora cum inve-

inimica est Put. Bong. Goth. Fuld. *coepit veritas. atque ut app. inimica est* Erl. *coepit simul veritas atque app. inimica est* Agob. Lugd. II. (in quo voc. *est* compunct. est a m. rec.) *coepit simul veritas atque app. inimica esse* edd. Gelen. Pamel. In cett. edd. *coepit veritas simul atque app. inimica esse.* — *hostes eius tot* Fuld. *hostes ei quot* Erl. De voc. *extraneus* cf. adnot. ad Tertull. ad Natt. I, 7. — *et quidem proprie* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Agob. edd. Gelen. Pamel. In cett. edd. *et quidem proprii.* — *ex concussione.* ICtis concussio dicitur crimen, quo quis alterum illicite terret intentanda accusatione gravioris criminis, vel simulando iussa aut minas magistratuum, ut ab eo pecuniam extorqueat periculi vitandi causa. Ulp. Dig. XLVII, 13, 1. Id. I, 18, 6. Dicitur autem concussio, quia terror est metus concutiens, teste Cic. Tusc. IV, 19. Cf. Tertull. ad Scap. 4. et 5. et 13. de Fuga in Persec. 12. et 13. Evang. Luc. III, 14. *Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι λέγοντες· Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μηδένα διασείσητε μηδὲ συκοφαντήσητε καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν.* — *domestici nostri.* Notum est illud: Quot servi totidem hostes. Mox: *aemulatione: Iudaei, ex concussione: milites ex natura. Ipsi etiam domesticis nostris quotidie* ed. Rhen. et Gangn. Barr. in quibus tamen distinguitur *ex natura ipsi, etiam* sqq. Paulo post: *ipsis etiam plurimum* Fuld. — *et Syrenum* (*Sirenum*) *ora* Erl. Lugd. II. Agob. et Put. (in quo tamen ab eadem manu antiqua corr. *Sirenarum*) edd. Gangn. Barr. Pamel. In cett. et Codd. MSS. et Edd. *et Sirenarum ora.* — *iudicii* (in mg. corr. *iudici*) *reseravit* ed. Rhen. *indicium reservavit* ed. Gelen. *iudici reseravit* edd. Gangn. Barr. Pamel. *iudicium reservavit* Lugd. II. Agob. *iudici reservavit* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. edd. Herald. Rig. Haverk. Cyclopibus Sirenas iungit, quoniam et mares et feminas hoc scelere confoederari inter Christianos putabant. De ipso hoc crimine Christianis facto cf. Intt. ad Min. Fel. Octav. 9. (et p. 288. ed. Ouzel.) et ad Tatian. Or. ad Gr. 42. p. 90. (ed. Worth.) Iust. M. Dial. c. Tryph. p. 227. Apol. II, p. 70. Athenag. Leg. pro Chr. p. 38. et praeterea Irenaeum ap. Oecumenium in Comment. in Petri Ep. I, 2. — *in uxoribus unquam im-*

nisset, celavit aut vendidit ipsos trahens homines? Si semper latemus, quando proditum est quod admittimus? immo a quibus prodi potuit? Ab ipsis enim reis non utique, cum vel ex forma omnibus mysteriis silentii fides debeatur. Samothracia et Eleusinia reticentur: quanto magis talia quae prodita interim etiam humanam animadversionem provocabunt, dum divina servantur? Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur ut extranei. Et unde extraneis notitia, cum semper etiam piae initiationes arceant profanos et arbitris caveant, nisi si impii minus metuunt? Natura famae omnibus nota est.

munda Fuld. — *aut vendidit ipsos vendens homines* ed. Gelen. *ipsos tradens homines* mg. ed. Rhen. Locum unus Rigaltius recte explicat: Quaesitores criminum facinora vendere dicuntur, qui scelera vestigando deprehensa pretio corrupti non deferunt ad tribunalia. Quis autem credat facinorosos potuisse facinora sua redimere, cum ipsi cotidie ad Proconsulem pertraherentur? — *reis. Non utique* distinguunt Lugd. II. (sed a m. rec.) et ed. Rig. Mox: *ex forma omnium mysteriorum* Fuld. — *fides adhibeatur* edd. Rhen. Gangn. Barr. Mox: *Eleusina* ed. Gelen. Paulo post: *si reticentur* Erl. — *talia quae prodita magis humanam* ed. Rhen. *talia prodita interim etiam hum.* edd. Gangn. Barr. *talia quae prodita interiment, iam humanam* Lugd. I. ed. Gelen. *talia quae prodita etiam humanam* omisso *interim* Fuld. — *provocabunt, quam divina servantur* ed. Rhen. *prov. quam dum divina servantur* edd. Gangn. Barr. *provocabant, dum divina servantur* ed. Gelen. *provocabunt, dum divinitas servatur* Fuld. *prov. dum divina servatur* edd. Rig. Haverk. ex coni. Latinii. *provocabunt, dum divina servantur* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. edd. Pamel. Herald. *divina* sc. animadversione. Est enim ablativus. Mox: *ipsi sunt proditores* Fuld. — *semper etiam impiae* Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. Oxon. (in quo tamen *etiam* abest) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. *etiam piae* Put. Fuld. edd. Herald. Rig. Haverk. cf. ad Nat. I, 7. ad eumque locum Gothofredi adnot. p. 87. — *etiam ab arbitris caveant* Fuld. *et ab arbitris caveant* ed. Haverk. *et arbitris caveatur* ed. Rhen. *et arbitros caveant* edd. Gelen. Pamel. *et arbitris careant* Erl. — *nisi impii* Fuld. Agob. *nisi si impii nimis* (in mg. emend. *minus*) *metuunt* ed. Rhen. Post voc. *metuunt* in Codd. MSS. vulgo incipit caput septimum, quod inscribitur in Put.: DE INFANTICIDIO., in Goth. Ampl. Oxon.]: DE FAMA., in aliis ap. Pamel.: DE FAMA INCESTVS, in uno Vaticano plenius: INANIS EST FAMA QVAE CHRISTIANIS OBICI-

Vestrum est: Fama, malum qua non aliud velocius ullum. Cur malum fama? quia velox? quia index? an quia plurimum mendax? quae ne tunc quidem, cum aliquid veri adfert, sine mendacii vitio est, detrahens, adiiciens, demutans de veritate. Quid? quod ea illi condicio est, ut non nisi cum mentitur perseveret et tamdiu vivit quamdiu non probat, siquidem ubi probavit, cessat esse et quasi officio nuntiandi functa rem tradit, et exinde res tenetur, res nominatur. Nec quisquam dicit verbi gratia: Hoc Romae aiunt factum, aut: Fama est illum provinciam sortitum, sed: Sortitus est ille provinciam, et: Hoc factum est Romae. Fama, nomen incerti, locum non habet ubi certum est. An vero famae credat nisi inconsideratus? Quia sapiens non credit incerto. Omnium est aestimare, quantacunque illa ambitione diffusa sit, quanta-

TVR. — *nota est vestrum. Est fama* Erl. ed. Gelen. *nota est, utrum est fama* ed. Rhen. — *qua non aliud velocius* Put. Fuld. Agob. Lugd. II. In Goth. Ampl. Erl. Oxon. et edd. omnibus legitur *quo non aliud.* V. Serv. ad Virg. Aen. IV, 174. — *Cur ea malum? quia* ed. Gelen. *Cur fama malum? quia* ed. Pamel. *Cur malum fama? an quia* Fuld. — *velox? an quia plurimum mendax* edd. Rhen. Gangn. Barr. ceteris omissis. — *quae nec tunc quidem* Lugd. II. Oxon. Goth. Ampl. Mox: *aliquid veri defert* Fuld. et ed. Haverk. cf. ad Nat. I, 7. — *veritate. Ea illi condicio* Lugd. I. *veritate. Quicquid ea illi cond.* Lugd. II. *veritate. Quid? quod ea cond.* omisso *illi* Goth. Ampl. In Erl. desideratur *est* post *condicio.* — *et tamdiu vivat* Erl. Paulo post: *uti probavit* Erl. — *functam rem* Put. Lugd. II. vitiose. Mox: *tradit, exinde* particula *et* omissa Fuld. et edd. Gelen. Pamel. — *nec quisquam famam dicit* Erl. *nec quispiam dicit* Ampl. — *verbi gratia, fama est hoc Romae factum* Goth. Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *verbi gratia hoc Romae aiunt* (*aut* Put.) *factum* Put. Fuld. Erl. Lugdd. Agob. MSS. Pamelii et edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. Verba *sortitum* — — *provinciam* absunt in Lugd. II. Agob. *provincia fortitum sed fortitus est ille provinciam* Erl. — *hoc factum Romae* omisso *est* Erl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Cod. Fuld.?) Herald. Haverk. Inserunt illud *est* Put. Goth. Ampl. MSS. Pamelii et edd. Pam. Rig. — *Romae. Fama incerti est, locum* edd. Rhen. Gangn. Barr. In cett. edd. ut et in Codd. MSS. quotquot novimus extat: *Romae. Fama, nomen incerti, locum.* — *An famae credat, nisi si inconsideratus? qui sapiens est non credit. In certo omnium est aestimare, quantacunque illa ambitione diffusa sit* Fuld. Re-

cunque asseveratione constructa, quod ab uno aliquando principe exorta sit necesse est. Exinde in traduces linguarum et aurium serpit, et ita modici seminis vitium cetera rumoris obscurat, ut nemo recogitet, ne primum illud os mendacium seminaverit, quod saepe fit aut ingenio aemulationis aut arbitrio suspicionis aut non nova sed ingenita quibusdam mentiendi voluptate. Bene autem quod omnia tempus revelat, testibus etiam vestris proverbiis atque sententiis, ex dispositione naturae, quae ita ordinavit, ut nihil diu lateat, etiam

tinuimus vulgatam scripturam, in qua consentiunt omnes MSS. et editi libri, nisi quod pro *Omnium est aestimare quantacunque illa amb.* Erl.: *Omnium est e scientia. res quantacunque illa ambitione*, ed. Gelen.: *Omnium est existimare quantacunque ambitione*, ed. Rhen. *O. e. existimare quantacunque illa amb.*, ed. Rig. *Omnium erit aestim. qu. illa amb.* praebent. Ante verba *quia sapiens* sqq. quo plena fiat oratio, tacite suppleas: minime. Mox: *necesse est, et exinde* Erl. — *serpit et ita* Put. Erl. Lugd. II. (a m. sec. superscr. vulg. *serpat*), quod unice verum est; cf. ad Nat. I, 7. Cett. Codd. MSS. et Edd. omnes praebent *serpat*, distinguendo perperam aut: *constructa, quod — — exorta sit, necesse est exinde* (sic edd. Rhen. Gangn. Gelen. Pamel.) aut: *constructa. Quod — — exorta sit necesse est; exinde* (sic Herald. et Haverk.), praeter unam Rig., quae habet: *constructa, quod — — exorta sit necesse est. exinde*, partim auctoritate Put. in quo punctum est ante *exinde* positum. Verto: Alle müssen erkennen, dass, in wie weitem Umfange es (sc. das Gerücht) auch ausgebreitet sei, mit wie grosser Glaubwürdigkeitsversicherung aufgebaut, dass es doch einstmals von einem einzigen Urheber ausgegangen sein muss. *Ambitio* saepius ap. Tertullianum positum pro ambitu, circuitu, ut adv. Psych. 17. de Virg. Vel. 8. de Anima 25. ad Natt. I, 7. *traduces linguarum et aurium.* Cf. infra cap. 11. de Praescr. Haeret. 32. de Patientia 5. de Anima 9. — *modicum seminis* Erl. In seqq. si per Codd. auctoritatem liceret restituerem *certa rumoris* pro *cetera rumoris.* — *obscurat* Codd. quotquot novi edd. omnes praeter Gelen. Barr. quae *obscurant* praebent. — *recogitet num primum illud os* edd. Gelen. et Pamel. *recogitet unum ne illud os* Boug. Oxon. prob. Heraldo. In ed. Rhen. verba *illud os* absunt. Mox: *quod tempus omnia* Erl. — *proverbiis atque sententiis.* V. Sophocl. ap. Gell. N. A. XII, 11. et alios ap. Erasm. Adag. in sectione: „Tempus omnia revelat." col. 925 sq. — *ex dispositione divinae naturae* Fuld. — *etiam quod fama distulit* omissa

quod fama non distulit. Merito igitur fama tamdiu conscia sola est scelerum Christianorum. Hanc indicem adversus nos profertis, quae quod aliquando iactavit tantoque temporis spatio in opinionem corroboravit usque adhuc probare non valuit, ut fidem naturae ipsius appellem adversus eos qui talia credenda esse praesumunt.

8. Ecce proponimus horum facinorum mercedem: vitam aeternam repromittunt Credite interim. De hoc enim quaero, an et qui credideris tanti habeas ad eam tali conscientia pervenire. Veni, demerge ferrum in infantem nullius inimicum, nullius reum, omnium filium, vel si alterius officium est, tu modo adsiste morienti homini antequam vixit, fugientem animam novam expecta, excipe rudem sanguinem, eo panem tuum satia, vescere libenter. Interea discumbens dinumera loca, ubi mater, ubi soror; nota diligenter, ut cum tenebrae ceciderint caninae non erres. Piaculum enim admiseris nisi incestum feceris. Talia initiatus et consignatus vivis in

negatione Erl. *Differre* h. e. est dispargere, disseminare, quo significatu obviam est apud optimae notae scriptores. Terent. Heaut. Prol. 16. Liv. XXXIV, 49. Nep. Dion. 10. — *sola conscia est* edd. Gelen. Pamel. Paulo post: *Merito ergo* Ampl. — *Christianorum. Quod dicitur semper est, quia quod est desinit dici. Hanc indicem* Fuld. plenius prob. Iunio. — *tantoque temporis spatio* Fuld. et ed. Haverk. Post voc. *valuit* in omnibus editionibus incipit novum caput, consentientibus Codd. Pamelii et Goth. Ampl. Oxon., qui inscribunt DE INFANTICIDIO ET INCESTO., plenius Vatic. unus ap. Pamel.: FLAGITIA QVIBVS INFAMANTVR NEDVM FALSA SVNT SED CHRISTIANIS INCREDIBILIA. Sed recte Put. et Erl., in quibus demum post *praesumunt* caput octavum incipit inscriptum quidem in illo: DE FAMA INCESTI. Viderat iam Carrio verba *ut fidem naturae — — — praesumunt* a praegressis minime esse avellenda. — *ipsius adversus eos appellem qui talia esse cred. praesumunt.* Erl. —

8. — *repromittunt* sc. facinora. Codd. Goth. Ampl. Oxon. habent *externam* pro *aeternam*. Mox: *qui crediderit, tanti habeat* Fuld. Paulo post: *perveniretur. Veni* Erl. — *omnium filium* h. e. omnium benevolentia et caritate dignum. Perperam alii interpretantur per: ex communi incesto natum. — *novam specta* Lugd. I. ed. Gelen. Novam dicit animam vix natam, infantis. Mox: *sanguinem, et panem* Erl. — *piaculum enim feceris, nisi incestum feceris* Fuld.

aevum. Cupio respondeas, si tanti aeternitas, aut si non, ideo nec credenda. Etiamsi credideris, nego te velle, etiamsi volueris, nego te posse. Cur ergo alii possint, si vos non potestis? cur non possitis, si alii possunt? Alia nos, opinor, natura; Cynopae nae aut Sciapodes; alii ordines dentium,

cf. ad Nat. I, 7. *p. enim admisceris*, *nisi* Goth. Ampl. — *initiatus et consignatus μεμυημένος καὶ ἐσφραγισμένος* vertit Heraldus. Consignatus vero translate hic dicitur cuius initiatio et in sacris receptio ritu instituta et tanqum sigillis consignata et sancita fuerit. Cf. ad Valentin. 1. et Herald. ad Arnob. p. 136. ed. LB. — *sit tanta* ed. Gelen. Mox: *ideo ne credenda* ed. Gelen. — *alii possunt*, *si* Goth. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. In cett. libris et mss. et edd. *possint* legitur. — *natura* post *opinor* abest in Goth. Ampl. Oxon. et in Erl. eius loco *nam* legitur. *Alii nos opinor natura* Fuld. *Alia non op. natura* ed. Rhen. — *Cynopenne* (vel *Cynopennae*, quod idem) *aut Sciapodes* (*sycapodes* Erl.) Put. Bong. Elnon. Gandav. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Agob. *Cynopenae aut Sicapodes* ed. Rhen. *Cyclopes aut Sciapodes* edd. Gangn. Barr. et coni. Ursin. *Cynophanes aut Sciapodes* edd. Gelen. Pamel. *Cynopenae aut Sciapodes* Fuld. Oxon. et ed. Herald. *Cynopaene aut Sciapodes?* edd. Rig. Haverk. Cf. ad Nat. I, 8., ubi Cod. Agobardi item praebet *Cynopennae*. Cynocephalos (nam hos h. l. significari paene extra omnem est dubitationem) Rigaltius putat dictos *Cynopas* pro *Cynopes* Tertullianea forma, ut superiore cap. *Sirenarum* pro *Sirenum* et adv. Marc. I, 1. *Amazona* pro *Amazone*, sed dubito an sit satis accomodata analogia. Itaque malim derivare a Graeco κυνώπης, quod esset latine *cynopa*. Neque particulam interrogandi *ne*, quam posuerunt Rig. et Haverk., pro sermonis ratione hic satis aptam putavi reposuique affirmandi *nae*, qua multo efficacior redditur ironia. Aliter placuit de huius loci emendatione Salmasio ad Solin. cap. 52. p. 707. cuius verba apponam: „*Cynopenae* sunt κυνοπεῖναι. Quasi qui canina fame laborent eaque edant quae canes, utpote capitibus ac dentibus caninis praediti. Ita hoc nomen compositum, ut *γεωπεῖναι*, qui iidem sunt ac *γήφαγοι*. Hesych.: *Γήφαγοι, πένητες, ἄποροι*. Idem: *Γεωπεῖναι, οἱ γῆς πεινῶντες καὶ ἀπορούμενοι*. At *Κυνοπεῖναι* sunt qui talia edunt qualia canes. Latine extulit: *Cynopenae*, ut *κύπειρον*, *cyperum*. Sic *empeneticam facere* apud Caelium in Epistolis, *τὴν ἐμπεινητικὴν*" sqq. At errat Salmasius, cum hic non appellativum nomen, sed proprium aliquod cuiusdam fabulosae gentis latere in aperto sit. Cynocephali vero et Sciapodes coniunguntur etiam Augustino C.

alii ad incestam libidinem nervi. Qui ista credis de homine potes et facere. Homo es et ipse, quod et Christianus. Qui non potes facere non debes credere. Homo est enim et Christianus et quod et tu. Sed ignorantibus subiicitur et inponitur; nihil enim tale de Christianis asseverari sciebant: observandum utique sibi et omni vigilantia investigandum. Atquin volentibus initiari moris est, opinor, prius patrem illum sacrorum adire, quae praeparanda sint describere. Tum ille: infans tibi necessarius, adhuc tener, qui nesciat mortem, qui sub cultro tuo rideat; item panis, quo sanguinis iurulentiam

D. XVI, 8. Plin. H. N. VII, 2. De Cynocephalis praeterea v. Ctesiae Ind. 20. p. 189. et quos ibi laudat Lion. cf. fr. 33. (Tzetz. Chil. VII, 714.) fr. 34. (Aelian. H. A. IV, 46.) fr. 53. (Gell. N. A. LX, 4.), de Sciapodibus Hesych.: *Σκιάποδες οἱ ἐν Λιβύῃ πλατεῖς ἔχουσι τοὺς πόδας καὶ ποιοῦσι σκιὰν αὐτοῖς ἐν τῷ καύματι.* Steph. Byz.: *Σκιάποδες, ἔθνος Αἰθιοπικόν, ὡς Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Αἰγύπτου.* — *facere. Tu homo es et ipse* edd. Rhen. Gang. Gelen. Barr. Pamel. In Erl. est: *Si non potes facere.* — *Christianus, quod et tu*, omisso priore *et*, Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. (in hoc erasum a m. rec.) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Sed Put. servat illud *et*. — *subicitur et apponitur* Erl. pro *subiicitur et imponitur* h. e. inferne et superne. Subiicitur h. e. mendacium (pro veris) subiicitur. Mox: *tale a Christianis* Erl. — *asseverare sciebant* ed. Gelen. Verba: *Sed ignorantibus* — — — *asseverari sciebant* ex mente adversarii sunt cum ironia prolata, quibus iam respondet: at certe sciebant sibi observandum fuisse et omni vigilantia investigandum de ipso genere sacrorum, priusquam initiari eis se sinerent. Sed, pergit, illud vanum est nec speciatim refutandum, nam, opinor, volentibus initiari moris est sqq. — *Atqui volentibus* Erl. et edd. Gangn. Gelen. Barr. *Atque volentibus* Oxon. et ed. Herald. In seqq. Erl. pro *moris* habet *mos*; sed rasurae vestigium apparet. — *patrem illum sacrorum.* Cf. ad Nat. I, 7. Sic apellatur primarius sacerdos praesertim in Mithrae sacris. Orell. Inscr. Lat. n. 1491. 1919. 1920. 2354. Reinesii Synt. Inscr. I, 46. Gruter. 28, 2. 315, 5. 1102, 2. 27, 4. Cf. etiam Chiffletium in Geminiae matris sacrorum titulo sepulcr. explicato. (Antverp. 1634. 4.). — *describere* sc. ex libris ritualibus. Cf. Apul. Metam. XI, 22. fin. et ibi Intt. *praeparanda sunt descr.* Erl. *discribere* Put. — *infans* (littera ult. compunct.) *ti* Put. *infanti* Ampl. Goth. (sed in hoc superscr. *illi infans* . Mox: *qui sanguinis virulentiam colligat* edd. Gangn. Barr. — *sangui-*

colligas: praeterea candelabra et lucernae et canes aliqui et offulae, quae illos ad eversionem luminum extendant: ante omnia cum matre et sorore tua venire debebis. Quid, si noluerint vel nullae fuerint? quot denique singulares Christiani? Non erit, opinor, legitimus Christianus nisi frater aut filius. Quid nunc, etsi ista omnia ignaris praeparantur, certe postea cognoscunt, et sustinent et ignoscunt? Timent plecti, si proclament, qui defendi merebuntur, qui etiam ultro perire malint quam sub tali conscientia vivere! Age nunc timeant, cur etiam perseverant? Sequitur enim, ne ultra velis id te esse quod, si prius scisses, non fuisses.

9. Haec quo magis refutaverim, a vobis fieri ostendam partim in aperto, partim in occulto, per quod forsitan et de

nis iurulentiam Put. Fuld. Lugd. II. MSS. Pamelii et edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *sanguinis virulentiam* Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Cf. de Ieiun. 1. — *extendant.* Proprie non ipsi canes, sed funes quibus sunt annexi, possunt dici extendi. Illi enim dum offulas proiectas consequi student eousque trahendo funes intendunt et extendunt, donec candelabra secum proripiunt atque evertunt. *extundant* pro *extendant* Erl. Mox: *Quid si venire noluerint* Fuld. — *quod denique* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. *quot denique* Erl. *quid denique sine pignore singulares Chr.* Fuld. In edd. est: *quid denique singulares Chr.* Quot denique, inquit, inter ipsos Christianos μονάζουσι, nec matrem aut sororem aliumve consanguineum habent? Eruntne hi recte in Christianorum numero habendi? *quod* pro *quot* cum in reliquis meis Codd. tum in Put. saepissime positum inveni. — *Non eris opinor* Fuld. *Non enim op. leg. non Christianus* Erl. Mox: *quid tum etsi* edd. Rhen. Gelen. Pam. — *recognoscunt et sustinent* Erl. *cognoscunt et cernunt et ign.* Oxon. — *plecti si proclament qui defendi* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugd. II. edd. Rhen. Gelen. Gangn. Barr. Pamel. Herald. *plecti qui si procl. def* edd. Rig. Haverk. — *quin etiam ultro* edd. Gelen. Barr. Pamel. *qui e. u. p. malunt* Fuld. *qui e. u. p. mallint* Erl. — *perseverent* edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld. ?). —

9. — *Haec quoque magis* Goth. Ampl. Lugd. II. *Haec que* (quid antea fuerit dignoscere non licet, rasura tamen apparet) *magis refutaverunt* Erl. — *aperto, partim* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Agob. Lugd. II. edd. Gang. Gelen. Barr. Pamel. *aperto et partim* edd. Rhen. Herald. Rig. Haverk. Mox: *forsitan de nobis*

nobis credidistis. Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam usque ad proconsulatum Tiberii, qui eosdem sacerdotes in eisdem arboribus templi sui obumbratricibus scelerum votivis crucibus exposuit, teste militia patriae nostrae, quae id ipsum munus illi proconsuli functa est. Sed et nunc in occulto perseveratur hoc sacrum facinus. Non soli vos con-

Lugd. I. — *immolabant palam* Erl. Humana sacrificia Saturno facta fuisse tradunt Orig. c. Cels. V, p. 249. Lactant. I, 21. cf. Tatian ad Gr. cap. 46. Augustin. C. D. VII, 19. Diod. Sic. XIII, 86. cf. XX, 14. Plut. de Sera Num. Vind. p. 256. A. Min. Fel. Octav. 30. et Intt. Oros. IV, 6. Hieron. in Iesai. 13, 46. Enn. ap. Non. p. 158. *ad proconsulem Tiberii* voluit emendare Ios. Scaliger ad Casaub. Ep. 66. (cf. Casaub. ad Scriptt. H. A. p. 8 sq.), sed iure eum refutavit Salmas. ad Scriptt. H. A. p. 9. quem vide omnino ad h. l. De Tiberio hoc proconsule et de tempore eius non constat. — *qui eosdem sacerdotes* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. Agob. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *qui ipsos sacerdotes* Fuld. edd. Rig. Haverk. *eosdem* h. e. eosdem ipsos quos sacrificantes ita Saturno deprehenderat. Arbores scelerum templi obumbratrices in quibus pendentes illi sacerdotes poenas luebant tamquam votivas cruces appellat vel quia anathemata illis suspendere solebant veteres (v. Intt. ad Apul. Flor. 1. tom. II. p. 3. et ad Metam. VI, 3. tom. I. p. 404. ed. Hild. cf. Lucian. de Dea Syr. p. 910.), vel quia ipsae arbores quibus circumdatum erat templum deo votivae et sacrae essent. Cf. Plin. H. N. XII, 1. Vergil. Aen. II, 713. et Intt. Sulpic. Sev. V. S. Martini c. 10. Schol. ad Arist. Plut. 942. — *templum suum obumbrantibus* Lugd. II. (a m. pr. erat *obumbranticibus* Agob. Et in Goth., qui *templi sui obumbratricibus* praebet, *obumbrantibus* videtur fuisse, siquidem post litteras sex priores vocis rasura conspicua est. — *crucibus vivos exposuit* Fuld. Agob. et ed. Haverk. *cervicibus exposuit* Goth. (sed in hoc ab eadem manu superscr. *crucibus*) Ampl. Oxon. — *teste militiae patris nostri* Fuld. quae scriptura firmatur testimonio Eusebii de Vir. Ill. 53. et in Chron. ad annum XVI. Severi, Tertulliani patrem centurionem proconsularem fuisse. Mox: *quae ad ipsum munus* Fuld. — *in occulto perseverat* Erl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. In cett. et MSS. et editis libris meis extat *perseveratur*. Sic passive usurpatum *perseverare* verbum ap. Iustin. XII, 6. f. Symmach. Epp. X, 73. cf. Id. I, 90. Firm. Mat. Math. V, 2. med. Tertull. de Pat. 5. de Pall. 4. ed. Salm. — *Non solum vos contempnunt* Erl. Oxon. Dicit praeter Christianos vel ethnicorum ipsorum partem contemptui habere idola eorumque sa-

temnunt Christiani, nec ullum scelus in perpetuum eradicatur aut mores suos aliqui deus mutat. Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parcendo perseverabat, quos quidem ipsi parentes sui offerebant et libentes respondebant et infantibus blandiebantur, ne lacrimantes immolarentur. Et tamen multum homicidio parricidium differt. Maior aetas apud Gallos Mercurio prosecatur. Remitto fabulas Tauricas theatris suis. Ecce in illa religiosissima urbe Aeneadarum

cra sanguine humana polluta, quae adhuc perseverent. Paulo post: *ullum facinus in perpetuum* Fuld. — *aliquis deus* Fuld. Erl. edd. Rhen. (ubi extat: *aliquis deus cum propriis filiis mutat. Saturnus non*) Gelen. *perseverabit* (sed ab eadem manu corr. *perseverabat*) *quos quidem* Erl. *perseverasset sed quos quidem* Fuld. — *libantes respondebant et* Erl. *libentes exponebant et* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. In Lugd. II. et Agob. verba *et libentes* — — *blandiebantur* absunt. *respondebant* tenent Fuld. Bong. et mei omnes. *Respondere* verbum interpretantur per simplex *spondere* citato loco Ambrosii de Abrahamo Diss. II.: „Bona mens quae sine *responsi* caelestis syngrapha certamen arripuit, geminae laudis fructum adquirit sibi.“ Adde Tertull. de Resurr. Carnis 48. Papinian. Dig. L, 1. 17. f. Quid autem impedit quominus interpretemur simpliciter per satisfacere, morem gerere sc. deo, qui infantes ut sibi immolentur postulat? — *ne lacrimantes immolarentur*. Hoc enim nefas erat. Cf. ad Scap. 2. Elmenh. ad Apul. Met. VI, 4. f. Cf. Min. Fel. Oct. 20. et infra cap. 38. — *Mercurio prosecatur* Put. Goth. Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *Merc. prosequatur* (superscr. *batur*) Lugd. II. *Merc. presentatur* Erl. *Merc. prosecabatur* Fuld. edd. Rig. Haverk. Bene stat *prosecatur*, quod non opus est ut pro praesenti accipiatur. Gallorum sacrificia illa humana vel inhumana, ut ait Minucius Felix (Octav. 30. ubi v. Intt.), aboleverat Claudius Imperator, teste Sueton. Claud. 25., ubi Casaubonus Claudium edicto suo non obtinuisse suspicatur ex hoc Tertulliani loco. Fortasse non immerito. Cf. Pomp. Mela III, 2. Plin. H. N. XXX, 1. Hugo Floriac. Hist. Trevir. I, 14. Iustin. Hist. XXVI, 2. Lactant. I, 21. Augustin. C. D. VII, 19. Tertull. adv. Gnost. 7. Caes. B. G. VI, 17. Lucan. Pharsal. I, 144. Paul. Diac. de Gestis Langob. I, 10. Creuzer Symb. VI, 412. Ritter Gesch. Galliens p. 261. Schedius de diis Germ. p. 155. f. Intt. ad Taciti Germ. 9. — *fabulas Tauricas* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. et Erl. in quo *tabulas tauritas* legitur. *Tauricas fabulas* edd. omnes. De his sacris cf. Intt. ad Min. Fel.

rum piorum est Iuppiter quidam quem ludis suis humano sanguine proluunt. Sed bestiarii, inquitis. Hoc, opinor, minus quam hominis? An hoc turpius, quod mali hominis? certe tamen de homicidio funditur. O Iovem Christianum et solum patris filium de crudelitate! Sed quoniam de infanticidio nihil interest sacro an arbitrio perpetretur (licet parricidium homicidio intersit), convertar ad populum Quot vultis ex his circumstantibus et in Christianorum sanguinem hiantibus, ex ipsis

Octav. l. l. Hygin. Fab. 120. Tertull. ad Marc. I, 1. — *suis. Sed et in illa* Fuld. — *Aeneadarum* Iustinian. Nov. 47. *Αἰνείας ἡμῖν ὁ Τρῶς βασιλεὺς τῆς πολιτείας ἐξάρχει Αἰνειάδαι τε ἡμεῖς ἐξ ἐκείνου καλούμεθα.* Pii vero per ironiam appellantur Aeneadae propter Aeneae cognomen notissimum. — *sanguine proluunt* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. *proluunt sanguine* edd. omnes. De Iovis Latiaris cruentis sacris v. Intt. ad Min. Fel. l. l. Adde Prudent. c. Symmach. I, 379. Scalig. ad Euseb. p. 56. Tatian. ad Gr. 46. p. 101. ed. Worth. et inprimis Cypr. de Spectac. p. 111. *Sed bestiarum* Erl. ed. Rhen. *Sed bestiariorum* mg. ed. Rhen. edd. Gangn. Barr. *Sed bestiariis* Lugd. II. bestiarium dicit vilissimum hominum genus illud aut noxium ad bestias damnatum. — *Opinor hoc minus quam* Goth. Ampl. edd. Rhen. Gangn. Barr. — *An hoc turpius* h. e. An non potius hoc turpius sqq. — *Iovem Christianum.* Christianum dicit quia pariter atque Christiani, quae fama de his erat, humanis sacrificiis gaudeat, prognatum patre non dissimili, cuius scilicet de crudelitate, qua ceteram prolem devoraverat, solus ex pluribus filiis relictus fuerat. Verba *de crudelitate* absunt in ed. Gelen. De praepositionis *de* vi instrumentali v. Hand. Tursellin. II, p. 219 sqq. Hildebr. ad Arnob. I, 39. et ad Apul. Metam. VIII, 8. p. 668. Mox: *an arbitrio patretur* Fuld. — *licet parricidium homicidio intersit* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. et omnes edd. praeter Rig. et Haverk. in quibus extat: *licet de parricidio intersit*, auctoritate Fuld. *licet homicidio* (*homicidium* Agob.) *parricidium intersit* Lugd. II. Agob. Respicitur his verbis non tam ad sequentia, ubi morem veterum illum tum liberos natos exponendi tum innatos expellendi commemorat, quam ad praegressum Saturni exemplum; hic enim parricidii, Christiani tantum simplicis infanticidii vel homicidii rei. Sensum non ceperunt qui ea verba a Tertulliano non esse profecta praeiudicaverunt. — *convertat* (mg. *convertar*) *ad populum* ed. Rhen. *convertatur ad pop.* Lugd. II. — *Quod* (in Goth. superscr. *quem*) *vultis* (*multis* Erl.) Put. Goth. Erl. Oxon. Gorz. ed. Rhen. Cf. supra ad cap. 8. — *sanguinem inhiantibus* Fuld. prob

etiam vobis iustissimis et severissimis in nos praesidibus apud conscientias pulsem, qui natos sibi liberos enecent? Siquidem et de genere necis differt, utique crudelius in aqua spiritum extorquetis aut frigori et fami et canibus exponitis; ferro enim mori aetas quoque maior optaverit. Nobis vero semel homicidio interdicto etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est prohibere nasci, nec refert natam quis eripiat animam an nascentem disturbet; homo est et qui est futurus;

Davis. ad Cic. N. D. I, 30. — *liberos enectent* edd. Rhen. Gangn. Barr. De re cf. in universum Goettling. R. Staatsverf. p. 111 sqq. Heineccii Ant. Rom. Synt. p. 117 sqq. — *Si quid et de necis genere differt*, *utique* Fuld. unde Haverk. perperam edidit: *Si quid et de genere necis? Differt. Utique.* In Erl. est: *Si quid de genere n. u.* — *aetas quoque maior optaverit:* quanto igitur humanior illius usus in tenellis infantibus? *maior optavit* edd. Rhen. Gelen. Pamel. *maior optabit* edd. Gangn. Barr. *optaverit* habent Bong. Fuld. Put. et reliqui mei omnes cum edd. Herald. Rig. Haverk. — *spiritum torquetis aut fr. aut f. aut c. exponentes* Fuld. — *semel* (*simul* Oxon.) *homicidio interdicto* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. *homicidio semper interd.* edd. Rhen. Gangn. Barr. *homicidio semel interd.* Fuld. edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *Semel* h. l. est nostrum *ein für allemal.* Cf. cap. 10.: *semel* deos non colendo. cap. 11.: *semel* utique dispositum sqq. V. Buenem. ad Lact. V, 4. p. 589. Cort. ad Lucan. II, 198. VI, 756. Duk. ad Flor. II, 12. Bach. ad Ovid. Met. XIII, 101. Burm. ad Quinctil. Decl. VI, 2. Intt. ad Cic. pro Rege Deiot. 3. — *conceptum uterum* Fuld. prob. Iunio. — *in hominem deliberatur* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. I. ed. Rig. *in hominem delibatur* Fuld. Erl. Lugd. II. et reliquae edd. omnes. Iun. coni. *delibratur.* Verum est *delibatur* h. e. detrahitur, derivatur e ceteris corporis partibus ad alendum uteri fructum. Gloss. Vet. in Ang. Mai Class. Auct. tom. VI, p. 520.: „Delibat, sanguinem detrahit." Verba *deliberare, delibare* et *delibrare* persaepe in Codd. MSS. confundi docent loci Gell. XV, 8. Lucret. III, 1100. Cic. Inv. II, 58. Absonus est locus adv. Marc. IV, 21. ubi *deliberatus* est liberatus; (cf. de Patientia 8.) — *dissolvere non licet* sc. medicaminibus epotis, ut ait Minuc. Fel. Oct. 30. ubi v. Elmenh. et Ouzel. cf. de Exhort. Cast. 12. et Cuiac. Observatt. XIX, 9. Mox: *prohiberi nasci* ed. Gelen. — *qui eripiat* ed. Barr. (Fuld.?) — *an nascentium disturbet* edd. Rhen. Gelen.

etiam fructus omnis iam in semine est. De sanguinis pabulo et eiusmodi tragicis ferculis legite necubi relatum sit (est apud Herodotum, opinor), defusum brachiis sanguinem ex alterutro degustatum nationes quasdam foederi conparasse. Nescio quid et sub Catilina degustatum est. Aiunt et apud quosdam gentiles Scytharum defunctum quemque a suis comedi. Longe excurro. Hodie istic Bellonae *sacratos* sanguis de femore proscisso in palmulam exceptus et siti datus signat.

an nascentibus disturbet Erl. In cett. edd. ut et Codd. tam meis quam Pamelii et Gorz. *nascentem* extat. — *et fructus hominis iam* ed. Gelen. — *eiusmodi tragicis fabulis* Fuld. *huiusmodi erogatis ferculis* Erl. — *legite ubi relatum* Erl. Ursin. et Scriver. coni. *nuncubi rel.* Perperam. Particula *necubi* conflata est ex interrogativa *ne* et *ubi*, ut *nuncubi* ex *num* et *ubi*. — *relatum est* Lugd. II. Agob. In seqq. *est* ante *apud* desideratur in Fuld. Verba *est apud Herodotum opinor* absunt in edd. Rhen. Gelen., quibus spuria visa sunt. De re v. Herod. IV, 70. De aliis populis cf. Pompon. Mela II, 1. Tacit. Ann. XII, 47. ibique Lips. Valer. Max. IX, 11, 3. Ext. Laurent. Lyd. de Re Milit. p. 203. Solin. 20. Intt. ad Minuc. Fel. Octav. 30. — *diffusum brachiis* Erl. Lugd. I. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Pamel. — *sanguinem et alterutro* Fuld. — *Catilina tale degustatum* Fuld. et inde edd. Rig. et Haverk. De re v. Flor. IV, 1. Suid. s. v. *Λούκιος Σέργιος Κατιλῖνος.*, Sallust. Catil. 22. — *Aiunt apud* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. De Massagetis hoc affirmat Strabo XI, p. 513. Hieronym. adv. Iovin. II, 7. Cf. Plin. H. N. VII, 1. Lucian. de Luctu p. 306. de Amic. p. 37. tom. II. ed. Voss. Herodot. IV, 26. II, 38. III, 97. Strabo XV, p. 710. Tertull. adv. Marc. I, 1. — *Hodie istic Bellonae sacratus* Put. Goth. Ampl. Erl. Agob. Lugdd. edd: Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *Hisne Bell. sacratus* Oxon. *Hodie isthic Bell. secator* Fuld. *Hodie istic Bell. sacratos* ed. Rig. *Hodie et hic Bell. secatur* ed. Haverk. *Hodie et hic B. sacratur* coni. Ursin. — *proscisso in palmulam exceptus et sui datus signat. item illi* (*illi item* Ampl.) Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. I. *prosc. in palm. exc. et siti datus signatur. item illi* Erl. *prosc. in palm. exc. esui* (Lugd. II. a m. pr. *et sui*) *datus signat item illi* Agob. Lugd. II. *prosc. in palm. exc. et suis* (*exc. et sui* ed. Barr. *exc. suis* ed. Herald.) *datus signatis. Item illi* edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. *prosc. et in parmulam* (*in palmulam* ed. Pamel.) *exc suis datur signatis. Item illis* edd. Gelen. Pamel. *prosc. in palmula exceptus et usui datus signat. item illi* Fuld. *prosc. in palmulam exc. esui datus signat. item illi* ed. Rig. *pro-*

Item illi qui munere in arena noxiorum iugulatorum sanguinem recentem de iugulo decurrentem exceptum avida siti comitiali morbo medentes hauserunt, ubi sunt? item illi qui de arena ferinis obsoniis coenant, qui de apro, qui de cervo petunt? Aper ille quem cruentavit, conluctando detersit; cervus ille in gladiatoris sanguine iacuit. Ipsorum ursorum alvei appetuntur cruditantes adhuc de visceribus humanis. Ructatur proinde ab homine caro pasta de homine. Haec qui editis, quantum abestis a conviviis Christianorum? Minus autem et illi faciunt

scisso. parmula exc. esu candidatos signat. Item illi ed. Haverk. Perperam. De Bellonariis v. Intt. ad Min. Felic. Octav. 30. Horat. Sat. II, 2, 223. Lamprid. V. Commodi 9. Martial. XII, 57. Lucan. I, 565. Lactant. Inst. I, 21. cf. Dempster Paral. ad Rosini Antiqu. Rom. IV, 10. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 355. — *munere in arena.* Munus in arena est munus gladiatorium. In seqq. pro *iugulatorum* Fuld. habet *rigulatorum.* Cf. etiam Gronov. Obss. I, 8. — *decurrentem avida* omisso voc. *exceptum* Fuld. *sanguinem recentem avida siti* ceteris deletis ed. Rig. invitis Codd. MSS. — *medentes auserunt* (a m. sec. corr. *hauserunt* Lugd. II.) *med. auferunt* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Rig. Haverk. Cett. edd. cum MSS. Pamelii et Rig. et meis omnibus: *med. hauserunt*, ut praebent etiam Fuld. et Lugd. I. De ipsa re v. Plin. H. N. XXVIII, 1. Arctaeus Cappad. IV, 175. Scribon. Larg. 12. Cels. III, 23. *ubi sunt?* Nonne inter vos? — *qui de arena.* Cf. Minuc. Fel. Oct. 30. Lactant. VI, 20. — *luctando detersit* ed. Rhen. Gangn. Barr. *conculcando detersit* Lugd. I. ed. Gelen. *detersit* h. e. se maculavit, se illevit eius sanguine. Cf. Minuc. Fel. Oct. 30.: „illitas cruore." — *sanguinem iactavit. Ipsorum urs. alvei app. cruditantes adhuc de* Fuld. *sanguine iacuit. Ips. urs. alvei app. cruditantibus* (*cruditatibus* Oxon.) *adhuc* Put. Bong. Goth. Ampl. Agob. Lugdd. Oxon. *sanguine iacuit. Aprorum ursorum alvi app. crudelitatibus adhuc de* Erl. *sang. iactavit. Ursorum alvei app. trucidantibus adhuc se* edd. Rhen. Gangn. Barr. *sang. iacuit. Ursorum alvei app. cruditantes adhuc de* ed. Gelen. *sang. iactavit. Ipsorum urs. alvei app. cruditantes adhuc de* edd. Pamel. Herald. *sang. iacuit. Ips. urs. alvei app. cruditantes adhuc de* edd. Rig. Haverk. *Alvei* (sic enim omnes codd. praeter unum Erl.) sunt alvi. Gloss. Erfurt. a me editum in Iahn et Klotz Archiv. a. 1847. p. 273.: „Albeus, venter." Gloss. Gr. Lat. ap. Vulcan. p. 14.: „Alveus, Γαστὴρ, Κύτος." — *de homine est. Haec* Erl. *proinde* abest in Fuld. *Ructatur deinde ab* ed. Gelen. Mox: *abestis conviviis*, omissa praepositione, Erl. — *quia vivos*

qui libidine fera humanis membris inhiant, quia vivos vorant? minus humano sanguine ad spurcitiam consecrantur, quia futurum sanguinem lambunt? non edunt infantes plane, sed magis puberes. Erubescat error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea suffocatis quoque et morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contaminemur vel intra viscera sepulto. Denique inter temptamenta Christianorum botulos etiam cruore distensos admovetis, certissimi scilicet inlicitum esse penes illos per quod exorbitare eos vultis. Porro quale est, ut quos sanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis, nisi forte suaviorem eum experti? Quem quidem et

vorant. Minuc. Fel. Oct. 28.: „qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhaerescunt.“ De nefanda fellitationis libidine v. Epiphan. Haer. XXVI. Martial. Epigr. III, 79. II, 61. 30. Firm. Mat. Astron. VIII, 3. 27. VI, 31. VII, 16. Iuven. Sat. II, 49. ibique Intt. Auson. Epigr. 120. Cf. Senec. de Benef. IV, 31. Quaest. Nat. I, 16. Ep. ad Lucil. 87. Eustath. ad Il. IX, 129. Suid. s. v. *Λεσβίσαι*. — *sanguine a spurcitia* ed. Gelen. *sang. ad spurcitiem* Lugd. I. — *Christianos qui* edd. Rhen. Gangn. Barr. *Christianis insultare qui* Erl. De re v. Intt. ad Minuc. Fel. Oct. 30. ad Euseb. H. E. V, 1. Salmas. de Foen. Trapez. p. 450. — *suffocatis quoque* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. In edd. extat *quoque suffocatis*. In Oxon. verba *qui propterea* — — *abstinemus* absunt. Mox: *morticiniis* edd. Gangn. Barr. — *ne quo modo sanguine* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. (sed a m. rec. deletum est *modo*) Agob. *ne quoque sang*. Lugd. I. ed. Pamel. ex MSS. In cett. edd. *ne quo sanguine* extat omnibus. — *distensos* Put. Goth. Ampl. Erl. *distentos* edd. omnes. *etiam* ante *cruore* abest Barr. et pro *inter temptamenta* in Fuld. extat *in tormenta*. In seqq. verba *certissimi* — — *eos vultis* desiderantur in ed. Gelen. et voc. *scilicet* ante *inlicitum* abest in ed. Haverk. Botuli sunt intestina carne et sanguine farta cum condimentis. V. Becker Gallus I, p. 244 sq. Intt. ad Fest. s. v. et ad Arnob. II, 42. De re v. Leo Imper. Nov. 58. Clem. Alex. Paedag. II, 1. Clem. Const. Apost. VI, 12. Augustin. c. Faust. Manich. XXXII, 13. Plura suppeditat Elmenh. ad Min. Fel. Oct. 30. — *per quod exorbitare* h. e. qua ipsa in re peccare eos vultis, dum illos (sc. botulos) admovetis gustandos. — *confiditis* sc. alias enim nobis non admoveretis. *conspicitis* coni. Rhen. in marg. — *pecudis horrere* Fuld. *pecoris abstinere* (Lugd. II. a m. rec. *abstines*) Agob. Lugd. II. — *suaviorem experti estis*. *Quem*

ipsum proinde examinatorem Christianorum adhiberi oportebat ut foculum, ut acerram. Proinde enim probarentur sanguinem humanum adpetendo quemadmodum sacrificium respuendo, alioquin negandi si non gustassent, quemadmodum si immolassent, et utique non deesset vobis in auditione custodiarum et damnatione sanguis humanus. Proinde incesti qui magis quam quos ipse Iuppiter docuit? Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert. Sed et Macedones suspecti, quia cum primum Oedipum tragoediam audissent, ridentes incesti dolorem: *ΗΛΑΥΝΕ*, dicebant, *ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΑΤΕΡΑ*. Iam

Fuld. *suavior est cum experiri. Quem* Agob. Lugd. II. vitiose. — *Quem quid et ipsum proinde* Fuld. *Quem quidem ipsum proinde* Lugd. I. edd. Rhen. Gangn. Barr. *Quem quidem ipsum perinde* ed. Gelen. — *adhiberi oportebat ut foc. ut acerram* Agob. Lugdd. Put. et reliqui mei omnes. *adh. ut foc. ut ac. oportebat* edd. omnes. — *appetendo Christiani qui sacrificium respuendo* Fuld. *app. quam aliquod sacrif. resp.* Ampl. Foculos et acerras admovebant Christianis probandi causa, ut diis et geniis Caesarum sacrificarent. — *Perinde enim probarentur* ed. Gelen. — *alioquin necandi si non gustassent quemadmodum si* (*si* abest Put.) *immolassent* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. edd. Rhen. Gangn. Barr. *alioquin* (*alioqui* ed. Gelen.) *negandi si non gust. qu. si imm.* Erl. Lugd. I. ed. Gelen. *alioquin negandi si gust. qu. si non immol.* ed. Pam. *alioquin necandi si gust. qu. si non immol.* Bong. edd. Herald. Rig. Haverk. *negandi* sc. Christiani esse. Dedi scripturam unice veram. — *damnatione sanguinis humani* Lugd. II. Agob. Dicit Tertullianus: et utique custodiae et carceres de vestris semper aestuantes (cf. cap. 44.) satis vobis humani sanguinis suppeditarent. — *Iuppiter.* Qui matrem et filiam constupravit, (Arnob. V, 20 sqq. Clem. Alex. Protr. p. 13. ed. Potter. Ovid. Met. VI, 108. Hygin. Fab. 105. Claudian. de Raptu Proserp. I, 215 sqq. Nonn. Dionys. VI, 157.) sororem sibi coniugem fecit. V. me ad Firm. Mat. de Err. Prof. Relig. 4. Clem. Alex. Protr. 2. Augustin. C. D. IV, 10. Min. Fel. Oct. 31. Tertull. infra cap. 14. Paulin. Nol. adv. Pag. v. 56 sq. — *Ctesias.* V. Brisson. de Regno Pers. II, 155. p. 493. (229.) Kanne ad Conon. IX, p. 86. Lucian. de Sacrif. tom. I, p. 364. ed. Voss. Clem. Recogn. IX, 20. Diog. Laert. I, Prooem. 7. et IX, 11, 9. (ubi v. Menag.) Clem. Alex. Stromat. III, p. 431. Tatian. ad Gr. 45. — *primum Euripidis tragoediam* Agob. Lugd. II. — *ΕΛΑΥΝΕ dicebant ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΛΙΤΕΡΑ* Put. Elnon. Gandav. *ἐλαγγαε aiebant μετεραν.* Fuld. *emyne dicebant*

nunc recogitate quantum liceat erroribus ad incesta miscenda, suppeditante materias passivitate luxuriae. Imprimis filios exponitis suscipiendos ab aliqua praetereunte misericordia extranea, vel adoptandos melioribus parentibus emancipatis. Alienati generis necesse est quandoque memoriam dissipari, et simul error inpegerit, exinde iam tradux proficiet incesti

eictHNaMtepa Goth. Ampl., neque aliter Oxon. et Bong. tantum quod hic *ἔμινε* et uterque *εἰς τὴν μητέρα* habet. *ea a. y. ne dicebant cittum epa* Erl. *elline dicebant eis tena ligera* Agob. Lugd. II. *dolorem dicebant epala* Lugd. I. *emene dicebant. Iam* ed. Rhen. *μέμηνε dicebant. Nam* ed. Gangn. *ἔμεεν dicebant εἰς τὴν μητέρα* ed. Gelen. Pamel. *μέμηνε dicebant. Iam* ed. Barr. *ἔμηνε dicebant εἰς τὴν μήτερα* ed. Herald. *ΕΛΑΥΝΕ dicebant ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ* ed. Rig. *ἤλαυνε* dicebant *τὴν μάτερα* ed. Haverk. ex emend. Gothofr. ad Tertull. ad Nat. I, 16. p. 131. Sanavi, opinor, locum reponendo: *ΗΛΑΥΝΕ dicebant ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΑΤΕΡΑ* h. e. „Ducebat in matrem," ambiguo sensu, quasi metropolin aliquam subacturus, ut dicit Rigaltius. — *μετεραν. Age iam rec. qu. lic. erroribus vestris ad incesta* Fuld. — *suppeditante materia* Fuld. et Lugd. II. (sed a m. sec.) *ad incestas miscere materias pessumitate luxuriae* ed. Rhen. *ad inc. m. suppeditare materias passim invitante luxuria* ed. Gelen. *pessimitate luxurie* Ampl. De voc. *passivitas*, a *pando* non a *patior* derivando, satis frequenti tum apud Tertull. tum apud ceteros eius aevi inprimis Afros scriptores v. quae adnotavit Hildebr. ad Apul. Met. VI, 10. p. 426 sq. Du Cange in Gloss. s. v. Cf. Tertull. de Corona 8. de Pall. 4. adv. Hermog. 46. adv. Valent. 30. adv. Marc. IV, 16. et de Monog. 6. de Carne 24. de Pudic. 2. ad Nat. II, 1. Passivitatem luxuriae dicit promiscuam luxuriam. Cf. ad hunc locum etiam Minuc. Fel. 31. — *praetereunte matre extranea* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *praetereunte misericordiae extraneae* ed. Pamel. In seqq. voc. *parentibus* abest Lugd. II. Misericordia praeteriens est misericors praeteriens. „Alienam misericordiam" in eodem argumento dixit Lact. VI, 20. et „obvium patrem" Quinctil. declam. CCVI. Emancipare alicui filium est a se emancipatum et ex patria manu dimissum alterius adoptivi patris potestati subiicere. V. Cic. de Finn. I, 7. — *disperci* (h. e. dispergi) *Et semel* Fuld. *dissipari. Et semel* ed. Haverk. In cett. et Codd. MSS. et Edd. omnibus *dissipari et simul Dissipari* nil aliud quam aboleri, disturbari hic posse significare in aperto est; quamquam Lacerda aliique sumunt pro extendi. De re cf. Lactant. VI, 20. Clem. Alex. Paedag. III, 3. — *tradux*. Cf. supra

serpente genere cum scelere. Tunc deinde quocunque in loco, domi, peregre, trans freta comes est libido, cuius ubique saltus facile possunt alicubi ignaris filios pangere vel ex aliqua seminis portione, ut ita sparsum genus per commercia humana concurrat in memorias suas, neque eas caecus incesti sanguinis agnoscat. Nos ab isto eventu diligentissima et fidelissima castitas sepsit, quantumque ab stupris et ab omni post matri-

cap. 2. Haverk. censet post *proficiet* incidendum esse, ut *incesti* genitivus pendeat a *genere*. Serpere est sensim atque occulto dilatari et crescere; cf. Rutil. Numat. I, 397. *serpenti* Oxon. — *proficiet in incestum* Agob. Lugd. II. — *cuiusque ubique saltus* Fuld. *saltum f. p. alicubi ignavi* Lugd. I. *saltu f. p. alicubi ignari filios* ed. Gelen. *Saltus libidinis* supra fere dicebat *passivitatem luxuriae*; cf. ad Nat. I, 16. — vel ex aliqua *seminis portione* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Agob. Lugd. II. Fuld. et omnes edd. praeter Rig. et Haverk. qui *velut ex aliqua seminis sparsione* praebent. *vel ex aliqua s. portione* h. e. vel ex quantulacunque seminis portione; licet enim fiat saepius ut vana et irrita sit coitio cum muliere quaqua semel patrata, tamen et aliter passim fieri usus docet. Nec tamen nego quin haec verba prioribus ita addita nescio quid otiosi ne dicam inepti sapere videantur. Itaque malim scribere: *filios pangere, ut vel ex aliqua seminis portione ita sparsum genus* sqq. Filios de filiis et filiabus dici evincunt innumeri scriptorum loci. V. Intt. ad Arnob. IV, 16. Verheyk ad Eutrop. p. 116. Muncker ad Fulgent. I, p. 628. Plura exempla et de aliis vocabulis promiscue ita usurpatis suppeditabit Hildebr. ad Apul. Met. II, 7. p. 88 sq. — *uti. aspersum* Erl. et ita deleto puncto etiam Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *ut aspersum* Agob. Lugd. II. *ut ita spersum* Fuld. *ut ita sparsum* Put. Goth. Ampl. edd. Rig. Haverk. — *in memorias suas* h. e. in origines suas, ita ut pater in filiam, filius in matrem incidat. — *nequis eas caecus incesti* Fuld. *neque eas cecus incesti* Put. *cecus* (sed ita scriptum ut etiam *cetus* legi possit) Goth. Ampl. Agob. *neque eas tecum incesti* Erl. *neque eas cecum* (a m. sec. corr. *cecus*) Lugd. II. *neque eas caetum incesti* Lugd. I. *neque eas coetus incesti* edd. omnes. *Caecus* adiectivum si idem est atque *ignarus* cum genitivo strui notum est. Quinctil. Instit. I, 10. Gell. XII, 13. Claudian. de Raptu Proserp. I, 138. Vulgata lectio si tibi praeplacet: *coetus incesti sanguinis*, exempla eius usus, quo *coetus* ponitur de concubitu, invenies ap. Hildebr. ad Arnob. IV, 22. Wakef. ad Lucret. I, 1016. — *post matrimonium* sc. iunctum. *omni matrimoniorum* (in Lugd. II. corr. m. sec. *matrimonium*) *ex-*

monium excessu, tantum et ab incesti casu tuti sumus. Quidam multo securiores totam vim huius erroris virgine continentia depellunt, senes pueri. Haec in vobis esse si consideraretis, proinde in Christianis non esse perspiceretis. Idem oculi renuntiassent utrumque. Sed caecitatis duae species facile concurrunt, ut qui non vident quae sunt videre videantur quae non sunt. Sic per omnia ostendam. Nunc de manifestioribus dicam.

10. Deos, inquitis, non colitis, et pro imperatoribus

cessu Agob. Lugd. II. *excessu.* Cf. de Anima 27. — *et fidelissima* abest ed. Gelen. Mox: *a stupris* ed. Gelen. Barr. — *virginis continentia* Ampl. *virginea continentia* Erl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) *virgine continentia* Put. Goth. Oxon. MSS. Pamelii omnes, Lugd. II. et Agob., uti videtur, et edd. Herald. Rig. Haverk. Sic *virgo senecta* adv. Valent. 5. De re cf. Iustin. Mart. Apol. I, p. 27. Athenag. pro Chr. 28. Min. Fel. Oct. 31. *Senex puer* qui ad senectam usque virginitatem servavit. — *Si haec in vobis esse consideraretis* edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) Herald. Rig. Haverk. *Haec* (*hoc* Lugd. I.) *in vobis esse si consid.* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. edd. Gelen. Pamel. — *Idem oculi* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. MSS. Pam. edd. Gelen. Pamel. In cett. edd. *iidem.* — *idem renunciasset utrunque* deleto *oculi* ed. Gelen. *idem renuntiassent utrisque* Ampl. — *caecitati duae* edd. Rhen. Gangn. Barr. — *quae sunt videre* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II. edd. Gelen. Pam. *quae sunt et videre* Erl. edd. Gangn. Barr. (Fuld.?) Herald. Rig. Haverk. *quaerant et videre* ed. Rhen. — *Sic per omnia nunc ostendam* ed. Herald. Verba *Sic per omnia ostendam* deleta in ed. Gelen. *ostendam* omittunt edd. Rhen. Gangn. Barr. sed Fuld. et Codd. mei omnes una cum reliquis edd. agnoscunt. — *Nunc de manifestis. Deos* Fuld. edd. Rig. Haverk. voc. *dicam* omisso. *Nunc de manifestioribus* (*manifestatoribus* Agob. et Lugd. II.) *dicam. Deos* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Agob. Oxon. et reliquae edd. omnes. —

10. — Post *Nunc de manifestioribus dicam.*, quae verba in ed. Pam. trahuntur ipsa ad novum caput, in meis Codd. incipit Caput IX., quod in Put.: DE NON COLENDO IDOLA, in Goth. Ampl. Oxon.: DE NON COLENDO YDOLO., in aliis ap. Pamel.: DE NON COLENDIS IDOLIS. inscriptum est. Plenior inscriptio in uno Vatic.: QVOD SATVRNVS IVPITER ET ALII DII HOMINES FVERINT ET NON VERE DII. — *et imperatorum* Erl. *et imperatoribus* omisso *pro* Agob. Lugdd. — *non penditis*

sacrificia non penditis. Sequitur ut eadem ratione pro aliis non sacrificemus, quia nec pro nobis ipsis, semel deos non colendo. Itaque sacrilegii et maiestatis rei convenimur. Summa haec causa, immo tota est, et utique digna cognosci, si non praesumptio aut iniquitas iudicet, altera quae desperat, altera quae recusat veritatem. Deos vestros colere desinimus ex quo illos non esse cognoscimus. Hoc igitur exigere debetis, uti probemus non esse illos deos, et idcirco non colendos, quia tunc demum coli debuissent, si dei fuissent. Tunc et Christiani puniendi, si quos non colerent, quia putarent non esse, constaret illos deos esse. Sed nobis, inquitis, dei sunt. Appellamus et provocamus a vobis ad conscientiam vestram: illa nos iudicet, illa nos damnet, si poterit negare omnes istos deos vestros homines fuisse. Si et ipsa inficias ierit, de suis antiquitatum instrumentis revincetur, de quibus eos didicit, testimonium perhibentibus ad hodiernum et civi-

Put. Goth. Ampl. Erl. Gorz. Agob. Lugd. II. edd. Gangn. Barr. (Fuld.?) In cett. edd. est *non impenditis*. — *ipsis. Scimus deos non colendos. Itaque* edd. Rhen. Gangn. Barr. Put. distinguit *ipsis semel*, *deos non colendo*. Non male. De significatione adv. *semel* diximus ad cap. 9. Mox: *sacrilegi* Erl. — *rei conveniemur* Agab. Lugd. II. In sqq. *haec est causa* Lugd. I. et: *causa immota est* ed. Rhen. vitiose. Verba *si non praesumtio* — — — *desperat, altera* absunt in Erl. — *desperet*, *altera* ed. Rhen. *disperat*, *altera* Put. Mox: *colere desivimus* Erl. c. *desiimus* ed. Gelen. — *ex quo illos non esse recognovimus* Erl. *et statim cognovimus* Fuld. — *qui tunc demum* Lugd. II. In seqq. verba *si dei fuissent* omissa sunt in ed. Barr. — *si eos non colerent*, *quia putarent non esse quos constaret esse. Sed apud vos*, *inquitis*, *constat deos esse illos. Appellamus* Fuld. Mox: *constat illos deos esse* Oxon. — *a vobis ipsis ad consc.* Fuld. et ed. Haverk. — *iudicet, illa condemnet* Fuld. *iudicet*, *illa nos condemnet* ed. Haverk. *iudicet*, *illa vis nos damnet* Erl. In Lugd. II. verba *illa nos iudicet* et in seqq. *damnet* desiderantur. — *omnes deos istos vestros* Erl. *omnes istos vestros* omisso voc. *deos* Goth. Ampl. Oxon. — *Si* (*Sic* Erl.) *et ipsa inficia si erit* Goth. Ampl. *Si et ipsa infantia ierit* (sed in Lugd. II. a m. pr. erat *si erit*) Lugd. II. Agob. *Si et ipsa inficias ierit* Fuld. Put. Oxon. Lugd. I. edd. Herald. Rig. Haverk. *Si et ipsa inficias si ierit* ed. Rhen. *Sed et ipsa inficias si ierit* ed. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. — *de quibus eos dicit* Put. *de quibus dicit eos*

tatibus in quibus nati sunt, et regionibus in quibus aliquid operati vestigia reliquerunt, in quibus etiam sepulti demonstrantur. Nunc ergo per singulos decurram, tot ac tantos, novos, veteres, barbaros, Graecos, Romanos, peregrinos, captivos, adoptivos, proprios, communes, masculos, feminas, rusticos, urbanos, nauticos, militares? otiosum est etiam titulos persequi, ut colligam in conpendium, et hoc non quo cognoscatis, sed recognoscatis; certe enim oblitos agitis. Ante Saturnum deus penes vos nemo est, ab illo census totius vel potioris et notioris divinitatis. Itaque quod de origine constiterit, id et de posteritate conveniet. Saturnum itaque, si quantum litterae docent, neque Diodorus Graecus aut Thallus neque Cassius Severus aut Cornelius Nepos ne-

Goth. Ampl. *de qu. dicit* omisso voc. *eos* ed. Rhen. *de quibus eos didicit* Gorz. Fuld. Erl. Oxon. alii, et edd. reliquae omnes. In seqq. Oxon. pro *regionibus* habet *religionibus* et omittit verba *vestigia* — — *Nunc ergo.* — *operati aliquid* Erl. Verba *nati sunt* — — *quibus* absunt Ampl. — *Nec ego per* edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *Nunc ergo per* Put. (?) Goth. Ampl. Lugd. II. Agob. ed. Rhen. *Num ergo per* Erl. edd. Gangn. Barr. (Fuld.?). — *veteres, servos, barbaros* edd. Rhen. Gangn. Barr. (sed Fuld. *servos* etiam delet). In seqq. pro *masculos* edd. eaedem praebent *masculinos.* Quos deos *captivos* dicat disces ex Macrob. Sat. III, 9. cf. cap. 25. infra. — *est enim etiam tit. persequi* Fuld. *persequi. colligam* omisso voc. *ut* edd. Gangn. Barr. (Fuld. non item). Mox: *sed ut recognoscatis, certi enim* Fuld. *sed cognoscatis* ed. Barr. Post *oblitos agitis* in meis Codd. incipit Cap. X., quod in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscribitur: DE SATVRNO ET IOVE. — *vel potioris et notioris* Put. Goth. Ampl. *vel p. et nobilioris* Erl. *ut p. et notioris* Lugd. II. *vel potioris vel notioris* Fuld. (?) Oxon. (?) edd. omnes. *census* est aestimatio, origo, numerus; vocabulum Tertullianeum. Cf. cap. 7. 21. med. de Praescr. Haer. 32. adv. Hermog. 4. et 33. adv. Marc. I, 21. de Monog. 4. cf. de Resurr. Carnis 6 fin. de Anima 1. et 32. Sic usurpat etiam verbum *censeri* passim pro originem ducere, ut infra cap. 12. et de Praescr. Haeret. 21. — *de origine constitueris* Agob. Lugd. II. *id de posteritate* omisso *et* Lugdd. et edd. Gelen. Pamel. In cett. libris tam scriptis quam typis excusis illud *et* comparet. — *itaque, si quantum* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. *itaque, quantum* omisso *si* edd. omnes. In seqq. voc. *docent* abest in Fuld. — *theodorus Graecus* Erl. Lugdd.

que ullus commentator eiusmodi antiquitatum aliud quam hominem promulgaverunt, si quantum rerum argumenta, nusquam invenio fideliora quam apud ipsam Italiam, in qua Saturnus post multas expeditiones postque Attica hospitia consedit, exceptus a Iano, vel Iane, ut Salii volunt. Mons quem incoluerat Saturnius dictus, civitas quam depalaverat

Agob. ed. Gelen. *Tallus* pro *Thallus* habent edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. *Thallus* Codd. Fuld. Elnon. Gandav. et mei omnes cum cett. edd. Respicit ad Diodor. Sic. V, 77. Thallum memorant Euseb. Praep. Evang. X, 3. Iustin. M. Paraenet. p. 7. Theophil. ad Autolyc. III, p. 274. cf. infra cap. 19. De Cassio Severo scriptore, quem una cum Diodoro, Thallo et Cornelio Nepote memorant etiam Lactant. I, 13. et Min. Fel. Oct. 22., nihil possum proferre. Voss. de Histor. Latt. putat hic nomen Cassii Heminae latere, quem fortasse ipse Tertullianus cum Cassio Severo, clarissimo illo rhetore, (cf. de eo Dial. de Orat. 19. Sueton. Vitell. 2. Senec. Exc. Contr. III. praef. Tacit. Ann. I, 72.) memoriae lapsu confuderit. Nam Severi nomen glossatoris manu in Tertulliano hoc loco additum esse, id quod alii iudicaverunt, vix crediderim, praesertim cum etiam ad Natt. II, 12. idem eiusdem scriptoris nomen inter eosdem obviam sit. Utut res est, certe tamen Minucius Felix, qui Tertullianum exscripsit, cum Severi cognomen omiserit, fortasse non sine ratione hoc fecisse putandus est. — *huiusmodi antiquitatum* ed. Gelen. *eiuscemodi antiquitatum* ed. Pamel. (ex MSS.) Mox: *promulgarunt* ed. Gelen. — *si quaeras rerum* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. *si quantum* dictum pro: si aliquantum; saepe enim ap. Tertullianum particula *si* asserendi vi pronominibus iuncta invenitur, ut infra 19.: *si quis istos aut probat.* Monuit de hoc usu iam Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 118 sq. Mox: *in quam Saturnus* Agob. Lugd. II. — *postquam Attica* MSS. Pamelii edd. Rhen. Herald. Pro *Attica* Gorz. et Put. habent *actica*, Lugd. II. *activa.* De his Atticis Saturni hospitiis solus, quod sciam, Tertullianus mentionem facit. Cuius in hospitii memoriam fortasse aedes Saturni et Rheae illa Athenis dedicata erat, cuius meminit Pausan. Att. 18, 6. — *a Iano vel Iane* (*lisaniae* a m. emend. in Lugd. II.) Lugd. II. ed. Pamel. *Iane* extat in Put. cf. ad Nat. II, 12. Mox: *ut alii volunt* Erl. — *quem coluerat* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Paulo post: *dictus, et civitas* Fuld. — *quam debellaverat* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. invitis MSS. libris. *Depalare* est palis defixis terminos designare vel delimitare, ut docent Inscriptt. ap. Orell. n. 3688. 3689. Tertull. adv. Marc. V, 6. adv. Hermog. 29. Cf. Hermas Past. I, 5.:

Saturnia usque nunc est, tota denique Italia, post Oenotriam, Saturnia cognominabatur. Ab ipso primum tabulae et imagine signatus nummus, et inde aerario praesidet. Tamen si homo Saturnus, utique ex homine, et quia ab homine, non utique de caelo et terra. Sed cuius parentes ignoti erant, facile fuit eorum filium dici quorum et omnes possumus videri; quis enim non caelum et terram matrem et patrem venerationis et honoris gratia appellet? vel ex consuetudine humana, qua ignoti vel ex inopinato adparentes de caelo supervenisse dicuntur. Proinde Saturno repentino ubique caelitem contigit dici; nam et terrae filios vulgus vocat quorum genus incertum est. Taceo quod ita rudes adhuc homines agebant, ut cuiuslibet novi viri adspectu quasi divino commoverentur, cum

„eique assignavit vineam praecipiens ut vitibus iungeret palos, — — cumque *depalasset* vineam illam etc. Id. III, 5. — *post Oenotriam* h. c. cum prius Oenotria dicta esset. Serv. ad Aen. I, 536. VII, 85. Dion. Hal. I, 12. Aristot. Polit. VII, 9. p. 464. ed. Wechel. De Saturnia et urbe et terra v. Fest. p. 322. ed. Müller. Varro de L. L. V, 42. cf. Augustin. C. D. VII, 2. — *primum tabula* edd. Rhen. Gangn. De Saturno litterarum inventore nummorumque signatore testantur etiam Isidor. Orig. XVI, 17. Min. Fel. Oct. 22. ubi v. Intt. cf. Paulin. Nol. adv. Pag. v. 73 sqq., qui hanc nummorum signatorum inventionem per errorem adtribuit Iano, et Fabricii Bibliogr. Ant. p. 525. Fuld. habet: *et imagine et signatus.* — *aerario praesidet.* V. Varro de L. L. V, 181. Fest. p. 2. ed. Müller s. v. De toto loco cf. ad Nat. II, 12. Min. Fel. Oct. 22. Lactant. I, 11. Mox: *e caelo et terra* Fuld. — *quorum et omnes.* Ampl. habet: *dici vel quorum tamen quosum scribitur in omnibus libris quosum et omnes*, quae verba partim leguntur in mg. Cod. Goth., et sunt ita corrigenda: *dici quosum (vel quorum, tamen quosum scrib. in omn. libris) et omnes* sqq. — *caelum ac terram* Put. Goth. Ampl. Erl. Edd. habent *coelum et terram* Fuld.: *c. aut terram patrem aut matrem.* — *ex opinato* Goth. Ampl. — *Saturno repentino ubique* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. edd. Herald. Rig. Haverk. *Sat. repentino adventu ubique* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pamel. — *contingit dici* Ampl. Lugd. II. ed. Gelen. — *genus in incerto est* Fuld. et ed. Haverk. In cett. libris et manu et typis exaratis omnibus extat *genus incertum est.* De re cf. praeter Minucii et Lactantii locos iam laudatos Quinctil. Instit. III, 7. f. Cic. ad Att. I, 13. Serv. ad Virg. Georg. I, 9. Liv. I, 8. — *rudes tunc ho-*

hodie iam politi quos ante paucos dies luctu publico mortuos sint confessi in deos consecrent. Satis iam de Saturno, licet paucis. Etiam Iovem ostendemus tam hominem quam ex homine, et deinceps totum generis examen tam mortale quam seminis sui par.

11. Et quoniam sicut illos homines fuisse non audetis negare, ita post mortem deos factos instituistis adseverare, causas quae hoc exegerint retractemus. Inprimis quidem necesse est concedatis esse aliquem sublimiorem deum et mancipem quendam divinitatis qui ex hominibus deos fecerit. Nam neque sibi illi sumere potuissent divinitatem, quam non

mines Fuld. — *luctu publico humatos mortuos sint* Fuld. Mox: *ostendimus* edd. Gelen. Pamel. — *generis ipsius examen* Fuld. et ed. Haverk. — *seminis sui par est. Quoniam* Goth. (in hoc tamen super verba *par est* ab eadem m. vet. superscr. *paret*) Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Barr. *s. s. par. Quoniam* Erl. *s. s. par. Et quoniam* Put. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *s. s. par. Sed quoniam* Fuld. *s. suum parcet* (a m. rec. corr. *semen suum patet*) Lugd. II. *seminis sui pater* vel *s. s. pater est* coni. Meurs. Crit. Arnob. p. 227. et Th. Wopkens in Miscell. Obss. tom. X, p. 38. Dicit Tertullianus se ostensurum totam numerosum illud prolis Saturniae examen mortale esse neque impar vitae conditione auctori suo. Adiectivum *par* eadem lege qua adiectivum *similis* strui cum genitivo recte docet Ramshorn. Gr. Lat. §. 108. p. 321. Cf. Lucan. Phars. X, 382. Phaedr. IV, 15. Cic. Pis. 4. Tertull. Apol. 11. de Patientia 15. de Spect. 19. —

11. — *illos* ante *homines* abest in Oxon. Lugd. II. Agob. edd. Rhen. Gelen. Herald. Haverk., habent tamen Put. Goth. Ampl. Erl. Gorz. Fuld. et edd. Gangn. Barr. Pamel. Rig. Paulo post: *non debetis negare* Erl. — *concedatis aliquem* omisso voc. *esse* Erl. Voc. *aliquem* desideratur in ed. Haverk. — *mancipem* (in Goth. superscr. *principem*) *quemdam* Fuld. Put. Goth. Ampl. Erl. edd. Rhen. Gelen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *mancipem quidem* Gorz. Lugdd. Agob. et edd. Gangn. Barr. Mancipes teste Asconio in Divin. Verr. 10. proprie appellabantur publicanorum principes, qui exigenda a sociis suo periculo exigebant et reipublicae repraesentabant. Hinc Tertullianus mancipem divinitatis dicit principem deorum qui suo quasi periculo suoque proprio iure divinitatem prae ceteris possidet. Cf. Fest. s. v. Manceps p. 151., ubi v. Muelleri adnot., et Tertull. de Spect. 10. de Idol. 1. ad Nat. I, 9. II, 2. et 13. Rhenan. ad Cypr. Ep. 69. — *neque sibi illi sumere potuissent* Put. Goth.

habebant, nec alius praestare eam non habentibus nisi qui proprie possidebat. Ceterum si nemo esset qui deos faceret, frustra praesumitis deos factos auferendo factorem. Certe quidem si ipsi se facere potuissent, nunquam homines fuissent, possidentes scilicet melioris condicionis potestatem. Igitur si est qui faciat deos, revertor ad causas examinandas faciendorum ex hominibus deorum, nec ullas invenio, nisi si ministeria et auxilia officiis divinis desideravit ille magnus deus. Primo indignum est, ut alicuius opera indigeret, et quidem mortui, cum dignius ab initio deum aliquem fecisset qui mortui erat operam desideraturus. Sed nec operae locum video. Totum enim hoc mundi corpus sive innatum et infectum secundum Pythagoram, sive natum factumve secundum Platonem, semel utique in ista constructione dispositum et

Ampl. *neque illi sum mere potuissent* Erl. *n. sibi illi pot. sumere* edd. omnes. — *nec aliis praestare* Goth. Ampl. Agob. Lugd. II. edd. Rhen. Gelen. *nec alius pr.* Put. Fuld. Gorz. Erl. Oxon. MSS. Pamelii et cett. edd. Mox: *possidebant* edd. Rhen. Gelen. – *si nemo est qui* Fuld. — *possidentes scilicet apud se melioris cond.* Fuld. ed. Haverk. *possidentes scilicet cond. melioris* Erl. Lugd. II. In cett. et typis excusis et mss. libris extant eadem quae in mea ed. — *ad examinandas rationes faciendorum deorum ex hominibus nec* Erl. Mox: *nisi si mysteria* ed. Gelen. *nisi ministeria* Goth. — *ab initio deus* ed. Rhen. Verte: da auf entsprechendere Weise sich der von Anfang an gleich einen Gott gemacht haben würde, welcher in den Fall kommen sollte, der Hilfsleistung eines Todten zu bedürfen. *operam erat desid.* Erl. — *nec operis locum* Erl. *nec operi locum* Goth. Ampl. Oxon. ed. Rhen. *nec opera locum* Put. Gorz. et, uti videtur, Agob. Lugd. II. Fuld., cum cett. edd. omnibus. Mox: *et infactum* edd. Rhen. Gang. Barr. (Fuld.?). — *natum factumve* Put. Goth. Ampl. Erl. Agob. Lugd. II. *natum et factum* edd. omnes. De hisce philosophorum placitis v. praeter Intt. ad Min. Fel. Octav. 34. Cic. Tusc. I, 28, 70. Acad. II, 37, 118. de N. D. I, 8. II, 33. III, 13. et Intt. Wyttenbach. in Comm. de Placito Immort. (ante Plat. Phaed.) p. XXII. Diog. Laert. III, 41. 71. Plato Tim. p. 28. B. cf. Apul. de Dogm. Plat. I, 8. Euseb. Praep. Evang. I, 8. Tatian. ad Gr. 41. Intt. ad Arnob. II, 56. — *in ista constructione* Put. Bong. Oxon. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. edd. Herald. Rig. *in hac constructione* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. *in ipsa conceptione* Fuld. et ed. Haverk. De vi voc. *semel* diximus supra ad cap. 9. ver-

instructum et ordinatum cum omni rationis gubernaculo inventum est. Imperfectum non potuit esse quod perfecit omnia: nihil Saturnum et Saturniam gentem expectabat. Vani erunt homines, nisi certi sint, a primordio et pluvias de caelo ruisse et sidera radiasse et lumina floruisse et tonitrua mugisse et ipsum Iovem quae in manu eius inponitis fulmina timuisse, item omnem frugem ante Liberum et Cererem et Minervam, immo ante illum aliquem principem hominem de terra exuberasse, quia nihil continendo et sustinendo homini prospectum post hominem potuit inferri. Denique invenisse dicuntur necessaria ista vitae, non instituisse. Quod autem invenitur, fuit,

ba: „*homicidio semel interdicto.*" Mox: *cum omnis rationis* Fuld. et ed. Haverk. — *perficit omnia* Oxon. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Herald. Rig. *perfecit omnia* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii edd. Pam. Haverk. Locum recte interpretatur Lacerda: Imperfectus esse non potuit mundus, quo facto censentur omnia perfecta. Nulla enim illius pars Saturnum, Iovem aut aliquid illius expectabat ad consummationem sui. In sqq. post *certi* abest *sint* in ed. Gelen. — *lumina floruisse.* Omnia quae propria sunt herbis et floribus, tribuuntur igni. V. Peerlkamp. ad Horat. Epod. XVI, 33. p. 503. Intt. ad Lucret. I, 899. II, 222. IV, 451. Kopp. ad Mart. Cap. II, §. 206. p. 245. Hildebr. ad Apul. Met VIII, 15. p. 696. qui praeterea laudat Gron. ad Gell. III, 9. Sidon. Apoll. I, 6. Taubm. ad Plaut. Curc. I, 2, 1. Adde Sophocl. El. 42. Aeschyl. Prom. 22 sqq. (ubi v. quos locos laudat Porson.) Tertull. de Pat. 2. de Idol. 18. adv. Marc. IV, 42. cf. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 190. — *mugisse. Item omnem* ed. Gelen. ceteris omissis. — *in manu eius inponitis* Put. Fuld. Agob. Lugdd. *in m. eius ponitis* Goth. Ampl. Erl. Oxon. et edd. omnes. Locum illustrant verba Min. Felicis Oct. 22.: „Illic Iovis fulmen cum Aeneae armis in incude fabricatur, cum caelum et fulmina et fulgura longe ante fuerint quam Iuppiter in Creta nasceretur et flammas veri fulminis nec Cyclops potuerit imitari nec ipse Iuppiter non vereri." — *principem hominum* Fuld. Libero et Cereri tertia additur Minerva quippe oleae inventrix. Ita illis duobus additur etiam ab Arnobio I, 38. — *condendo et sustinendo* — — *potuit inveniri* Fuld. Dicit frugum genera ante primum hominem ex terra debuisse provenire, quia nihil quo homini, ut in vita perduraret, prospiceretur, postquam iam fuit homo, creari potuit vel debuit. In sqq pro *instituit* Agob. et Lugd. II. (in quo a m. rec. praegressum *qui* abrasum est)

fuit, et quod fuit, non eius deputabitur qui invenit, sed eius qui instituit: erat enim antequam inveniretur. Ceterum si propterea Liber deus quod vitem demonstravit, male cum Lucullo actum est, qui primus cerasia ex Ponto Italiae promulgavit, quod non est propterea consecratus, ut novae frugis auctor, quia ostensor. Quamobrem si ab initio et instructa et certis exercendorum officiorum suorum rationibus dispensata universitas constitit, vacat ex hac parte causa allegandae humanitatis in divinitatem, quia quas illis stationes et potestates distribuistis, tam fuerunt ab initio quam et fuissent etiamsi deos istos non creassetis. Sed convertimini ad causam aliam, respondentes conlationem divinitatis meritorum remunerandorum fuisse rationem. Et hinc concedetis, opinor, illum deum

praebent *institutoris*. In Ampl. verba *sed eius qui instituit* omnino non leguntur. — *qui primus cerasia* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. et *cerasium* habetur etiam in Cod. Agobardino illo vetusto qui libros ad Nationes continet lib. II. cap. 16. Edd. omnes habent *qui primus cerasa* et in Fuld. extat: *qui pr. cerasa* (?) *Romanis ex Ponto*. Gloss. Vet. in Ang. Mai Auctorr. Class. e Vatic. Bibl. ed. tom. VI, p. 515.: „*Cerasia*, *poma cerasi*.“ De cerasiis ante Lucullum in Italia ignotis affirmat etiam Plin. XV, 25. 30. Voc. *promulgare* similiter positum habes de Idol. 23. de Pall. 3. *provolgavit* pro *promulgavit* legitur in loco ad Nat. II, 16. de quibus verbis passim in Codd. MSS. confusis v. adnott. crit. ad Apul. de Magia 84. f. p. 605. Hild. — *ut frugis* (Lugd. II. *fingis* vitiose) *novae auctor quia ostensor*. Put. Erl. Lugd. II. *ut novae fr. auctor quia ostensor* Goth. Ampl. Oxon. Agob. *ut n. fr. auctor quia inventor et ostensor* edd. omnes. — *causa allegandae* Goth. Ampl. Erl. ed. Rhen. *adlegendae* Put. sed litteris superscriptis emend. *alligandae*, et ita etiam Lugd. II., qui a m. pr. *allegendae*, sed a m. sec. *allegandae* habet. *causa allegendae* Oxon. et omnes edd. praeter Rhen. *allegandae* commode interpretari possis ex vulgari verbi usu, quamquam rectius repetenda videtur explicatio ex loco Ulp. Dig. XL, 12, 27., ubi „allegare se ex servitute in ingenuitatem“ est eas allegare causas et probationes, quibus aliquis e servitute in libertatem vindicari possit. Mox: *quas illis rationes* Erl. — *quam fuissent* deleta *et* particula Oxon. — *conceditis opinor* Put. (in quo tamen a. m. emend. est *concedetis*) Lugdd. et ed. Rig. *concedetis* praebent Gorz. Put. (a m. emend.) Goth. Ampl. Erl. Oxon. et reliquae edd. Pro *hinc*

deificum iustitia praecellere, qui non temere nec indigne nec prodige tantum praemium dispensarit. Volo igitur merita recensere, an eiusmodi sint, ut illos in caelum extulerint et non potius in imum tartarum demerserint, quem carcerem poenarum infernarum cum vultis adfirmatis. Illuc enim abstrudi solent impii quique in parentes et incesti in sorores et maritarum adulteri et virginum raptores et puerorum contaminatores et qui saeviunt et qui occidunt et qui furantur et qui decipiunt et quicunque similes sunt alicuius dei vestri, quem neminem integrum a crimine aut vitio probare poteritis, nisi hominem negaveritis. Atquin ut illos homines fuisse non possitis negare, etiam istae notae accedunt quae nec deos postea factos credi permittunt. Si enim vos talibus puniendis

Ampl. et ed. Rhen. habent *huic*, et *hic* ed. Gelen. — *qui non temere* Put. Ampl. Erl. Oxon. Agob. Lugd. II. *qui nec temere* Goth. et edd. omnes. *quod non temere* Fuld. Mox: *utrum eiusmodi* Erl. — *tartarum merserint* Put. Goth. Ampl. Erl. Ox. et omnes edd. praeter Haverk., in qua ex Fuld. *t. demerserint* extat. — *cum vultis* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Gorz. Lugd. II. MSS. Pamelii et edd. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. *cum multis* edd. Rhen. Gelen. Haverk. *cum vultis* autem dicit cum vituperio, cum ad libitum constituere soleant ethnici de re certa, nunc negantes cum Epicuro manes et tartarum nunc cum aliis philosophorum statuentes carcerem illum infernarum poenarum, prout res fert. — *et incesti in sorores* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. et Oxon. (in quo tamen *et* particula abest). Hinc correxi locum. In edd. extat vulgo: *quique in parentes et in sorores incesti* seqq. In seqq. Codd. Goth. Ampl. Oxon. pro *maritarum* habent *maritatarum*, quod non displiceret, modo maioris librorum mss. numeri auctoritate niteretur. — *alicuius dei vestri*, cuiuslibet. — *Quem hominem integrum — — negaveritis?* edd. Rhen. Gelen. invitis mss. libris. Voc. *neminem* non ad relativum *quem*, sed ad adiect. *integrum* pertinet, vicibus mutatis, cum *nemo* substantivum hic fungatur pro adiectivo, adiectivum *integer* pro substantivo. Exempla huius usus sat multa suppeditant lexica. Verte: welchen ihr als keinen von Verbrechen oder Makel freien erweisen könnet (h. e. w. ihr als einen v. V. o. M. fr. nicht erweisen könnèt), sofern ihr nicht erst erklärt, dass er kein Mensch gewesen. — *Atqui ut illos* edd. Rhen. Gangn. Barr. *homines illos* pro *illos homines*, ut collocant omnes edd. et reliqui mss. libri omnes, tuetur unus Fuld., ex quo Haverk. in suam ed. etiam *potestis* pro *possitis* recepit. — *vos ta-*

praesidetis, si conmercium, colloquium, convictum malorum et turpium probi quique respuitis, horum autem pares deus ille maiestatis suae consortio adscivit, quid ergo damnatis quorum collegas adoratis? Suggillatio est in caelo vestra iustitia. Deos facite criminosissimos quosque, ut placeatis deis vestris! illorum est honor consecratio eoaequalium. Sed ut omittam huius indignitatis retractatum, probi et integri et boni fuerint: quot tamen potiores viros apud inferos reliquistis? aliquem de sapientia Socraten, de iustitia Aristiden, de militia Themistoclen, de sublimitate Alexandrum, de felicitate Polycraten, de copia Croesum, de eloquentia Demosthenen. Quis ex illis deis vestris gravior et sapientior Catone, iustior et militarior

libus Put. Erl. Lugd. II. *talibus vos* Goth. Ampl. et edd. omnes. — *respuistis* Erl. Lugd. II. *horum autem pares.* Cf. cap. 10. fin.: quam *seminis sui par.* — In seqq. voc. *deus* desideratur in Agob. et Lugd. II. Pro *pares* Agob. habet *partes*, Lugd. II. *paries*, sed m. r. linea subductum, quae adscripsit *maliciam.* — *suae consortio abstruit* ed. Rhen. *s. c. adstruit* edd. Gangn. Barr. ex coni. Rhen. in mg. suae ed. *s. c. accivit* ed. Gelen. *s. c. adscivit* Put. Fuld. Erl. In cett. Codd. et Edd. *ascivit.* — *in caelum* Fuld. et ed. Haverk. In reliquis Codd. et Edd. omnibus est *in caelo.* Dicit: In divinis censendis suggillationem exercetis, non, quam videmini, institiam. — *deos facitis* Vatic. unus, edd. Rhen. Gangn. Barr. Pamel. Cett. Codd. et Edd. omnes *facite* praebent. — *criminosos quosque* Oxon. Recte explicat Heraldus: Cum dii vestri tot sint flagitiis cooperti, euge, criminosissimos quosque in eorum numerum adlegite, ut hac ratione gratiam ab iis ineatis. Eorum enim est honor consecratio coaequalium. — *Sed omittam* deleto *ut* Erl., et Agob. Lugd. II. in quibus duobus etiam *dignitatis* pro *indignitatis* extat. — *boni fuerunt* Erl. Agob. Lugd. II. ed. Rhen. — *quod tamen* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. (in quo tamen rec. m. correxit *miror quod*) ed. Rhen. ad cuius marg. Rhen. coni. *quid* vel *quur.* cf. ad cap. 9. In seqq. *viros* abest Erl. — *Socraten* Goth. Ampl. — *Aristiden* Goth. Ampl. Put. — *Themistoclen* Goth. Ampl. — *Polycraten* Put. Goth. Ampl. In edd. Gelen. et Pamel. verba *de copia Croesum* desiderantur. — *Demostenen* Put. Goth. Ampl. Sic supra cap. 6. pro *Harpocratem* Codd. Goth. et Erl. habebant *Arpocraten.* Cf. Dederich. ad Dict. Cret. II, 48. adn. crit. p. 110. Hoc loco edd. omnes praebent: *Socratem — Aristidem — Themistoclem — Polycratem — Demosthenem.* — *de copia Crassum* ed. Rhen. Mox: *ex diis istis gravior* Erl. — *militatior*

Scipione? quis sublimior Pompeio, felicior Sylla, copiosior Crasso, eloquentior Tullio? Quanto dignius istos deos ille adsumendos expectasset, praescius utique potiorum? Properavit, opinor, et caelum semel clusit, et nunc utique melioribus apud inferos musitantibus erubescit.

12. Cesso iam de isto, ut qui sciam me ex ipsa veritate demonstraturum quid non sint, cum ostendero quid sint. Quantum igitur de deis vestris, nomina solummodo video quorumdam veterum mortuorum et fabulas audio et sacra de fabulis recognosco: quantum autem de simulacris ipsis, nihil aliud reprehendo quam materias sorores esse vasculorum instrumentorumque communium vel ex iisdem vasculis et instrumentis quasi fatum consecratione mutantes, licentia artis trans-

Scipione Fuld. Ampl. — *semel clausit* Erl. *cludere* pro *claudere* occurrit et alias in scriptis Tertulliani ut adv. Marc. III, 3. IV, 12. 16. cf. Intt. ad Arnob. II, 66. ad Cic. N. D. II, 39. Corte ad Lucan. I, 323. VIII, 59. cf. Bonnell. Lexic. Quinctil. s. v. p. 130 seq. — *musitantibus* non *mussitantibus*, ut edd. vulgo praebent, tuentur et mei Codd. omnes et Lugd. uterque. *musitare* uno *s* scriptum extat etiam in Cod. Flor. 3. Apul. de Magia 71. f. Musitant autem illi apud inferos quia sermone umbrae carent. —

12. — Caput duodecimum, quod in Codd. meis est undecimum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptum est: DE SIMVLACRIS., plenius in Vatic. 1.: SIMVLACRA COLERE ALIENVM EST PRORSVS AB OMNI RATIONE. — *iam de isto* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. *iam de istis* praebent editiones. — *quod non sint* Oxon., ut in seqq. *quod sint* Put. Bong. Goth. Ampl. et Lugd. II. Heraldi emendatio: *demonstraturum quod non sint*, *cum ost. quid sint* non displicet, sed non opus est ea. — *de deis istis*, *nomina* Fuld. — *quorum* (*quorundam* vel *aliquorum* coni. in marg. Rhen.) *veterum* ed. Rhen. *video statuas quorundam m.* Fuld. — *nihil amplius deprehendo* Fuld. et ed. Haverk. *nihil aliud deprehendo* (*deprendo* Erl. pro more) Erl. (Lugdd.?) edd. Gelen. Barr. Pam. Rig. *n. aliud reprehendo* Put. Goth. Ampl. Oxon. Bong. edd. Rhen. Gangn. Herald. Cf. infra cap. 19. et ad Nat. II, 4. — *quam matres sorores esse vasc.* edd. Rhen. Gangn. Haverk. *quam materias esse vasculorum* omisso voc. *sorores* edd. Gelen. Barr. *qu. materias sorores esse* (*esse* abest in Fuld.) *vasculorum* Codd. Pamelii, Fuld. Lugd. II. meique omnes et edd. Pam. Herald. Rig. *materias* sc. simulacrorum. — *ex hisdem* Put. *ex hiisdem* Goth. Ampl. *ex eisdem* Erl. — *quasi factum*

figurante, et quidem contumeliosissime et in ipso opere sacrilege, ut revera nobis maxime, qui propter ipsos deos plectimur, solatium poenarum esse possit quod eadem et ipsi patiuntur ut fiant. Crucibus et stipitibus inponitis Christianos: quod simulacrum non prius argilla deformat cruci et stipiti superstructa? in patibulo primum corpus dei vestri dedicatur. Ungulis deraditis latera Christianorum: at in deos vestros per omnia membra validius incumbunt asciae et runcinae et scobinae. Cervices ponimus: ante plumbum et glutinum et gomphos sine capite sunt dii vestri. Ad bestias impellimur: certe quas Libero et Cybele et Caelesti applicatis. Ignibus urimur:

Fuld. Citant ad h. l. illa Prudentii in Mart. Romani Peristeph. X, 300. „Non erubescis, stulte pago dedite Te tanta semper perdidisse obsonia, Quae dis ineptus obtulisti talibus, Quos trulla, pelvis, cantharus, sartagines Fracta et liquata contulerunt vascula," item Philonis illa de Vita Contempl. p. 610. (p. 890.): *„ὧν τὰ ἀδελφὰ μέρη καὶ συγγενῆ λουτροφόροι γεγόνασι καὶ ποδόνιπτρα καὶ ἄλλα ἄττα τῶν ἀτιμιοτέρων, ἃ πρὸς τὰς ἐν σκότῳ χρείας ὑπηρετεῖ μᾶλλον ἢ τὰς ἐν φωτί.,"* et Georg. Palamae: *„ἀδελφά φασι καὶ ὁμόχροα καὶ τῆς αὐτῆς κεραμείας."* Cf. Esaiae XLIV, 11. et 12. et infra ad cap. 13. Min. Fel. Octav. 23. Arnob. VI, 14. — *equidem contumeliosissime* Erl. *et quidem contumeliose* ed. Gelen. *in ipso opere* sc. cum funduntur, tunduntur, scalpuntur. Mox: *et revera* Fuld. — *propter ipsos deos* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. *pr. deos ipsos* edd. omnes. praeter Barr. in qua *ipsos* non comparet. — *esse potuit*, *quod* Erl. in quo etiam *et* particula in seqq. abest. — *cruci et stipiti.* Plastae enim cum simulacrum aliquod deformare velint, necesse habent erectum ponere stipitem, cui corpus circumstruatur, et lignum transversum, ut brachia formentur. cf. Intt. ad Min. Felic. Oct. 23. et Scalig. ad Fest. s. v. Stipatores. — *dedicatur* h. e. inchoatur. V. supra ad cap. 5. cf. de Patient. 2. de Anima 19. et ad Natt. I, 18. *dei nostri dedicatur* ed. Rhen. *de vestris dedicatur* Erl. — *ungulis eraditis* Fuld. et ed. Haverk. *ungulis* sc. belluarum. — *cervices ponimus.* Recte hunc locum interpretatus est Heraldus: Atqui, inquit, cervices et capita nobis amputantur. Sed et dii vestri antequam plumbati sunt et glutino ac gomphis compacti et constricti, ante plumbaturam et gomphosim sine capite sunt. Cervices ponere est quod Graeci *κεφαλὴν ἀποτίθεσθαι.* In seqq. pro *glutinum et gomphos* Fuld. habet *glutini et corephos.* — *et Caelesti applicatis.* Bacchi currum trahere tigrides et lynces, Cybeles leones in vulgus notum est. Item Virgo Caelestis (de qua plura

hoc et illi a prima quidem massa. In metalla damnamur: inde censentur dei vestri. In insulis relegamur: solet et in insula aliqui deus vester aut nasci aut mori. Si per haec constat divinitas aliqua, ergo qui puniuntur consecrantur et numina erunt dicenda supplicia. Sed plane non sentiunt has iniurias et contumelias fabricationis suae dei vestri, sicut nec obse-

ad cap. 24.) in nummis passim visitur cum leonibus aut leoni insidens. V. Dactylioth. Gorlaeo-Gronov. n. 566. Boissard. Antiqu. IV, p. 95. Vaill. Numism. Imper. tom. II, p. 228. Eckhel Doctr. Numm. tom. VII, p. 183. Perperam in edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. *Cereri* pro *Caelesti* legitur invitis Codd. MSS. omnibus. — *inde censentur* h. e. originem ducunt. V. ad capp. 5. et 10. — *In insulis religamur* Put. Goth. Ampl. *in insulis relegamur* Erl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Barr. Gelen. Pamel. Herald. *in insulas relegamur* Fuld. edd. Rig. Haverk. Retinui ablativum *insulis* auctoritate plurimorum et optimorum librorum. Neque enim rara sunt apud huius praesertim aevi scriptores exempla ablativi casus post *in* praepositionem pro accusativo positi. V. Goerenz ad Cic. de Legg. II, 14. p. 157. Meurs. ad Plaut. Amphitr. IV, 1, 14. Duk. ad Flor. III, 20, 8. Casaub. ad Lamprid. Commod. 8. p. 496. Oudend. et Schneider ad Caes. B. G. IV, 12. Burm. ad Phaedr. V, 1, 15. Oudend. ad Suet. Caes. 35. Dederich in Glossar. ad Dict. Cret. p. 362. et p. 324. Mox: *solet et in insulis* edd. Gelen. Pamel. — *aliquis deus* Erl. Lugd. II. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pamel. *aliqui deus* Put. Goth. Ampl. Oxon. edd. Herald. Rig. Haverk. — *aut nasci*, ut praeter Iunonem, quae in Samo, Apollinem et Dianam, qui in Delo insula, ipse Iuppiter, qui in Creta et natus et mortuus fertur. In seqq. particula *aut* ante *nasci* abest in Erl. — *ergo cum qui puniunter* edd. Rhen. Gangn. — *consecrentur et numina essent* Erl. *Supplicia* Haverkampius aliique putant dictos ipsos sceleratos qui supplicia patiantur, ut interdum apud alios scriptores carceres, cruces, scelera et similia appellantur ipsi homines scelesti, carcere et cruce digni. Verum vidit Heraldus, qui ideo supplicia numina dicenda esse ex mente scriptoris explicat, quia nempe deos efficiant et conferant divinitatem. Admodum similis locus est de Idololatr. 6.: „Plus es illis (sc. idolis) quam sacerdos, cum per te habeant sacerdotem. Diligentia tua *numen* illorum est.," ubi Rigaltius minime debebat *nomen* pro *numen* reponere ex uno Cod. Agob. contra reliquorum librorum auctoritatem, alterum hoc sensu aperte flagitante. Saepissime in libris vetustis in a librariis confunduntur *numen* et *nomen* vocabula. — *fabricationis suae* Put. Goth. Ampl. Erl. Edd. habent omnes *suae*

quia. O impiae voces, o sacrilega convicia! infrendite, inspumate! idem estis qui Senecam aliquem pluribus et amarioribus de vestra superstitione perorantem reprehendistis. Igitur si statuas et imagines frigidas mortuorum suorum simillimas non adoramus, quas milvi et mures et araneae intellegunt, nonne laudem magis quam poenam merebatur repudium agniti

fabricationis. In seqq. *convitia* scriptum est in Put. — *infrendite*, *insputate* edd. Gangn. Barr. Reliqui libri omnes, etiam Fuld. *infr. inspumate.* — *Senecam aliquem* habent omnes libri tam typis quam manu exarati, praeter unum Cod. Pithoei, in quo, teste Haverk., extat: *Senecam quam pluribus.* Ita proximo capite dixit: *aliquem* de sapientia Socratem., cap. 51.: *aliqua* Carthaginis conditrix., de Resurr. Carnis cap. 3.: Utar ego et sententia Platonis *alicuius.* Habet in his pronomen *aliquis* eandem laudis vim quae inest vernaculo pronomini indefinito, si dicamus e. g. ein Socrates, ein Plato. Refutandi sunt igitur qui hic *aliquantum*, vel simile quid, pro *aliquem* reponi volunt, quem in errorem video incidisse etiam Hildebrandum ad Apul. Metam. IV, 2. p. 214. cf. Lipsii Electa II, 18. p. 819. tom. I. ed. Vesal. — *et amarioribus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Vet. Cod. Pithoei, edd. Gangn. Barr. Herald. Rig. Haverk. *et a maioribus* Lugdd. ed. Rhen. *et maioribus* Erl. edd. Gelen. Pamel. — *perorantem reprehendistis* (*reprendistis* Erl. pro more) Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. I. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Pam. Herald. *peror. reprehenditis* Lugd. II. *perorantem non reprehendistis* Cod. Pithoei, teste Haverk. (cf. Nic. Fabri Praef ad Senecae Opp. Lutet. Paris. ed. 1587.), prob. Rig. et coni. Fulv. Ursinus. *perorantem probetis* Fuld. *peror. probatis* edd. Rig. Haverk. Retinui vulgatam, cum dicere videatur Tertullianus: Quid mirum, si infrenditis Christiani hisce contra idola vestra prolatis criminationibus atque conviciis, cum Senecam aliquem non Christianum reprehendistis? qui quamvis vestris diis patriisque sacris esset addictus, tamen multo pluribus et amarioribus contra superstitionem vestram disputavit quam ego nunc. Significatur autem Senecae liber contra Superstitiones nunc deperditus, quem citat Augustin. C. D. VI, 10 seqq. — *mortuorum vestrorum simillimas* Fuld. — *quas* — — *intellegunt* h. e. cuiusmodi aut quales sint intellegunt, sciunt, cognitum tenent. Sciunt non esse deos, sed aera, vel saxa et ligna. In iis ergo nidulantur, immo inquinare omni contumelia non verentur, cum id sibi per eos impune fore intellegant. Cf. Clem. Alex. Protr. p. 46. Arnob. VI, 16. Min. Fel. Oct. 24. Baruch VI, 19. Mox: *magis merebatur quam poenam repudium* Erl. — *Possimus enim* Goth.

erroris? Possumus enim videri laedere eos quos certi sumus omnino non esse? Quod non est, nihil ab ullo patitur, quia non est.

13. Sed nobis dei sunt, inquis. Et quomodo vos e contrario impii et sacrilegi et inreligiosi erga deos vestros deprehendimini, qui quos praesumitis esse, neglegitis, quos timetis, destruitis, quos etiam vindicatis, illuditis? Recognoscite si mentior. Primo, qui cum alii alios colitis, utique quos non colitis, offenditis, praelatio alterius sine alterius contumelia non potest procedere, quia nec electio sine reprobatione. Iam ergo contemnitis quos reprobatis, quos reprobando offendere non timetis. Nam ut supra praestrinximus, sta-

Possumus autem Fuld. Paulo post: *qui certi sumus* Lugd. I. — *nihil ab ullo patitur quia non est.* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. et omnes edd. praeter Haverk., in qua extat: *nihil ab eo patitur qui est*, auctoritate Fuld. —

13. — *inquitis* Gorz. Oxon. (Bong.?) mg. ed. Rhen. edd. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pam. Herald. *inquis* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. edd. Rhen. Rig. Haverk. — *deos illos depreh.* Fuld. *deos istos depreh.* ed. Haverk. *deos nostros depr.* ed. Rhen. sed in mg. emend. *vestros.* — *depr. ut quos pr. esse neglegatis* — *destruatis* Fuld. *depr. ut quos pr. esse negligatis qu. t. destruatis* (in textu *destruitis*, sed corr. in Erratis) *qu. e. v. illudatis* ed. Haverk. In cett. et Codd. et Edd.: *depr. qui quos pr. esse neglegitis qu. t. destruitis qu. e. v. inluditis.* Pro *vindicatis* ed. Rhen. praebet *iudicatis.* — *si mentior* Fuld. Put. Erl. Lugd. II. edd. Pamel. Rig. *si mentiar* Goth. Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Haverk. — *Primo quidem cum* Fuld. *Primo quia cum* Erl. edd. omnes, in quibus etiam punctum post *offenditis* comparet. *Primo qui cum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II. quos secutus sum. Verto: Erstlich, die ihr, da Jeder von euch verschiedene verehrt, in der That diejenigen beleidigt, welche ihr nicht verehrt, kann eine Bevorzugung des einen ohne Verletzung des anderen nicht statt finden etc. — *utique non colitis* Put. et in mg. antiqua manu adscriptum *quem*, ut scriptura evadat: *utique quem non col.* — *sine contumelia alterius* edd. Gelen. et Pamel. — *potest esse quia nec electio* Fuld., qui etiam voc. *ergo* in seqq. ante *contemnitis* non habet. — *quos reprobando* sc. diserte et aperte. — *supra c.* VI. *perstrinximus* Ampl. Glossema. Pro *perstrinximus* ed. Pamel. *praestruximus*, Put. Goth. Lugd. II. et ed. Gelen. *praestrinximus* praebent. *Praestringere* est obiter et transeundo tangere, memorare. cf. Am-

tus dei cuiusque in senatus aestimatione pendebat. Deus non erat quem homo consultus noluisset et nolendo damnasset. Domesticos deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis pignerando, venditando, demutando, aliquando in caccabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva, ut quisque contritus atque contusus est, dum diu colitur, ut quisque dominus sanctiorem expertus est domesticam necessitatem. Publicos aeque publico iure foedatis, quos in hastario vecti-

mian. Marcell. XXXI, 3. med. De re v. supra cap. 5. — *dei unius cuiusque* Oxon. — Post verba: *Deus non erat* — — — *damnasset*, quae desiderantur in Erl., in Codd. MSS. meis incipit caput duodecimum, quod in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptum est: DE LARIBVS., plenius in Vatic. altero ap. Pamel.: DE LVDIBRIO IN DEOS TVM LARES i. e. DOMESTICOS TVM PVBLICOS. — *Domesticos quos* omisso *deos* Erl. — *demutando aliquando in trullam* ed. Gelen. reliquis omissis. *demutando* abest Oxon. — *caccabulum* (*tactabulum* Oxon. vitiose) non *cacabulum*, ut extat in aliquot edd., legitur in Fuld. Lugdd. et meis omnibus praeter unum Erl. Caccabulum et trullam vasa immundis usibus destinata hic significare quidam volunt (cf. Min. Fel. Oct. 23.), sed ea interpretatione non opus est. Cf. Arnob. VI, 14. — *atque contusus est* Fuld. Put. Goth. Ampl. Oxon. edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *atque concussus est* Erl. edd. Rhen. Gangn. Barr. — *ut quisque deum* Fuld. edd. Rig. Haverk. *ut quisque dominum* edd. Rhen. Gelen. coni. Latin. *ut quisque dominus* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. MSS. Pamelii omnes, edd. Gangn. Barr. Pam. Herald. Dominus est herus. — *expertus est et domesticam* ed. Gelen. — *quos in hastario*. Gloss. Vet. in Mai Auctt. Class. tom. VI, p. 526.: „Hastarium, statio ubi venduntur bona proscriptorum.“ Turneb. Advv. XXVIII, 5. Gloss. ap. Vulcan. col. 62.: „*Hastarium*, λαφυροπωλεία.“ Hic significatur locus ubi publica vectigalia ad hastam publicam conducebantur. Aliter Rigaltius, qui ex loco ad Nat. I, 10. *hastarium* putat hic dici librum hastarium seu tabularium et regestum vectigaliorum, quae sub hasta et voce praeconis quinquennio quoque addici redemptoribus solebant. „Sic foricae conducebantur, sic forum olitorium et alia huiusmodi publica, nam et Serapea et Capitolia eodem iure proscripta. Denique sub eadem hasta Capitolium et Olitorium addicebantur petenti redemptori. Sed quid transibat ad redemptorem ea addictione? Hoc videlicet, ut olitorio foro in quinquennium addicto ex mercimoniis quae inibi toto eo tempore proponerentur, certas stipes cogeret, similiter Capitolio conducto

gales habetis. Sic Capitolium, sic olitorium forum petitur; sub eadem voce praeconis, sub eadem hasta, sub eadem adnotatione quaestoris divinitas addicta conducitur. Sed enim agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa ignobiliora (nam hae sunt notae captivitatis): dei vero qui magis tributarii, magis sancti, immo qui magis sancti, magis tributarii. Maiestas quaestuaria efficitur. Circuit cauponas religio mendicans. Exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri; non licet deos gratis nosse, venales sunt. Quid

exigeret mercedes pro iis quae notat ipse Tertullianus ad Nat. I, 10., pro solo templi, pro aditu sacri, pro stipitibus, pro ostiis." (Rig.). — *si Capitolium si olitorium* mg. ed. Rhen. edd. Gelen. Pam. Herald. *Sic capitolium, sicut olitorium* edd. Gangn. Barr. Cett. edd. et Codd. MSS. mei *Sic Capit. sic olitorium* praebent. — *sub eadem adnotatione. Adnotatio* forense vocabulum pro eo quod vulgus registrationem dicit. Minime enim Gothofredus (v. eum in adn. ad Tertull. ad Nat. I, 10. p. 105.), quem temere secutus est Haverkampius, nobis persuadebit *adnotationem* h. l. idem esse atque *exactionem*, quo vocabulo Tertull. utitur in pari loco ad Nat. I, 10. et significare curam, sollicitudinem, ut res care locetur. Sic *annotator* de eo qui refert in codicem tributa et annonas usurpatur in Cod. Theod. XII, 6, 3. Erl. habet *advocatione* pro *adnotatione*, et in seqq. *abdicta condicitur.* — *Sed enim agi* Goth. Ampl. Oxon. *Sed enim age* Erl. In seqq. Fuld. habet *vilioris* et paulo inferius Erl. *capita dispendio censet*, vitiose. — *nam hae sunt notae* Fuld. Put. Oxon. edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *nam haec sunt notae* Goth. Ampl. Erl. et cett. edd. — *magis sancti.* Cuius numen dei sanctius habebatur, magis erat antistitibus quaestuosum. *Dii vero qui magis sancti magis tributarii. Maiestas* reliquis omissis Erl. — *rel. mendicas* ed. Barr. *relligio mendicans* Fuld. Ariolatur Haverkampius Batavus haec verba ex loco ad Nat. I, 10. interpretanda iudicans non de circumforaneis sacerdotibus et ostiatim mendicante religione, sed de invitatione publica ad locationem. Magnae Matris et Isidis sacerdotes stipes vicatim mendicare solitos notum est. V. Min. Fel. Oct. 24. et ibi Intt. Commodiani Instr. I, 17, 12. Augustin. C. D. VII, 26. Apul. Metam. VIII, 24. Ovid. ex Ponto I, 39, 40. Valer. Max. VII, 3, 8. Lucret. I, 624. Clem. Alex. Protr. 3, 4. Cic. de Legg. II, 9, 16. Porson. Advv. p. 129. Perizon. ad Aelian. V. H. IX, 8. Lobeck Aglaoph. p. 645. — *pro auditu sacri* Lugd. II. *pro aditu sacrarii* Fuld. — *gratis nosse* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. In edd. est:

omnino ad honorandos eos facitis quod non etiam mortuis vestris conferatis? Aedes proinde, aras proinde. Idem habitus et insignia in statuis. Ut aetas, ut ars, ut negotium mortui fuit, ita deus est. Quo differt ab epulo Iovis silicernium? a simpulo obba? ab haruspice pollinctor? nam et haruspex mortuis apparet. Sed digne imperatoribus defunctis honorem divinitatis dicatis, quibus et viventibus eum addicitis. Accepto ferent dei vestri, immo gratulabuntur, quod pares eis fiant domini sui. Sed cum Larentinam publicum scortum, ve-

nosse gratis. — *Quid non omnino adorandos* Erl. *Quid omnino adorandos* Lugd. II. *Quid omnino ad inhonorandos* Fuld. — *aedes perinde et aras. idem* ed. Gelen. Sepulchra nobilioribus et potentioribus superba exstruebant veteres et paene ad formam templorum, et aras ibidem, in quibus diis Manibus sacrificabatur. Hinc et templa passim dicuntur sepulchra, ut affirmat Non. p. 464. Merc. Cf. Sil. Ital. I, 81. Virg. Aen. IV, 457. et ibi Intt. Lucian. Necyom. p. 336. ed. Voss: *οἱ δὲ τοὺς πολυτελεῖς τούτους καὶ ὑψήλους τάφους ἔχοντες ὑπὲρ γῆς καὶ στήλας καὶ εἰκόνας* sqq. Voc. *idem* abest in Erl. — *ut ars*, *negotium* omisso *ut* altero ed. Gelen. — *Quo differt* Put. Fuld. Erl. et edd. omnes. *Quid differt* Goth. Ampl. Oxon. — *ab epulo Iovis silicernium.* Eiusmodi Iovis epulum memorant Liv. XXV, 2. XXVII, 36. Gell. N. A. XII, 8. Silicernium est convivium funebre. V. Fest. p. 294. Müller et ibi Intt. Donat. ad Terent. Ad. IV, 2, 48. Serv. ad Virg. Aen. V, 92. Non. Marc. p. 48. ed. Merc. — *a simpuvio obba* ed. Gelen. Quemadmodum simpulo vinum in sacrificiis libabant, ita obba diis Manibus. Gloss. Vet.: „Obba, *ἄμβιξ ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσιν.*“ De simpulo v. Fest. p. 337. Müll. et ibi Intt. Varro de L. L. V, 26. p. 49. Müll. Hildebr. ad Arnob. IV, 31. de obba Non. p. 46. et p. 546. Merc. — *polinctor* Goth. Ampl. Erl. Quod polinctor facit in humanis, id haruspex facit in rebus divinis, ille procurat humana cadavera, hic victimas divinis caesas; *apparere* autem hic est pro ministrare. cf. etiam Tertull. de Spectac. 10. De pollinctoribus v. Kirchm. de Funer. Rom. I, 9. Becker Gall. II, 276. — *eum adiicitis* ed. Gelen. — *accepto ferant* Gorz. *accepto ferrent* (sed in mg. emend. *ferent*) ed. Rhen. — *pares ei fiant* ed. Rhen. (in mg. emend. *eis*) Gelen. Pamel. — *domini sui.* Qui dum in terris agebant ipsos deos faciebant. — *Laurentinam* Goth. Ampl. Erl. *Larentinam* Put. in Pamelii MSS. omnes, edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *Larentiam* cett. edd. Variant Codd. MSS. in scribendo hoc nomine. Sed *Larentinam* tuetur etiam au-

lim saltim Laidem aut Phrynen, inter Iunones et Cereres ac Dianas adoretis, cum Simonem Magum statua et inscriptione sancti dei inauguratis, cum de paedagogiis aulicis nescio quem synodi deum facitis: licet non nobiliores dei veteres, tamen

ctoritas vetutissimi Cod. Agobardini ad Nat. II, 10. cf. Buenem. ad Laet. I, 20. Min. Fel. Oct. 25., ubi Codd. Paris. et Bruxell. *Laurentiam* praebent, August. C. D. VI, 7. In seqq. expressi *saltim*, cum ubique et constanter ea particula ita scribatur in optimis Put. Agob. Goth. Ampl. — *vel saltem layden* Erl. — *et Dianas adoretis* Put. Goth. Ampl. Erl. *et Dianas adoratis* Lugd. II. *ac Dianas adoretis* ed. Rhen. Cett. edd. omnes praebent *ac Dianas adoratis*. In Fuld. absunt verba *ac Dianas*. — *Simonem Magum*. V. de hoc errore ex Iustino M. Patribus non semel repetito Intt. ad Iustin. M. Apol. II. (p. 69. ed. Paris.) Intt. ad Irenaeum adv. Haer. I, 21. et ad Euseb. H. E. II, 13. Niceph. H. E. II, 14. Inscriptio illa SEMONI. SANCO. DEO. FIDIO., erroris mater, extat apud Gruter. V, 96. De Simone Mago ipso v. quos laudavi ad Arnob. II, 12. — *cum de pedagogis aulicis* Goth. Ampl. Erl. Fuld. Lugdd. *paedagogiis* (*paedagogis* ed. Rhen.) *aut aulicis* ed. Rhen. Gang. Gelen. Barr. Significatur Antinous ab Hadriano amasio post mortem in deos relatus, quem Tertull. memorat etiam ad Nat. II, 10. de Cor. Mil. 12. adv. Marc. I, 28. V. de eo Salm. et Casaub. ad Spartiani Hadr. 14. Dio Cass. LXIX, 10. Pausan. VIII, 9, 4. Plin. II, 9. Orig. c. Cels. III, 36. p. 470. ed. Bened. Intt. ad Athenag. Leg. pro Chr. 26. et ad Tatian. c. Gr. 16. Iustin. M. Apol. II. p. 72. Euseb. Chron. ad a. 132. p. Chr. Niceph. H. E. VII, 26. X, 36. Muratori Inscr. 24, 6. K. Levezow: Ueber den Antinous. Berol. 1808. 4. Paedagogia erant loca in aedibus ubi servi pueri ad delicatiores usus et ministeria destinati sub paedagogo suo versabantur. V. Intt. ad Sueton. Ner. 28. Ulpian. Dig. XXXVII, 7, 12. Lipsii Excurs. B. ad Tacit. Ann. l. XII. Interdum et ipsi pueri metonymice paedagogia appellantur, ut ap. Senec. V. B. 17. Ep. 123. — *synodi deum* Ampl. *sinodi deum* Lugdd. *Cinhothi deum* Fuld. *sinodium* Oxon. *sui hodie deum* Erl. *sinhodi deum* Put. *cinaedum deum* edd. Rhen. Gang. Gelen. Barr. Pam. Herald. „synodi deum facere" dicit in synodum et collegium deorum cooptare, ut interpretatur Salmas. l. l. qui ad h. l. omnino videndus est. Synodus deorum autem apud Graecos erat ex duodecim deis, quos magnos appellabant. Aegyptiacis deis tanquam πάρεδρον additum Antinoum testatur vetus inscriptio Romae: *ΑΝΤΙΝΟΩ* || *CYΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ* || *ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ* | *Μ. ΟΥΛΠΙΟC ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC ΠΡΟΦΗΤΗC*. citata ab Casaub. ad Spartian. p. 29. — *licet nonne* Erl. Paulo post: *dei veteres vestri tamen*

contumeliam a vobis deputabunt hoc et aliis licuisse quod solis antiquitas contulit.

14. Volo et ritus vestros recensere, non dico quales sitis in sacrificando, cum enecta et tabidosa et scabiosa quaeque mactatis, cum de opimis et integris supervacua quaeque truncatis, capitula et ungulas quae domi quoque pueris vel canibus destinassetis, cum de decima Herculis nec tertiam partem in aram eius inponitis. Laudabo magis sapientiam, quod de perdito aliquid eripitis. Sed conversus ad litteras vestras, quibus informamini ad prudentiam et ad liberalia officia, quanta invenio ludibria! deos inter se propter Troianos et Achivos ut gladiatorum paria congressos depugnasse, Venerem humana

Fuld. — *alii* (*aliis* ed. Haverk. et Rig.) *licuisse quod soli ab antiquitate praeceperant* (*perceperant* ed. Rig.) Fuld. edd. Rig. Haverk. *aliis licuisse quod solis antiquitas contulit* cett. Codd. MSS. et Edd. omnes. —

14. — Caput novum, quod decimum tertium est in Codd. meis, in Put. Goth. Ampl. Oxon. et aliis inscriptum est: DE SACRIFICANDO. — *Nolo et ritus* ed. Haverk. sola ex solo Lugd. I. Sed retinendum erat vulgatum *Volo*, quod omnes reliqui Codd. MSS. tuentur. *Volo* positum est pro *Si volo*, de qua particulae conditionalis omissione v. Bentl. ad Horat. Sat. II. 6, 48. Drakenb. ad Liv. XXI, 10, 6. Intt. ad Cic. Tusc. II, 24. p. 587. Moser. Mai ad Front. Ep. ad Ver. I, p. 182. Dicit igitur: Si volo etiam ritus vestros recensere, quales estis erga deos in sacrificando, quos omni modo fraudatis! Quamquam hoc non dico, immo laudo magis sapientiam, quod de perdito aliquid eripitis. — *et saniosa quaeque* ed. Rhen. In Fuld. desideratur *scabiosa*. Pro *tabidosa* Oxon. praebet *tabiosa*. Mox: *cum et de opimis* Ampl. — *capitula et ungulas*. Capitula hic sunt abiecta partium ἀκρωτηριάσματα atque resegmina, quae de sacrorum ritu in prosicio erant. Cf. Intt. ad Fest. s. v. Ablegmina. Arnob. VII, 25. Kopp ad Mart. Cap. I, 9. p. 36. cf. Salmas. ad Solin. p. 90. — *de decima Herculis*. V. Macrob. Sat. III, 12. Dion. Halic. I, 40. Athen. Deipnos. V, 65. Diod. Sic. IV, 21. cf. Plut. Crass. 2. Sulla 35. Hartung Rel. d. Römer II, p. 27 sqq. Gruter. Inscr. p. XCVI, n. 7. — *Laudabo magis* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. MSS. Pamelii et ed. Pamel. In cett. edd. et in Oxon.: *Laudo magis*. — *et ad liberalia* Goth. Oxon. et edd. omnes praeter Rig., in qua abest particula *et*, ut etiam in Put. Ampl. Erl. Lugd. II. — *invenio ludibriosa*

sagitta sauciatam, quod filium suum Aenean paene interfectum ab eodem Diomede rapere vellet, Martem tredecim mensibus in vinculis paene consumptum, Iovem, ne eandem vim a ceteris caelitibus experiretur, opera cuiusdam monstri liberatum, et nunc flentem Sarpedonis casum nunc foede subantem in sororem sub commemoratione non ita dilectarum iampridem amicarum. Exinde quis non poeta ex auctoritate principis sui dedecorator invenitur deorum? Hic Apollinem Admeto regi pascendis pecoribus addicit, ille Neptuni structorias operas Laomedonti locat. Est et ille de lyricis (Pindarum dico) qui Aesculapium canit avaritiae merito, quia medicinam nocenter exercebat, fulmine iudicatum. Malus Iuppiter, si fulmen illius

Lugd. II. In seqq. verba *quod filium suum — — — rapere vellet* desiderantur in ed. Rig. Codd. MSS. omnes ea vindicant. Fuld. habet: *cum filium suum Aeneam ne interimeretur rapere voluisset.* Pro *Aenean* in Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Haverk. extat *Aeneam*, et Erl. pro *rapere vellet* habet *recipere vellet.* De re v. Homer: Il. V, 330. Virg. Aen. XI, 277. De toto loco cf. Clem. Alex. Protr. p. 31. Arnob. IV, 25. Min. Fel. Oct. 22. — *Martem.* V. Hom. Il. V, 385 sqq. Nonn. Dionys. V, 585 sqq. Philostr. V. Apoll. VII, 12. — *opera cuiusdam monstri.* V. Virgil. Aen. X, 567. ibique Serv. — *Sarpedonis causa* Fuld. De re v. Hom. Il. XVI, 458 sqq. — *sub commemoratione.* V. Hom. Il. XIV, 312 sqq. Pro *nunc foede subantem* Goth. et Ampl. vitiose praebent *cum fede cubantem*, Oxon. *nunc foede cubantem.* Voc. *iampridem* abest in Fuld., quod temere probat Haverk. — *principis sui* h. e. Homeri. *sui* abest in Goth. Ampl. *sui decorator* ed. Gelen. vitiose. — *Admeto pascendis* deleto voc. *regi* Fuld. item in sqq. *Nuptuni* pro *Neptuni.* — *structurias op.* Erl. *structoris op.* Lugd. I. In Goth. et Ampl. pro *Laomedonti* extat *Laomedontis.* De re v. Hom. Il. XXI, 443 seqq. et ad eum locum Eustath. Hygin. Fab. 49. et ibi Muncker. Cf. et Firm. Mat. de Err. Prof. Relig. 12. Tatian. ad Gr. 35. Commodian. Instr. I, 11. — *Pindarum.* V. Pind. Pyth. III. Antistr. 3. Apollod. III, 10. cf. Clem. Alex. Protr. p. 25. Theodoret. de Cur. Affect. Gr. III. tom. IV. p. 767. Schulz. Athenag. Leg. pro Chr. 25. Voc. *ille* ante *de lyricis* desideratur in Gangn. Barr. — *quia medicinam* Goth. Ampl. (plene scriptum in utroque) Put. Oxon. Erl. Lugd. II. edd. Rhen. Rig. *qua medicinam* edd. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pam. Herald. Haverk. — *fulmine iudicatum* Put. Goth. Ampl. Fuld. Oxon. Erl. edd. Rig. Haverk. *fulmine vindicatum* Bong. et cett. edd. *Iudicatum* hic est paene idem quod punitum, vindica-

est, impius in nepotem, invidus in artificem. Haec neque vera prodi neque falsa confingi apud religiosissimos oportebat. Nec tragici quidem aut comici parcunt, ut non aerumnas vel errores domus alicuius dei praefentur. Taceo de philosophis, Socrate contentus, qui in contumeliam deorum quercum et hircum et canem deierabat. Sed proterea damnatus est Socra-

tum, ut in simili loco de Anima 37.: „Nam et Moysis lex tunc aborsus reum talionibus *iudicat*. — *si fulmen illius est.* Pluribus enim diis praeter Iovem attribuunt fulminis iaculandi potestatem, ut Minervae (Valer. Flacc. Argon. I, 372. Virg. Aen. I, 43. cf. Patin. Thes. p. 26. Spanh. de Usu et Praest. Numism. p. 376.) ut Summano (August. C. D. IV, 23. Plin. H. H. II, 22.), ut Novensilibus, (Plin. H. N. II, 52. Seneca Quaest. Nat. II, 41. Arnob. III, 38.) aliis. V. Varro apud Serv. ad Aen. I, 43. Lucret. VI, 386. Sed rectius fortasse Rigaltius suspicatur Tertullianum velle hoc solum dicere: falso gentium consensu tradi fulmen ullum Iovis esse qui avus Aesculapii fuerit, sed esse dei summi, dei veri et unius. — *neque vero proinde neque* Fuld. Mox: *Ne tragici quidem* Fuld. — *et non aerumnas* edd. Rig. Haverk. Cett. edd. et Codd. MSS. omnes praebent *ut non aerumnas*. cf. ad Nat. I, 10. — *dei praefantur* edd. Rig. Haverk. *dei praeferant* edd. Rhen. Gangn. Barr. *dei prae se ferant* ed. Gelen. *dei praeferantur* (Iun. coni. *praefarentur*. cf. ad Nat. l. l.) Fuld. *dei proferant* Erl. *profertur* Lugd. I. *praefertur* Lugd. II. *dei praefentur* Put. Goth. Ampl. Oxon. MSS. Pam. omnes, edd. Pam. Herald. *dei praeferant* ed. Ritteri, ex coniectura. Sensus: nec tragici quidem poetae aut comici parcunt, siquidem in fabularum suarum prologis causam aerumnarum vel errorum domus alicuius deum aliquem praefari et per dolum eius aut flagitium illos illatos pronuntiare non dedignantur. Respici hic puto praeter alias fabulas potissimum Plauti Amphitruonem, cuius in prologo quid dicat Mercurius melius ipse suo loco legeris. Lacerda interpretatur ita: „Quid dicam de Tragicis, qualis est Sophocles, quid de Comicis, qualis est Aristophanes? qui vix incipiunt opus absque praefatu alicuius calamitatis, quae deo acciderit. — *et hircum* verba in Fuld. absunt. prob. Rigaltio, qui immemor erat loci Suidae v. *Χῆνα ὀμνῦναι· ὑπὲρ τοῦ μὴ τοὺς θεοὺς ἐπὶ πᾶσιν ὀνομάζειν Ῥαδάμανθος ἐκέλευε κατὰ χῆνος καὶ κριοῦ ὀμνῦναι, οὐχ, ὥς τινες, Σωκράτης.* cf. eundem s. v. *Λάμπων ὄμνυσι τὸν χῆνα ὅταν ἐξαπατᾷ.* Praeterea vide Philostr. V. Apoll. VI, 19. p. 257. ed. Olear. Porphyr. *περὶ Ἀποχῆς* III, §. 16. p. 250. ed. Rhoer. Lyd. de Iuram. III, 23. Menag. ad Diog. Laert. II, 40. tom. III, p. 358 sq. ed.

tes, quia deos destruebat. Plane olim, id est semper, veritas odio est. Tamen cum paenitentia sententiae Athenienses et criminatores Socratis postea afflixerint et imaginem eius auream in templo collocarint, rescissa damnatio testimonium Socrati reddidit. Sed et Diogenes nescio quid in Herculem ludit,

Huebner. — *qui deos destr.* Goth. *quia deos destruxit* Oxon. — *olim idem semper* Erl. Lugd. II. vitiose. *Olim* h. l. significat *vulgo, fere*, de qua significatione v. Intt. ad Virg. Aen. V, 125. Heind. ad Horat. Sat. I, 1, 25. cf. Arnob. VI, 10. V, 48. — *tamen cum paenitet sententiae* Fuld. — *Athenienses ut criminatores* Put. Fuld. Goth. Ampl. Erl. *Ath. et criminatores* edd. omnes praeter Pamel., in qua prorsus deleta particula legitur *Athenienses crim.* Pro *afflixerint* Fuld. habet *efflixerint*, et Erl. *recisa* pro *rescissa.* — *Socrati reddit* Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. In Fuld. legitur: *rescissa damnatione testim. Socrati reddiderunt.* De re v. Diog. Laert. II, 5, 23. VI, 1, 4. et Menagius ad II, 4. qui cum Casaubono et Heraldo pro *auream* putat *aeream* Tertulliani loco reponendum. Athenienses etiam sacellum Socrati posuisse affirmat Marin. V. Procli c. 10. p. 23. ed. Fabric. p. 9. ed. Boissonade. — *in Herculem ludit.* Herculem Cynicorum deum fuisse et ob simile vitae genus quasi pro sectae eius auctore veneratum non pauci in veterum scriptis loci testimonio sunt. V. Ausonii Epigr. XXVII. Lucian Vitt. Auct. vol. I, p. 548. cap. 8. Iulian. Imp. Orat. VI.: ὁ Κυνισμὸς, inquit, *οὔτε Ἀντισθενισμός ἐστιν οὔτε Διογενισμός· λέγουσι μὲν γὰρ οἱ γενναιότεροι τῶν κυνῶν, ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἡρακλῆς, ὥσπερ οὖν τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἡμῖν τις αἴτιος κατέστη, οὕτω δὲ καὶ τούτου τοῦ βίου παράδειγμα τὸ μέγιστον οὗτος κατέλιπεν ἀνθρώποις.* Inter scripta Diogenis ab Laertio VI, 12, 80. memoratur tragoedia inscripta Herculis nomine, quod drama forte hic respicit Tertullianus. Ceterum legenda est lepidissima illa confabulatio Diogenis et Herculis apud Lucianum Vol. I, p. 298 sqq., ubi inducitur Cynicus festivissimo modo suo deo inludens. — *Romanus Cynicus Varro.* Tertullianum hic Saturas Menippeas sive Cynicas Varronis respicere dixi iam in mea editione Fragmm. Varronis Saturarum Menipp. p. 48. et p. 238 sq. Aliter placuit Leop. Krahnero in Lib. de Causis Corr. Relig. Rom. p. 52. et Rud. Merkelio in Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CCXXI., qui putant istam Iovum *ἀκεφάλων* cohortem referendam ad libros Rerum Hum. et Divinarum. Krahnerus nuperrime hunc locum retractavit in Comm. de Varrone ex Marciani Capellae Satura Supplendo Cap. I. (Neubrandenburg 1846. 4.)

ludit, et Romanus Cynicus Varro trecentos Ioves sive Iupiteres dicendos sine capitibus introducit.

p. 9. necdum tamen mihi suum de eo iudicium potuit persuadere. Putat perstringi a Tertulliano opinionem Varronis de Iove mundo eoque rotundo humanaque figura melius carente, ex Stoicorum doctrina. At praeterquam quod Cynici cognomen, quo ornatur hic Varro, perquam verisimile reddit eius Saturas significari (v. me in Comment. ad Varr. Satt. Menipp. Frr. p. 48.), et ipsa loci ratio, cum enumerentur a Tertulliano viri qui quoquo modo deorum illusores extiterint, de quonam genere scriptorum Varronis aptius cogitare nos permittit, utrum de serio, an de ludicro? Quomodo vero Iovis ceterorumve deorum irrisor aut illusor Varro appellandus est, si Iovis numen reliquos deos in se tanquam complecti et ad unum eum fontem omnes esse referendos statuit? (August. C. D. VI, 11.) Estne hoc illudere? an docere, an philosophari? Verbum *introducere* vero quid vulgatius quid aptius h. l. significat, quam in sermone, quales erant pleramque partem illae Varronis Saturae, introducere et tanquam in scena spectandos proponere? Obloquuntur alii dicentes verbum *introducere* h. l. usurpari, ut apud Ciceronem passim aliosque scriptores, in novo philosophiae invento describendo pro docere, vel statuere (cf. Cic. N. D. II, 30. I, 16.). Quid? hoc igitur dicit Tertullianus, Varronem trecentos Ioves pro uno statuisse, cum dicere velit, Varronem trecentos Ioves, quos finxit antiquitas, ad unum redegisse? Sed sive Saturas Varronis sive eius Antiquitatis libros respexisse rectius censendus sit Tertullianus, si eius verba sine praeiudicio examinabimus, hoc simpliciter dicere videbitur, Varronem irridentem superstitionem illam, quae, cum natura sequatur eiusdem nominis et capitis unum tantum posse deum esse, innumerum eiusdem nominis deorum censum sibi paulatim excogitaverit, tot Iovum perquam varii cognominis multitudinem lepide et facete perstrinxisse atque ad unum caput, ad unum Iovem redegisse. Atque secundum haec cur isti trecenti Ioves capitibus caruisse dicantur non est quod singillatim exponam. Adscribam modo locum Minucii Felicis Oct. 21., quem ut saepius alias ita et hoc loco vestigia Tertulliani premere deprehendimus cuiusque verba apprime faciunt ad explicationem meam firmandam: „*Quid ipse Iuppiter vester? modo imberbis statuitur, modo barbatus locatur, et cum Hammon dicitur, habet cornua, et cum Capitolinus, tunc gerit fulmina, et cum Latiaris, cruore perfunditur, et cum Feretrius, tribus una aditur* (v. meam adnot. ad haec verba). *Et ne longius multos Ioves obeam, tot sunt Iovis monstra quot nomina.*“ — *sive Iupitros* (*Iupiteros* MSS. Pamelii omnes, Fuld. Goth. Ampl.)

15. Cetera lasciviae ingenia etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur. Dispicite Lentulorum et Hostiliorum venustates, utrum mimos an deos vestros in iocis et strophis rideatis: moechum Anubin, et masculum Lunam, et Dianam flagellatam, et Iovis mortui testamentum recitatum, et tres Hercules famelicos inrisos. Sed et histrionum litterae omnem foeditatem eorum designant. Luget Sol filium de caelo iactatum laetan-

dicendos Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. *sive Iupiteros dicendum* Fuld. (?) MSS. Pamelii. (?) *sive Iupiteres dicendum* edd. omnes. Scripsi *Iupitres dicendos* cum nihil apertius sit, quam librarios inusitatioris flexionis vocabuli *Iupiter* (de qua testatur Prisc. Gramm. VI, col. 695, 19. ed. Putsch. cf. Varro L. L. VIII, 33. ed. Müller. ignaros, sonum finalis syllabae proximi vocabuli *dicendos* oscitanter sequentes *Iupitres*, quod olim fuit, corrupisse in *Iupitros* vel *Iupiteros*. Et ad Nat. I, 10. Gothofredus *Iuppiteres* in Cod. Agob. invenit et edidit. — *introducit* Put. Ampl. Lugd. II. Erl. MSS. Pamelii omnes, edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *inducit* Fuld. (cf. ad Nat. I, 10.) *introduxit* Goth. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *introducunt* Oxon. vitiose. —

15. — In Codd. MSS. Put. Goth. Ampl. Oxon. hic ponitur initium Cap. XIV., cui inscriptio est: DE FABVLIS ET MIMIS DEORVM ET FOEDITATIBVS. — *Despicite Lentulorum* Erl. (Put.?) Lugdd. cf. ad Nat. I, 10. *dispicite Lentulos* Fuld. De verbo *dispicere* diximus supra ad cap. I. In sqq. pro *venustates* in Goth. Ampl. Fuld. Oxon. Vatic. uno et ed. Rhen. legitur *vetustates*, quae lectio minime spernenda videtur. De Hostilio mimographo (cf. Nat. I, 10. ubi Cod. Agob. habet *Hostiorum* pro *Hostiliorum*) nihil constat. Cf. Weichert Poet. Roman. Reliqq. p. 17. Lentulus mimographus memoratur etiam de Pall. 4. Hieron. adv. Rufin. Apol. II.: „Et quasi mimum Philistionis vel *Lentuli* ac Marulli stropham eleganti sermone confictam.“ Schol. ad Iuven. Sat. VIII, 186. Bothe Fragm. Comic. (Poett. Latt. Scen. Fragmm. V, 2.) p. 270. Schneider ad Varr. R. R. II, 3. p. 419. Pro *in iocis et* Erl. habet *inscio sis et* et Agob. *initio*. In ed. Gelen. *rideatis* abest. Strophae sunt nequitiae, tricae, versutiae. cf. Tertull. adv. Marc. III, 10. de Anima 27. de Spectac. 29.: „— satis etiam canticorum, satis vocum, nec fabulae, sed veritates, nec *strophae*, sed simplicitates.“ Plin. Epp. XVIII, 1. Aldhelm. de Virg. 6. Martial. Epigr. XI, 8. — *Anubin* Put. Goth. Ampl. *Anubim* habent Erl. et edd. omnes. Verba *et Iovis mortui* — — — *famelicos inrisos* absunt Fuld. Cf. Lactant. I, 21. Mox: *histrionum latera* ed. Gelen. — *de caelo iactatum* Put. Goth. Ampl. (in quo additum est *phetontem*

tibus vobis, et Cybele pastorem suspirat fastidiosum non erubescentibus vobis, et sustinetis Iovis elogia cantari, et Iunonem, Venerem, Minervam a pastore iudicari. Ipsum quod imago dei vestri ignominiosum caput et famosum vestit, quod corpus inpurum et ad istam artem effeminatione productum Minervam aliquam vel Herculem repraesentat, nonne violatur maiestas et divinitas constupratur laudantibus vobis? Plane religiosiores estis in cavea, ubi super sanguinem humanum, super inquinamenta poenarum proinde saltant dei vestri argumenta et historias noxiis ministrantes, nisi quod et ipsos deos

scilicet, quae glossa extat in mg. Goth.) Erl. Lugd. II. *iactatum de coelo* edd. omnes praeter Rig. in qua auctoritate Fuld. extat *detractum de coelo*. — *pastorem suspirat* sc. Attin, quem pastorem tradunt fuisse Theocrit. X, 40. Philostr. I. Ep. 39. p. 930. Arnob. IV, 35. Paulin. Nolan. adv. Gent. v. 39. De Cybeles amore v. Arnob. V, 6 sqq. et Intt. De toto loco cf. Arnob. IV, 35. ubi v. quae adnotavi. Erl. habet *suspirat pastorem*, et Put. *pastorum* vitiose pro *pastorem*. Verba *et Cybele* — — — *erubescentibus vobis* desiderantur in ed. Gelen. — *Iovis elogia* h. e. Iovis criminum titulos. Arnob. VII, 33.: „Ponit animos Iuppiter, si Amphitryon fuerit actus pronuntiatusque Plautinus, aut si Europa, si Leda, Ganymedes fuerit saltatus aut Danae, motum compescit irarum?" De voc. *elogium* (Erl. et edd. Rhen. et Gelen. hic habent *eulogia*, pro more) diximus supra ad cap. 2. — *iudicari. Ipsum quod imago dei vestri ignominiosum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. Lugd. II. *iudicari. Quid quod im. d. v. ignominiosissimum* edd. omnes. Voc. *Ipsum* refer ad caput ignominiosum. Histriones apud Romanos infamia fuisse notatos res nota est. — *aliquem vel Herculem* Goth. Ampl. Pro *artem* Fuld. habet *arcem* vitiose et Oxon. *perductum* pro *productum*. — *laudantibus vobis* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II Oxon. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *plaudentibus vobis* Fuld. Agob. edd. Rig. Haverk. — *in cavea*. Locus ironiae plenus. Cavea est theatri vel amphitheatri pars ubi sedebant spectatores. In seqq. *poenarum proni saltant* Erl. — *noxii induunt*. Quandoque enim noxii deorum aliquorum aut etiam insignium virorum πάθη veris poenis repraesentabant. Sic Prometheum Laureolus ἀρχιλῄστης repraesentavit, alius Daedalum, Orpheum alius, alius Mucium Scaevolam, de quibus v. Martial. Spectac. Epigr. 7. 8. 21. cf. Auson. Idyll. 33. Sueton. Nero 12. Sic ipse vidit Tertullianus noxium se ipsum evirantem, dum Attidis, alterum vivum ardentem, dum Herculis fata repraesenta-

vestros saepe noxii induunt. Vidimus aliquando castratum Attin, illum deum ex Pessinunte, et qui vivus ardebat, Herculem induerat. Risimus et inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinantem, vidimus et Iovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem. Singula ista quaeque adhuc investigare quis posset, si honorem inquietant divinitatis, si maiestatis vestigia obsoletant?

bat. — *Attin* Put. Goth. Ampl. Erl. *Atten* ed. Gelen. In cett. edd. *Atyn*. Perperam. — *deum vestrum e Pess.* Fuld. Pro *Pessinunte*, quod praebent (Fuld.? MSS. Pamelii?) omnes editiones, Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. habent *Pessinunta*, quae forma fortasse non temere spernenda est. Sed etiam apud Arnob. VII, 49. in utroque cod. mss. extat *Pessinunte*. — *meridianorum*. De meridianis gladiatoribus v. Sueton. Claud. 34 et Intt. Senec. Ep. I, 7. Iust. Lips. Saturn. II, 15. — *cantherio examinantem* ed. Rhen. Hunc locum recte explicavit solus Rigaltius, cuius verba adscribam: Et Mercurio, inquit, et Diti seu Plutoni attribuunt virgam poetae. Animas autem ille (hinc ψυχοπόμπος dictus) deducebat, iste cadavera (cf. Suet. Ner. 39. „Orcus vobus ducit pedes“). Itaque per iocum et risum qui Mercurium induerat, mortuos explorabat virga ferrea candenti. Hoc illi cauterium, excitandis animarum reliquiis, languentibus forte an et pigris. Qui vero Plutonem, cum virga quidem incedebat, sed armata malleo, quo facilius contunderet, si quid animae latentis in illis gladiatorum a pugna recentium cadaveribus intereundum forte rebellaret. Ceterum cf. ad Nat. I, 10. — *quis posset investigare* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pamel. *invest. qui posset* ed. Herald. *invest. quis posset* (*possit* Oxon.) Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. In seqq. pars editorum signum interrogationis post *obsoletant* deletum collocant post *investigare quis posset*. Male. Si Codd. MSS. adstipularentur, scriberem: — *quis posset? sic honorem inqu. div. sic m. v. obsoletant. De contemptu* etc. Particula *si* hic vim habet non condicionalem sed temporalem particularum *quotiens* vel *cum*, ut saepius. — *inquietant* Put. Oxon. Erl. Lugd. II. *inquietam* Ampl. et Goth. in cuius marg. ab eadem manu antiqua adscriptum legitur: „Forte *inquietant*, tamen omnes libri habent *inquietam*.“ Hildebr. ad Apul. I, p. 852. (quem cf.) coni. *inquinant*. Sed Apologetici Codicibus manu exaratis adstipulatur etiam Cod. Agob. in loco ad Nat. I, 10. *Inquietare* idem est ac turbare; sic de Carne Christi 1.: „Qui fidem resurrectionis — — *student inquietare*.“ de Spect. 15. „spiritum sanctum — — non dolore *inquietare*.“ ibid. 23. „animarum

De contemptu utique censentur tam eorum qui eiusmodi factitant quam eorum quibus factitant. Sed ludicra ista sint. Ceterum si adiiciam, quae non minus conscientiae omnium recognoscent, in templis adulteria conponi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis plerumque aedituorum et sacerdotum tabernaculis sub isdem vit-

inquietator." de Corona 11. „mortuus etiam tuba *inquietabitur* aeneatoris." Cf. Apol. 38. Tacit. Hist. III, 84.: „*inquietare* victoriam." — *vestigia obsoletant* Put. Goth. Ampl. Oxon. Gorz. Lugd. II. edd. Gang. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *vestigia absoletant* ed. Rhen. vitiose. *fastigia obsoleant* Erl. *fastigium adsolant* Fuld. ed. Haverk. *fastigia adsolant* ed. Rig. cf. ad Nat. I, 10. Divinitatis vestigia obsoletare, est inquinare et obsolefacere ut fere nulla compareant. Cf. Tertull. Scorp. 6. med.: „qui vestitum *obsoletassent* nuptialem." Gloss. Arabico — Lat. ap. Vulcan. p. 708.: „*Obsolito*, *obtero vel inquino.*" Glossa Isidori p. 689. Vulc.: „*Obsoletatus*, *pollutus*, *inquinatus.*" — *de contemptu utique censentur* h. e. aestimationem et originem habent (sc. eiusmodi ludicra) in contemptu quo habentur dei tam apud eos qui ista repraesentant quam apud eos qui spectant. Sic usurpabatur verbum *censere* supra cap. 12. „in metalla damnamur: inde *censentur* dei vestri." cf. ad cap. 10. Haverkampius locum non intellexit, interpretatus: „contemptum inducunt et ignominiam tam diis quam hominibus." Voc. *utique* abest in Agob. Lugd. II. — *Sed ludicra ista sunt. Sed ludicra ista sint.* ed. Gelen. vitiose, et inde repetitum in ed. Pamel. Haverk. coni. *Sed ludicra ista. Sint.* Particula *Ceterum* in sqq. idem significat quod *contra*, *at*, ut saepissime apud Tertullianum aliosque huius aevi scriptores. V. Intt. ad Liv. IX, 21, 1. — *in templo adulteria* Erl. De re cf. Minuc. Fel. Oct. 25. et ibi Intt. Sueton. Tiber. 44. Ovid. A. A. I, 77 sq. et III, 635 sqq. Tertull. de Pudic. 5. Intt. ad Petron. Sat. 21. p. 100. Martial. Epigr. I, 68. Iuven. Sat. VI, 488. ubi v. Schol. Id. Sat. IX, 23 seqq. et Intt. — *sub hisdem vittis* Put. *sub eisdem v.* Erl. In cett. Codd. ut et in edd. omnibus *sub iisdem vittis* extat; *sub isdem* sc. sacerdotum, vel sacris. — *thure* scriptum est in meis omnibus, non *ture*, ut quaedam edd. praebent. et ita etiam infra cap. 42. De vittis v. Intt. ad Propert. IV, 6, 6. et ad Virg. Ecl. VIII, 64. De apice v. Fest. s. v. Serv. ad Virg. Aen. II, 683. X, 270. Varro ap. Gell. N. A. IX, 15. Sacerdotum primariorum vestes in sacris solemnibus aut purpureas fuisse aut purpura intextas docemur ex Firm. Mat. Mathes. III, 19.: „Faciet sacerdotum principes et qui in ipsis sacerdotiis purpureis aut auratis vestibus induantur." Quinctil. Declam. CCCXL.: „Ego vobis allego etiam ipsum illud

tis et apicibus et purpuris thure flagrante libidinem expungi nescio, ne plus de vobis dei vestri quam de Christianis querantur. Certe sacrilegi de vestris semper adprehenduntur. Christiani enim templa nec interdiu norunt; spoliarent forsitan ea et ipsi, si et ipsi ea adorarent. Quid ergo colunt qui talia non colunt? Iam quidem intellegi subiacet veritatis esse cultores qui mendacii non sint, nec errare amplius in eo in quo errasse se recognoscendo cessaverunt. Hoc prius capite et omnem hinc sacramenti nostri ordinem haurite, repercussis ante tamen opinionibus falsis.

sacrum praetextatum, quo sacerdotes velantur, quo magistratus, quo infirmitatem pueritiae sacram facimus ac venerabilem." Cf. Clem. Alex. Paedag. II, 10. Apul. Metam. VIII, 27. Matth. Aegyptius de S. C. de Bacchanal. in Poleni Thes. Antiqu. Suppl. tom. I, p. 822. not. g. — *libidinem expungi* h. e. perfici, compleri, consummari. Verbum hac significatione frequens apud Tertullianum. — *nescio plusne* pro *n. ne plus* edd. Gelen. Pamel. Cf. supra cap. 7. f. „recogitet, *ne* primum illud os mendacium seminaverit." Particulae *ne* interrogativae praepositae exempla plura suppeditat Hildebr. ad Arnob. I, 10. III, 4. — *Christiani templa* omisso voc. *enim* edd. Rhen. Gangn. Barr. — *nec interdiu.* Haec verba puto ad Isidis praesertim sacra pertinere illa, quae vespero concelebrari solita prae ceteris occasiones praebebant adulteriis et omnimodis libidinibus libere explendis Iuvenal. Sat. VI, 488. et Intt. Ovid. A. A. I, 77 sqq. III, 635 sqq. — *spoliarent forsitan ea. si et ipsi ea* Erl. *et ipsi* sc. ut vos, de quibus sacrilegi semper adprehenduntur. Detestanda religio quae cultores sui sacrilegos efficit. Adorare templum est Graecorum προςκυνεῖν ναόν. Ioseph. Antiqu. Iud. XIII, 5. cf. Valer. Max. I, 6, 13. — *Iam quod intell. subiacet* Lugd. I. *subiacet* idem quod ὑπόκειται, in promptu est; cf. ad. Nat. I, 10. — *amplius in eo* sc. in mendacio, in idololatria. — *cessaverunt* Put. Goth. Ampl. Erl. (in quo et paulo antea fuit *mendacii non sunt*) Lugd. II. edd. Gelen. Pamel. In cett. edd. omnibus *cessaverint* extat. — *haurire* ed. Rig. vitiose pro *haurite.* In seqq. voc. *ante* abest in edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld. habet) et in Cod. Lugd. I. —

16. — Caput decimum sextum in Codd. et meis et aliis est decimum quintum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. ita inscriptum: DE CAPITE ASININO ET DE CETERIS INSIGNIBVS QVAE VIDENTVR COLERE., plenius in uno Vatic.: QVOD CHRISTIANI NON CAPVT ASININVM ADORENT VT EIS IMPIN-

16. Nam et, ut quidam, somniastis caput asininum esse deum nostrum. Hanc Cornelius Tacitus suspicionem eiusmodi *dei* inseruit. Is enim in quinta historiarum suarum bellum Iudaicum exorsus ab origine gentis etiam de ipsa tam origine quam de nomine et religione gentis quae voluit argumentatus Iudaeos refert Aegypto expeditos, sive ut putavit, extorres vastis Arabiae in locis aquarum egentissimis, cum siti macerarentur, onagris, qui forte de pastu potum petituri aestima-

GEBANT SED VERVM DEVM ET SIGNVM CRVCIS. — *Nam et ut quidam* Put. Goth. Ampl. *Nam ut quidam* Fuld. Lugdd. Erl. et ed. Pamel. *Nam et quidam* edd. Herald. (Cod. Oxon.?) Rig. *Nam quidam* edd. Rhen. Gangn. Barr. *Iam ut quidam* ed. Gelen. Pars edd. post *nostrum* commate non puncto distinguit. — *suspicionem eiusmodi* (*huiusmodi* Fuld.) *inseruit* Codd. MSS. et edd. omnes. *suspicionem Iudaismo inseruit* coni. Iun. *susp. eiusmodi insevit*, deleto voc. *hanc*, coni. Heinrich. in ed. Ritteri. Sed bene stat *inseruit*, quod quo sit sensu hic capiendum te non fugiet, si memineris *inserere* proprie dici de surculo arboris in alienam arborem immittendo. Alio loco latebat vitium, quod sustuli emendando *eiusmodi dei inseruit;* in aperto est enim voc. *dei* absorptum fuisse ultima syllaba praegressi vocabuli. — *in quinta* Put. Bong. Oxon. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. edd. Herald. Rig. Haverk. *in quinto* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. At cf. infra: „Atenim idem Corn. Tacitus *in eadem historia* refert.“ *in quarto* Fuld. cf. ad Nat. I, 11., ubi Cod. Agob. item *in quarta historiarum* praebet, quae varietas scripturae docet aut memoria hic lapsum esse Tertullianum, cum libros ad Nationes et Apologeticum prioris recensionis conscriberet — quam quidem priorem recensionem sequi Fuldensem illum egregium codicem iam Haverkampius bene perspexit, — aut libros Taciti olim aliter distinctos fuisse. — *de bello Iudaico exorsus* Fuld., in quo etiam in seqq. voc. *tam* abest. — *Iudaeos infert* ed. Gelen. Verbis *quae voluit argumentatus* pungitur fides Taciti. — *Aegypto expeditos* h. e. Aegyptiorum iugo liberatos. Pro *extorres* ed. Haverk. ex Cod. Fuld. auctoritate praebet *exterminatos*. Iudaeos ab Aegyptiis finibus pulsos esse refert praeter Tacit. Hist. V, 3. etiam Iustin. Hist. XXXVI, 2. — *in vastis Arabiae locis* transponunt edd. Gelen. Pamel. Post voc. *locis* ed. Haverk. ex Fuld. inserit *et* particulam. — *egentissimis cum* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. Lugd. II. quattuor MSS. Pamelii et edd. Rhen. Pamel. Rig. Haverk. *egentissimos cum* Lugd. I. edd. Gangn. Gelen. Barr. Herald. In seqq. Fuld. pro *aestimabantur* habet *aestimarentur*. Verbi *aestimare* pro *existimare*

bantur, indicibus fontis usos ob eam gratiam consimilis bestiae superficiem consecrasse. Atque ita inde praesumptum opinor nos quoque ut Iudaicae religionis propinquos eidem simulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus, sane ille mendaciorum loquacissimus, in eadem historia refert Gneum Pompeium, cum Hierusalem cepisset proptereaque templum adisset speculandis Iudaicae religionis arcanis, nullum illic reperisse simulacrum. Et utique si id colebatur quod aliqua effigie repraesentabatur, nusquam magis quam in sacrario suo exhiberetur, eo magis, quia nec verebatur extraneos arbitros quamquam vana cultura; solis enim sacerdotibus adire

positi exempla apud Afros sriptores haud rara sunt. V. Buenem. ad Lactant. Epit. 57. p. 1306. Kopp ad Mart. Cap. II. §. 102. p. 143. Hildebr. ad Arnob. II, 56. — *indicibus fontis* edd. Rig. et Haverk. Suppeditat hanc veram scripturam solus Fuld. Reliqui Codd., et edd. praeter illas duas omnes, etiam Cod. Agob. in loco pari ad Nat. I, 11. praebent *indicibus fontibus*. Nemo non scit quam frequenter in Codd. MSS. confundantur terminales *is* et *ibus*, quod quidem vitium librariorum oculis ad praegressum vocabulum *indicibus* aberrantibus h. l. multo facilius potuit irrepere. — *consimili bestiae super faciem consecr.* Fuld. *cons. bestiae effigiem consecr.* edd. Rhen. Gangn. Barr. Expressi lectionem cett. edd. et Codd. MSS. meorum omnium. De re v. Ioseph. c. Appion. II, p. 542. et cf. Suid. s. v. Ἰούδας. Plutarch. Sympos. IV, 5. Diodor. Sic. libri XXXIV. fragm. tom. X, p. 99. ubi narratur Antiochus Epiphanes in sacrario Iudaeorum invenisse imaginem viri prolixa barba asello insidentem. — *inde praesumptum opinor* Put. Goth. Ampl. Oxon. (in quo *ita* aberat) Erl. (in quo *pressum* pro *praesumptum*) Lugdd. edd. Herald. Rig. Haverk. In cett. edd. omnibus extat *inde, opinor, praesumptum.* In seqq. voc. *religionis* abest in ed. Gelen. Mox: *eodem simulacro* Fuld. — *propterque templum* Erl. *propterea quod templum* ed. Rhen. *praetereaque templum* edd. Gelen. Barr. (Fuld. ?). De re v. Tacit. Hist. V, 9. In seqq. *Et itaque si* Lugd. II. — *quia verebatur extraneos vana* ed. Gelen. *quia verebatur extraneos arbitros vana* ed. Pamel. Expressi Codd. MSS. omnium et cett. edd. scripturam: *quia nec verebatur extr. arbitros quamquam vana cultura* h. e. quia in sacrario non verendos habebat, quia arcebat illinc extraneos arbitros cultura vana et inanibus eiusmodi cerimoniis repleta. Erl. pro *quamquam* praebet *tanquam* et Lugd. II. *varia* pro *vana*; vitiose. — *licitum erat. etiam conspectui* Fuld. *licitum etiam conspectus*

licitum, et conspectus ceterorum velo oppanso interdicebatur. Vos tamen non negabitis et iumenta omnia et totos cantherios cum sua Epona coli a vobis. Hoc forsitan inprobamur, quod inter cultores omnium pecudum bestiarumque asinarii tantum sumus. Sed et qui crucis nos religiosos putat, consecraneus erit noster. Cum lignum aliquod propitiatur, viderit habitus, cum materiae qualitas eadem sit, viderit forma, dum

Put. Goth. Ampl. Lugdd. Oxon. edd. Herald. Rig. Haverk. *licitum et conspectus* Erl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. et Pamel., in qua legitur etiam in sqq. *oppasso* pro *oppanso.* — *cum sua Epona coli* Put. Fuld. Lugd. I. edd. Rig. Haverk. cf. ad Nat. I, 11. *cum sua Eponia coli* Goth. Ampl. Oxon. *cum sueponacli* Lugd. II. *cum sue pene coli* Erl. *cum sua Hippona coli* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. De dea Epona v. Plut. Paral. Min. 29. tom. II, p. 312. Prudent. Apoth. 197. Muncker. ad Fulgent. p. 773. Hartung Relig. d. Roemer II, p. 154. Intt. ad Iuvenal. Sat. VIII, 157. et ad. Minuc. Fel. Oct. 28. Hildebr. ad Apul. Metam. III, 27, p. 202 sq. Pro *totos canterios* in ed. Rhen. extat *coctos cantherios.* Haec verba Herald. ita interpretatur: „Non superficiem aliquam καὶ τὴν ἄνω μορφήν, sed totos atque integros cantherios." Sed puto Tertullianum hoc dicere velle, Romanos, cum deam iumentorum Eponam consecrassent, una cum hac et ipsa illa iumenta et universos cantherios consecrasse, cui interpretationi suffragantur verba Min. Fel. Octav. 28., quae fere repetita videntur ex hoc Tertulliani loco. — *forsitan inprobamur* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Lugd. II. edd. Rig. Haverk. In (Oxon.?) cett. edd. omnibus prioribus extat *forsitan improbandum.* — *omnium pecudum.* Respicit ad Aegyptiorum deos. Cf. Minuc. Fel. Oct. 28. Pro *pecudum* in Put. est *pecodum.* — *consectaneus erit noster* Erl. *consectaneus noster erit* ed. Gelen. *consecraneus erit noster* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II. edd. Pam. (ex Mss.) Herald. Rig. Haverk. *consecraneus noster erit* edd. Rhen. Gangn. Barr. Edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. male distinguunt *erit noster*, *cum l. a. propitiatur. Viderit.* In sqq. restitui *cum materiae* ex Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd: II. Agob. et edd. Rhen. Barr. Gangn. Cett. edd. omnes habent *dum materiae.* In Fuld. extat: *quando materiae qualitas eadem est. Propitiatur* h. e. placatur adorando, vel potius: adoratur placandi causa. Dicit Tertullianus: Nihil refert habitus, nihil forma: habeat se lignum hoc vel illo modo, in signum crucis vel rudis stipitis, dummodo lignum sit; nec forma, dum aliquod numen referat. Similiter loquitur Tertull. de Pall. 6. „*Viderit* nunc philosophia quid prosit;" de Paenit. 2.: „*Viderit*

id ipsum dei corpus sit. Et tamen quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica, et Ceres Pharia, quae sine effigie rudi palo et informi ligno prostat? Pars crucis est omne ro-

ergo in gratia hominum, si etiam bonis factis paenitentiam cogit.“ adv. Hermog. 1.: „Sed *viderit* persona, cum doctrina mihi quaestio est.“ adv. Valentin. 9.: „*viderit* soloecismus, sophia enim nomen est.“ de Virg. Vel. 7.: „Proinde *viderit* saeculum aemulum dei, si“ sqq.; ad Nat. I, 12. de Testim. An. 1.: „*Viderint*, si qui de unico et solo deo pronuntiaverunt“ ad Scap. 4.: „*Viderint* qui sectam mentiuntur.“ de Anima 10.: „*Viderint* disciplinae et artes, *viderint* et effigies. Apol. 25. cf. infra Apol. 42.: „*viderint* qui per capillum odorantur.“ Utimur ea formula cum aliis rei cuiuspiam curam relinquimus; cf. Cic. Quinct. 17. ad Att. XII, 21. Ovid. Am. II, 371. Trist. V, 2, 43. Petron. Sat. 87. Quinctil. Inst. Or. XI, 3, 135. I, 4, 10. V, 13, 11. VII, 1, 54. Similiter Graeci, ut Lucian. Dial. Mort. tom. I. p. 267. (ed. Voss.): „*Ἀμφίλοχος μὲν οὗτος ἂν εἰδείη ὅτι αὐτῷ ἀποκριτέον ὑπὲρ αὐτοῦ.*“ Id. Contempl. p. 345.: „*εἰ δὲ ἀληθῆ ἐστι σὺ ἂν ὦ Ἑρμῆ καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδῆτε.*“ — *Pallas Attica.* Palladis (quae hic *Attica* appellatur quia eius cultus praecipuus Athenis erat) sive Athenae simulacrum ex lapide quadrato memorat Pausan. Arcad. 32.: „*εἰσὶ δὲ ὑποκαταβάντι ὀλίγον θεοὶ (παρέχονται δὲ καὶ οὗτοι σχῆμα τετράγωνον, Ἐργάται δὲ ἐστιν αὐτοῖς ἐπίκλησις) Ἀθηνᾶ τε Ἐργάνη καὶ Ἀπόλλων Ἀγυιεύς.*,“ et ap. Euseb. Praep. Evang. III, 8. narratur Lindi Athenae fuisse simulacrum *λεῖον ἕδος*. Cf. Otfr. Mueller Archaeol. der Kunst §. 66. p. 44 sqq. (ed. sec.) et Intt. ad Arnob. VI, 11. Clem. Alex. Protr. p. 40. Potter. — *Ceres faria* Bong. et ita Cod. Agob. ad Nat. I, 12. *C. fariam* Put. Goth. Oxon. Lugd. II. (in quo tamen littera *m* deleta est a m. rec. et adscriptum „*i. e. frumentarium*“) *C. farina* Erl. Lugd. I. *C. pariam* Ampl. *C. farrea* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (quam lectionem Meurs. Crit. Arnob. p. 227. et Theod. Canter. V. L. II, 25. frustra defendunt ex Aelian. V. H. I, 27. ubi memoratur *Σιτοῦς ἄγαλμα Δήμητρος.*) Pam. Herald. *C. Pharia* Fuld. edd. Rig. Haverk. *Ceres Pharia* vel Aegyptiaca est Isis. V. Apul. Metam. XI, 2. et ibi Intt. *Faria* absolute dicitur in vet. Kalendario ap. Gruter. 138. *Isis Faria* in vett. numis apud Eckhel. D. N. tom. VIII, p. 140. De rudi eius simulacro nullus alius praeter Tertullianum scriptor mentionem facit. — *infirmo ligno prostant* Fuld. *informi l. prostrat* Goth. Ampl. *informi l. prostant* ed. Pamel. ex uno Vatic. *informi ligno.* „*Pars crucis*“ *postera est omne robur* Erl. Expressi reliquorum Codd. MSS. et edd. lectionem. Cf. ad Nat. I, 12. In sqq. pro *pars* ed. Gelen. habet *par.* —

bur quod erecta statione defigitur; nos, si forte, integrum et totum deum colimus. Diximus originem deorum vestrorum a plastis de cruce induci: sed et victorias adoratis, cum in tropacis cruces intestina sint tropaeorum. Religio Romanorum

nos sic forte edd. Gelen. Barr. Perperam. Hoc dicit Tertullianus: nos contra si forte est ut colamus deum, colimus totum, colimus integrum, h. e. ut enim nos colimus integrum, colimus totum deum. *Si forte* peculiare est styli Tertullianei, a quibusdam parum recte, ab aliis prorsus falso perceptum. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 127. *si forte* putat dictum pro simplici *forte;* Haverk. ad h. l. non tentata explicatione adnotat ea formula uti Tertullianum praesertim ubi longe a se amoveat id quod imputetur; Hand Horat. Tursell. II, p. 736. statuit, verba *si forte* interponi orationi, quae de re agat extremo loco concedenda ut vernaculum sit *allenfalls*, quam legem plane falsam esse vel ipsa quae ex Tertulliano attulit exempla evincunt. Verum vidit Gothofredus, qui in adn. ad Tertull. ad Nat. I, 12. p. 120. *si forte* dicit apud Tertullianum semper poni pro *scilicet*, *nempe*, *atenim*. Est autem per ellipsin explicanda ea formula. Sic infra: „Alii plane humanius et verisimilius solem credunt deum nostrum; ad Persas, *si forte,* deputabimur“ sqq. cap. 20. „Apud homines, *si forte,* distinguitur, dum expungitur“ sqq. cap. 38. „Si oblectari novisse nolimus, nostra iniuria est, *si forte*, (h. e. si forte alicuius est) non vestra.“ cap. 41. „et sequitur ut omnes saeculi plagae nobis, *si forte*, in admonitionem, vobis in castigationem obveniant,“ ubi *si forte* significat: si forte est ut in certum aliquem finem a deo mittantur plagae saeculo.; item cap. 43. „Plane confitebor quinam, *si forte*, h. e. si qui alii, vel: si qui possunt conqueri) vere de sterilitate Christianorum conqueri possunt.“ ad Nat. I, 15. „Si illa (sc. religio) impudica est, nostra vero crudelis, coniungimus, *si forte*, natura, qua semper saevitia cum impudicitia concordat“ h. e. si qua re forte coniungi possimus. de Pall. 2. „Ferme apud vos ultra stilus non solet. Ab Assyriis, *si forte*, aevi historiae patescunt.“ cf. adv. Marc. V, 10. — *a plastris* Erl. *a plaustris* ed. Rhen. vitiose. — *in cruce induci* Fuld. Verbum *inducere* hic est pro instituere, parare. Voc. *victorias* in sqq. in aliquot edd. *Victorias* scriptum est, littera initiali maiuscula. Male, ut et huius loci ratio et alterius ad Nat. I, 12. ostendit. Neque melius Iunius, qui voc. *victorias* pro adiectivo vult haberi. — *in tropheis* (ut et in seqq. *tropheorum*) Put. Goth. Ampl. Erl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Praepositionem *in* ante *tropaeis* item et in seqq. voc. *cruces* delet Fuld. Voc. *tropaeorum* Haverk.

tota castrensis signa veneratur, signa iurat, signa omnibus deis praeponit. Omnes illi imaginum suggestus in signis mo-

pro glossemate habet. Alii putarunt legendum: *Sed et vict. ador. in tropais, cum cruces* sqq. Nihil muto. Dicit Tertullianus non solum a plastis fingi deos de cruce, sed Romanos etiam victorias adorare sub tropaeorum specie et suggestu, quorum vel ipsorum intestina tamen item cruces sint. Minuc. Fel. Octav. 29.: „Tropaea vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verum et adfixi hominis imitantur.“ Varro ap. Non. p. 55.: „Ideo fuga hostium Graece vocatur *τροπὴ*, hinc spolia capta et fixa in stipitibus appellantur *τρόπαια*.“ V. praeterea Iustin. Mart. Apol. I, 72. Firm. Mat. de Err. Prof. Rel. 29. ubi v. quos locos laudavi, Ioseph. Antiqu. Iud. XV, 2. Casaub. Exercitt. ad Baronii Ann. p. 547. — *religio Romanorum tota* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *religio tota* deleta voce *Romanorum* Fuld. et inde edd. Rig. et Haverk. — *veneratur, signa adorat, signa iurat, omnibus* Fuld. *veneratur, signa iurat, omnibus* edd. Gangn. Gelen. Barr. De militarium signorum veneratione v. Lips. ad Tacit. Ann. I, 19. ubi aquilae „propria legionum numina“ vocantur. Hinc Plin. H. N. XIII, 3. tradit illa etiam inungi solita, pariter ut fiebat in deorum imaginibus, et Sozomen. H. E. I, 4. (cf. Euseb. H. E. II, 8.) de labaro agens: *Σημεῖον δὲ τοῦτο*, inquit, *τιμιώτατον, καθότι ἀεὶ τοῦ βασιλέως ἡγεῖσθαι καὶ προςκυνεῖσθαι νενόμιστο παρὰ σρατιωτῶν.* Cf. Sueton. Calig. 14. fin. Ioseph. B. I. VI, 32. Lips. de Re Milit. Rom. IV, 3 sqq. Ad verba *omnibus deis praeponit* Heraldus apte citat Liv. XXVII, 48. „Stare hinc legionarios milites, hinc classicos, per omnes deos paratos iurare, magis quae velint quam quae sciant, vera esse, et obstringere periurio non se solum suumque caput, sed signa militaria et aquilas sacramentique religionem.“ Mox: *Omnes ille* Erl. — *suggestus in signis* Fuld. et ed. Haverk. In cett. et Codd. MSS. omnibus et edd. legitur *suggestus insignes*. „Suggestus imaginum“ vocantur parmulae sive clypeoli qui in orbem signis appendebantur, ita ut multae essent gradationes, altiores, depressiores, velut tabulata et circuitus in turribus visuntur. In illis depictae erant imagines imperatorum qui consecrati et inter divos relati erant vel etiamnum adhuc imperabant, ut ex Lipsiano loco (v. Lipsii Epistt. Quaestt. V, 15. ubi iam dudum emendatus extabat Tertulliani locus) de Vitelli imagine liquet. Suggestus vero illi imaginum ut monilia crucum egregie apparent in nummo Tiberii apud Seguin. Select. Num. p. 109. Cui simillimi duo quorum alter Germanici Caesaris est occurrunt apud Spanhem. de Usu et Praest. Numism. p. 120. Cf. alter, de-

nilia crucum sunt; siphara illa vexillorum et cantabrorum stolae crucum sunt. Laudo diligentiam: noluistis incultas et nudas cruces consecrare. Alii plane humanius et verisimilius Solem credunt deum nostrum. Ad Persas, si forte, deputabimur, licet solem non in linteo depictum adoremus, habentes

narius Gentis Valeriae, apud eundem p. 558. (Haverk.) *Suggestum* apud Tertullianum saepissime poni simpliciter pro ornatu et apparatu multis exemplis docuit Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 362 sqq. — *crucum sunt* Put. Fuld. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. MSS. Pamelii omnes et edd. Rig. Haverk. et ita iidem libri et infra. In cett. edd. omnibus legitur *crucium sunt.* Ceterum post haec verba Fuld. etiam inserit: *Laudo diligentiam*, quae in reliquis Codd. MSS. semel tantum leguntur. — *sifara* (in nonnullis *si fara*) Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. *Syphara* Fuld. Agob. *Sypara* edd. omnes praeter Rig. et Haverk., qui *siphara* restituerunt, ut scriptum extat etiam apud Front. Ep. I, 2. ed. Mai. V. de eo vocabulo Intt. ad Fest. v. Siparium (p. 340. 341. ed. Müll.) et ad Iuven. Sat. VIII, 86. Isid. Origg. XIX, 3, 4. Schneider Addit. ad Xenoph. Hell. VI, 2, 27. Hildebr. ad Apul. Met. X, 29. tom. I, p. 961 sq. — *et cantabrorum* Codd. MSS. Pamelii, Fuld. Lugdd. et mei omnes, edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *et Labarorum* edd. Rhen. Gangn. Barr. *et candelabrorum* ed. Gelenii. De cantabris Vet. Gloss.: „*Cantabra*, *vexilla*, *pallia*.“ Unde hoc vexilli species *Cantabrum* sit dictum nescitur. Neque apud alios scriptores praeter Tertullianum (alter locus extat ad Nat. I, 12. ubi v. Gothofr.) et Minucium Felicem (Octav. 29.). Cf. Turneb. Advv. XV, 16. qui *contabra* dici vult. Baronius Ann. 312. n. 33. putat dicta a Cantabris, Hispaniae populo, a quibus debellatis id genus vexilli habuerint Romani. *Cantabrarii* inter vexilliferos recensentur in Cod. Theodos. XIV, 7, 2. — *incultas et nudas* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. *nudas et incultas* edd. omnes. Item Erl. in sqq. invertit: *consecrare cruces.* — *Ad Persas sic forte deput.* ed. Gelen. *Ad Persas*, *si forte*, *deputabimur* h. e. Si forte est ut propter deum nostrum ad populum aliquem deputemur, deputabimur ad Persas; formula *si forte*, de qua modo prolixius exposuimus, habet hic ironicam vim et est fere idem quod *nempe*, *videlicet.* Persas Solem coluisse res nota (cf. in universum Brisson. de Regno Pers. II, 1. Rhode: Die heilige Sage etc. p. 250 sqq.), etsi non pariter constet quodnam hic linteum significetur in quo illius imago depicta fuerit. Puto aulaeum fuisse Mithrae sacrario oppansum vel quodlibet linteum dei imagine ornatum et intra templi parietes suspensum cultoribus suis. Verba *ha-*

ipsum ubique in suo clypeo. Denique inde suspicio quod innotuerit nos ad orientis regionem precari. Sed et plerique vestrum adfectatione aliquando et caelestia adorandi ad solis ortum labia vibratis. Aeque si diem solis laetitiae indulge-

bentes ipsum ubique (ita Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. Lugdd. Fuld. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. Haverk. *utique* habet una ed. Rig.) *in clypeo suo* cave ne ad Persas trahas. Clypeum hic est caeli discus. In clypeis enim solebant veteres imagines insculptas vel pictas habere, ut multi vett. scriptorum loci testantur. Cf. Plin. H. N. XXXV, 3. Liv. XXXV, 10. Ulpian. Dig. IX, 3, 5. f. Flav. Vopisc. Aureliano p. 210. ed. Salm.: „Data est ei praeterea, quum legatus ad Persas isset, patera qualis solet imperatoribus dari a rege Persarum, in qua insculptus erat Sol eo habitu quo colebatur in templo in quo mater eius fuerat sacerdos." Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 325 sq. Gloss. Isidori: „*Clypei* (al. *Clypeum*) ubi imagines proponuntur." V. etiam Io. Alb. Fabricium Bibliogr. Ant. p. 562. Clypeum de caelo posuit Ennius ap. Varr. de L. L. VII, 73. ed. Müll. item Ovid. Metam. XIII, 110. In seqq. voc. *Denique* significat: ut brevis sim (in proponendis variis de hac suspicione opinionibus), ut paucis absolvam, qua formula utuntur scriptores ubi multa dici possunt, sed oratio ad id quod maximum et validissimum est properatur. Handii Horat. Tursell. II, p. 271 sq. — *ad orientis regionem precari.* V. de hoc ritu Auct. de Quaestt. et Responss. ad Orthodox., quae Iustino M. falso tribuuntur, Quaest. 118. Damascen. de Fide Orthod. IV, 13. Basil. de Spir. S. 27. Complures qui de hoc vett. Christianorum ritu scripserunt excitat Io. Alb. Fabric. Bibliogr. Ant. II. p. 361. quem adeas. Idem mos iam pridem apud ethnicos obtinuerat, de quo v. Burm. ad Valer. Flacc. III, 437. Ovid. Fast. IV, 777. Brouer. de Adorat. Vet. p. 195 sqq. Intt. ad Apul. Metam. II, 28. Cf. Hygin. Gromat. 4.: „Antiqui architecti in occidentem templa recte spectare scripserunt, postea placuit omnem religionem eo convertere ex qua parte caeli terra illuminabatur." Pacat. Panegyr. 7. Coripp. I, 20 sqq.: „Hunc veterum primi ritum non rite colebant, Esse Deum solem recta non mente putantes, Sed factor solis postquam sub sole videri Se voluit formamque Deus de virgine sumpsit Humani generis, tunc dempto solis honore Est Christo delatus honos." — *aliquando caelestia* deleto *et* Erl. *aliquando et certa caelestia* Fuld. plenius. *vestrum in affectatione aliquando ut caelestia* edd. Gelen. Pamel. Pro *adorandi* Cod. Pithoei et Lugd. uterque habent *adoriendi* vitiose. — *iustitiae indulgemus* Ampl. Oxon. vitiose. — *qua religione* Agob. Lugd. II.

mus, alia longe ratione quam religione solis secundo loco ab eis sumus qui diem Saturni otio et victui decernunt exorbitantes et ipsi a Iudaico more, quem ignorant. Sed nova iam dei nostri in ista proxime civitate editio publicata est, ex quo quidam frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum eiusmodi inscriptione: DEUS CHRISTIANORUM *ONOKOITHΣ*. Is erat auribus asininis, altero pede ungu-

quam de religione Fuld. ed. Haverk. — *secundo loco Ebreis sumus* Lugd. II. (sed a m. sec.) Agob. In seqq. in Lugd. II. *victu* extat pro *victui*. — *exorbitantes et ipsi a Iudaico m. quem ignorant*. Pungit his verbis Romanos ipsos, ut qui superstitiose et temere a Iudaeis recepto celebrandi sabbathi more multum ab horum religione exorbitent, gulae et inertiae eo die sese dedendo. Multum illustrat hunc locum similis ad Nat. I, 13. quem vide. De die Saturni Romanis praesertim superstitiosis religioso v. Intt. ad Ovid. Rem. Am. 219. Id. A. Am. I, 415. Tibull. I, 3, 18. Horat. Sat. I, 9, 69. Pers Sat. V, 184. Iuvenal. Sat. XIV, 96. Tacit. Hist. V, 4. — *in ista civitate*. Baron. Ann. tom. II, p. 270. putat Romam hanc esse civitatem, cui adstipulantur La Cerda et Haverkamp. Probabile quidem, numquam tamen certum. Cf. ad Nat. I, 14. *in ista proxima civitate* Erl. *in ista civitate proxime* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Pam. Herald. *in i. proxime civitate* Agob. Lugdd. Put. Goth. Ampl. edd. Rig. Haverk. — *quidam in frustrandis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. *quidem in frustrandis* ed. Pamel. *quidam frustrandis* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Agob. Lugdd. edd. Rig. Haverk. Pro *noxius* in Lugd. II. et Agob. vitiose extat *noxiis*. Loco, quem priores editores et interpretes parum recte perceperant, lucem dedit I. Fr. Gronov. Obss. I, 8. cuius verba apponam: „— censemus Tertullianum ludere ὀξυμώρῳ. Proprie *mercenarius* non est *noxius* nec *noxius* est *mercenarius*, etsi uterque bestiarius. Generali tamen usu vocis tam mercenarius quam damnatus in ludum est *noxius*, quia nonnisi scelestus et desperatus hac descendebat, ut in ludum se addiceret. Perinde est ergo quasi diceret: parabolanus non quidem sententia iudicis, sed mercede noxius. *Bestiis frustrandis mercenarius noxius* est bestiarius mercede noxius. Cassiodorus: Actus detestabilis, certamen infelix, cum feris velle contendere, quas fortiores se non dubitant invenire. Sola est ergo in fallendo praesumptio, unicum in deceptione solatium.“ — *Onochoites* (*Onochoitis* Put. teste Heraldo. Et ita habent Agob. et MSS. Pamelii praeter Vaticanos qui *Onochorsitis erat* praebent) *is erat* Put. Fuld. *Onochotasis erat* Lugd. II. Bong. *Onochoili erat* Oxon.

latus, librum gestans et t[illegible]tus. Risimus et nomen et formam. Sed illi debebant [illegible]orare statim biforme numen, quia et canino et leonino capite commixtos, et de capro et de ariete

Onochoisitis. erat Ampl. Goth. (in quo ab eadem m. superscr. *Onochoetisis.*) *Onochottusis erat* Erl. *Onochoitissis erat* Lugd. I. *ONONYCHITIS. Erat* edd. Rhen. Gangn. *ONONYCHITES. Erat* ed. Barr. *ONONYCHITES. Is erat* edd. Gelen. Pamel. *ONONYCHITIS. Is erat* ed. Herald. *ONOCHOETES. Is erat* ed. Rig. *ONOKOITIS. Is erat* ed. Haverk. In loco ad Nat. I, 14. Cod. Agob. duobus prioribus locis praebet ONOCHOLETES, tertio ONOCHOETAE. Qui *Ononychites* ediderunt derivarunt ab *ὄνος* et *ὄνυξ*, quasi sit „Asinungulus," qui *Onocorsites* volunt, ut Iunius, ab *ὄνος* et *κόρση*, ut sit qui caput asininum habeat, qui *Ὀνοκοίτις* vel *Ὀνοκοίτης* scribunt, ab *ὄνος* et *κοίτη*, ut significetur qui in asinorum praesepia iacuerit vel, ut alii hariolantur, qui ex concubitu cum asino prognatus sit, qui denique *Onochoetes* cum Gothofredo, deducunt ab *ὄνος* et *χοήτης*, ut sit quasi „asinus sacerdos." Rigaltius, quem *Onochoetes* edidisse monuimus, haec adnotat: „— — arbitrari liceat Iudaeum nebulonem Graecae compositionis vocabulum perperam extulisse, cum intelligi vellet ONOCOITEN, *Ὀνοκοίτην*, adeoque de asininae originis prosapia scelestissimae imposturae mendacio Christianorum patientiae tolerantiaeque illuderet, tanquam de canterina quadam admissar[illegible] prognatorum." Io. Bapt. Pius Sylloge Adn. Poster. (in Gruteri Lamp. Crit. I, p. 511.) III, 109. coni. *Ononychotitis* vel *Ononychotis*, ut sit ab *ὄνος* asinus, *ὄνυξ* ungula et *οὖς* auris, in quam derivationem etiam Heraldus inciderat. Sed tum legendum esset *Ononychotes*. Mihi in mentem venit annon forte scriptum fuerit *Ὀνοσκελίδης* vel *Ὀνοκωλίδης* h. e. Onoscelidis vel Empusae deae proles. Spectrum enim illud fingebatur altero pede asinino esse. V. Schol. ad Aristoph. Ran. 296 sq. cf. Eund. ad Ecclesiaz. 1056. Philostr. V. Apoll. II, 4. Quod doctus quidam amicus, quem de hoc loco consului, excogitavit: *Ὀνοκολήτης*, a verbo quodam *ὀνοκολέω* formato ut *βουκολέω*, quo „pastor asinorum" significetur, vocabulum in irrisionem Christianorum fictum, non placet. Sed mitto hariolationes. — *illi debuerant adorare* Fuld. et ed. Haverk. *illi* sc. cives istius civitatis. In seqq. pro *biforme* Agob. et Lugd. II. habent *informe* et in ed. Rhen. pro *numen* extat *nomen*. — *commixtos* habent Codd. MSS. mei omnes, *commistos* edd. Pro *quia et* in praegressis ed. Gangn. habebat *qui et*, quod Ritterum in suam illinc recepisse video. Ceterum quod ad rem adtinet, canino capite fingebatur Anubis, leonino Mithras, de

ariete cornutos, et a lumbis hircos, et a cruribus serpentes, et planta vel tergo alites deos receperunt. Haec ex abundanti, ne quid rumoris inrepercussum quasi de conscientia praeterissemus. Quae omnia conversi iam ad demonstrationem religionis nostrae repurgabimus.

17. Quod colimus, deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo quo iussit, ratione qua disposuit, virtute qua potuit, de nihilo expressit, in ornamentum maiestatis suae, unde et Graeci nomen mundo *κόσμον* accommodaverunt. Invisibilis est, etsi videatur; incomprehensibilis, etsi per gratiam

capro et ariete cornuti Panes, Satyri (qui item a lumbis hirci), Iuppiter Hammon. Quos vero serpentipedes in animo habeat deos difficile est coniectatu, fortasse Serapidem, cuius caput est in postico Antonini Pii, corpore serpentino cum multis spiris quibus spicam involvit, recensente Montefalconio Diar. Ital. p. 443. (cf. Passeri Luc. III, 70. et Guigniaut Le Dieu Serapis p. 9.,) aut Titanas, qui saepissime confunduntur cum Gigantibus, quos serpentipedes fuisse scimus ex Ovid. Trist. IV, 7, 17. Macrob. Sat. I, 20. Apollod. I, 6, 1. Titanas enim inter deos fuisse cultos constat ex Commodiani Instr. I, 20. meae edit. ubi v. quos alios locos indicavi. — *et capro* et in sqq. *cornutos lumbis* Erl. *et a planta* Fuld. et ed. Haverk. — *ex abundanti* h. e. supra id quod necesse est. Eadem formula utitur de Spectac. 14. de Corona 7. adv. Marc. III, 7. Adde Quinctil. IV, 5. Paul. Digest. XXX, 10, 9. P[illegible] *in repercussum* in ed. Gelen. vitiose extat *inpercussum*. — *religionis repurgamus* Erl. *rel. nostrae repurgabimus* Goth. Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) *rel. n. repurgavimus* Put. Bavon. edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. Edidi *repurgabimus*, quod est iterum et pleniter purgabimus. Neque enim prius isti rumores et falsae de religione Christianorum opiniones refutati omni numero possunt videri quam demonstratum fuerit quid colant. Hucusque tantum exposuerat quid non colant. —

17. — Caput novum, quod in Codd. MSS. decimum sextum est, in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscribitur DE DEO., plenius in altero Vaticano: QVOD DEVS VNVS SIT MVLTIS ARGVMENTIS PROBARI POSSE. — *colimus nos, deus* Vatic. et ed. Pam. *colimus et nos deus* ed. Rhen. In cett. et edd. et MSS. Codd. extat *colimus, deus*. — *κόσμον accomodaverunt*. Cf. Varro ap. Valer. Prob. ad Virg. Ecl. VI, 31. Plin. H. N. II, 4, 3. — *per gratiam repraesentetur*. Ut Moysi apparuit in ardenti silvula. Sed

repraesentetur; inaestimabilis, etsi humanis sensibus aestimetur; ideo verus et tantus est. Ceterum quod videri communiter, quod comprehendi, quod aestimari potest, minus est et oculis quibus occupatur, et manibus quibus contaminatur, et sensibus quibus invenitur: quod vero inmensum est, soli sibi notum est. Hoc quod est deum aestimari facit, dum aestimari

alii fortasse rectius interpretantur: quos amat propter fidem et morum integritatem, iis se manifestat eorumque animos claritate sua superfundit. — *sensibilis aestimetur* ed. Gelen. *aestimetur adeo verus* edd. Gelen. Pam. In seqq. *est* delet Fuld. et pro *tantus* in Lugd. I. mendose extat *tutus*. Ideo autem *verus* est, ut recte interpretatur Heraldus, quia videtur, quia per gratiam repraesentatur et humanis sensibus aestimatur; *tantus*, quia nihilo minus invisibilis est, incomprehensibilis et inaestimabilis. — *communiter* (h. e. communi modo) abest Fuld. In seqq. Lugd. II. *illo* inserit ante *minus*. — *minus est oculis*. Dicit quae sensibus subiecta sint, ea et consectaneum esse minore esse potentia atque virtute quam illi quibus comprehendantur. Quod vero immensum est non minori sed sibi soli comprehensibile ac notum esse potest. Verbum *contaminare* pro contingere rarum est. Lexica tacent, sed tuetur Gloss. Vet. in Class. Auct. e Vatic. Bibl. ed. ab A. Maio tom. VI, p. 518.: „Contaminare, contingere." *Attaminare* eodem significatu usurpavit Ambros. de Inst. Virg. 16.: „Ne, quaeso, tetigeris, ne *attaminaveris* quae sunt istius saeculi, sed semper in psalmis, in hymnis et cantibus spiritualibus abducas te ab huius saeculi conversatione." Cf. Iul. Capitolin. Gordiano 26. — *dum aestimari non capit*. h. e. *διανοεῖσθαι ἑαυτὸν οὐκ ἐνδέχεται,* non capax est humanae aestimationis. Ita ad Nat. II, 3. „non *capit* utique videri deus." adv. Marc. III, 6. „Id enim intelligi vel non intelligi *capit* quod habendo substantiam praedicationis habebit et materiam vel agnitionis vel erroris." de Pudic. 1. „*capit* et indulgeri quasi modica." de Baptismo 1. „nec *capit* numerari quod non habetur." *hoc quod est. Dominum* (dnm̃) Put. *hoc est quod dominum* Lugd. II. *hoc est quod deum* Fuld. edd. Rig. Haverk. *hoc quod est. dum* Erl. *hoc quod est deum* Goth. Ampl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Heraldus: „Hoc ipsum deum aestimari facit id quod est h. e. hinc deprehendimus ac cognoscimus deum esse immensum, incomprehensibilem et infinitum, quia a nobis comprehendi atque aestimari non potest." Falsa haec, si quid iudico. Dicit Tertullianus: hoc quod est, i. e. substantia, mundus, deum aestimari facit cum tamen eius natura eius modi sit, ut se aestimari non patiatur. — *ita enim vis* edd. Rhen. Gangn. Barr.

non capit; ita eum vis magnitudinis et notum hominibus obiicit et ignotum. Et haec est summa delicti nolentium recognoscere quem ignorare non possunt. Vultis ex operibus ipsius tot ac talibus, quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur, vultis ex animae ipsius testimonio conprobemus? Quae licet carcere corporis pressa, licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidinibus et concupiscentiis evigorata, licet falsis deis exancillata, cum tamen resipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valitudine, et sanitatem suam patitur, deum nominat,

Gelen. — *hominibus obiicit* (Codd. pro more *obicit*) Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Agob. edd. Rig. Haverk. *hom. obiecit* Bong. Oxon. et cett. edd. Mox: *Et haec summa* omisso *est* ed. Gelen. quae et in seqq. verba *quibus sustinemur* delet. — *istius tot et talibus* Erl. Lugd. II. *et quibus exterremur* Erl. *etiam quibus exercemur* Ampl. Voc. *conprobemus* abest Fuld. — *pravis circumsepta* Erl. *et concupiscentiis* Put. Goth. Ampl. Erl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.) Pam. *ac concupiscentiis* edd. Herald. Rig. Haverk. Voc. *evigoratus*, h. e. vigore suo privatus, occurrit etiam de Pall. 4., ubi perperam corrigunt quidam *erigoratas* contra Codd. MSS. auctoritatem. — *exancillata.* Ancillari hic est servitia praestare. V. Apul. de Dogm. Plat. I, 13.: „cetera enim membra *ancillari* et subservire capiti.“ Cf. Non. p. 71. Merc. et me ad Arnob. VII, 13. De *ex* praepositionis vi intensiva non est quod speciatim moneam. — *valitudine.* Ita, non *valetudine* ut vulgo legitur, in optt. Copd. MSS. scriptum esse solet. Particula *et* ante *sanitatem* abest Fuld. — *sanitatem suam patitur* h. e. sanitate afficitur. *Pati* enim verbum et de re bona usurpatur, ut testantur satis loci duo apud Plautum Asin. II, 2, 58. Poen. III, 3, 82. Sic Graeci *πάσχειν*. *patitur* habent Codd. MSS. mei omnes et Pamelii Lugd. I. Fuld., et edd. omnes praeter Rig. in qua *potitur* extat ex emend. Latinii. *pascitur* deprehenditur in Agob. Lugd. II. — *et deum nominat* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. — *hoc solo quia proprie verus* (*quia verus* Put.) *hic unus deus. bonus et magnus.* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. (et Agob. qui tamen *versus. Hic unus deus bonus et verus* habet) edd. Gelen. Pam. Herald. *hoc solo nomine quia proprio dei veri. deus magnus*, *deus bonus et quod* Fuld. edd. Rig. Haverk. *nominat solum quia proprie verus hic unus deus*, *bonus et magnus*, edd. Rhen. Gangn. Barr. *hoc solo* h. e. propter hoc solum; nisi fortasse *nomine* vocabulum tacite auditur ex praecedenti *nominat.* Herald. censuit interpungen

hoc solo, quia proprie verus hic unus. „Deus Bonus Et Magnus“ et „Quod Deus Dederit“ omnium vox est; iudicem quoque contestatur illum „Deus Videt“ et „Deo Commendo“ et „Deus Mihi Reddet.“ O testimonium animae naturaliter Christianae! Denique pronuntians haec non ad Capitolium, sed ad caelum respicit. Novit enim sedem dei vivi ab illo et inde descendit.

18. Sed quo plenius et inpressius tam ipsum quam dispositiones eius et voluntates adiremus, adiecit instrumentum litteraturae, si qui velit de deo inquirere, et inquisito invenire, et invento credere, et credito deservire. Viros enim iustitiae innocentia dignos deum nosse et ostendere a primordio in saeculum emisit spiritu divino inundatos, quo praedica-

dum: *nominat, hoc solo quia proprie verus hic unus. Deus bonus et magnus et quod* seqq. Recte. Cf. Min. Fel. Octav. 18. fin. — *iudices quoque cum testatur* ed. Rhen. *iudex quoque contestatur* Goth. vitiose. In seqq. post *dei vivi* in edd. interpunctum est. Sustuli signum. —

18. — *Sed quod plenius* Agob. Lugd. II. quod vitium et in edd. aliquot transiisse video. In seqq. particula *quam* post ipsum prave omissa est in ed. Semleri et Tauchn. et pro *adiremus* Erl. habet *adiret* et Lugd. I. *adoremus.* De voc. *impressius* cf. adv. Marc. III, 8. „mors Christi negatur, quam tam *impresse* Apostolus demandat.“ de Exhort. Cast. 3. „alte et *impresse* recogitandam esse dico.“ Adde de carne Chr. 12. de Pall. 4. „graviter Senatui *impressit.*“ Cf. supra cap. 5. fin. — *adiecit instrumentum* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. Oxon. In edd. omnibus *instrumentum adiecit* legitur. *Instrumentum litteraturae* dixit apparatum litterarum sacrarum, ut supra cap. 17. init. „*instrumentum* elementorum.“ Cf. cap. 19. init. — *si qui velit* Put. Goth. Oxon. Ampl. Fuld. MSS. Pamelii. edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *si quis velit* Erl. *si quid velit* Agob. Lugd. II. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pro *et inquisito* Cod. Erl. et edd. Gelen. Pamel. tenent *et inquisitum.* — *deservire. Et viros enim* edd. Rhen. Gangn. Barr. In Fuld. reliquisque MSS. Codd. omnibus et edd. ceteris abest recte illud *et.* — *iustitiae innocentia* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. I. *iustitiae et innocentia* Lugd. II. *iustitia, innocentia* ed. Rhen. *iustitia ac innoc.* edd. Gangn. Barr. In cett. edd. *iustitia et innocentia.* Voc. *divino* in seqq. abest ed. Gelen. et pro *inundatos* Ampl. et edd. Rhen. Gangn. Barr. habent *mundatos.* Et Cod. Goth. vocabulum ita habet scriptum, ut et *mundatos* et *inundatos* pari iuri legi possit. Cett. Codd. MSS. (etiam Fuld. et Put.)

rent deum unicum esse, qui universa condiderit, qui hominem de humo struxerit (hic enim est verus Prometheus), qui saeculum certis temporum dispositionibus et exitibus ordinavit exinde quae signa maiestatis suae iudicantis ediderit per imbres, per ignes, quas demerendo sibi disciplinas determinaverit, quae ignoratis et desertis et observatis his praemia destinarit, ut qui producto aevo isto iudicaturus sit suos cultores

et edd. omnes *inundatos* praebent. — *Hic enim verus* omisso *est* ed. Gelen. cf. adv. Marc. I, 1. Pro *struxerit* Goth. edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. habent *instruxerit.* Illud tuentur cett. edd. et Codd. Put. Fuld. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. uterque. — *ordinavit exinde quae* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Oxon. Fuld. Agob. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. in quibus omnibus tamen post *ordinavit* interpunctum est, et in Pamel. verba *hic enim est verus Prometheus* — — — *ordinavit* uncinis inclusa sunt. Perperam utrumque. Sola enim: *hic enim est v. Prometheus* ad praecedentia retrahenda. Verba *qui saeculum ordinavit* idem valent ac si scriptum esset *saeculi ordinator*, et ita bene cum sequentibus construuntur. *ordinaverit; exinde qui* ediderunt Rig. et Haverk., loci rationem parum intelligentes, ex coniectura Ursini. — *maiestatis suae indicantis* ed. Rhen. *maiestatis suae indicantis* Oxon. *maiestati suae vindicandae* edd. Gangn. Barr. et coni. Urs. In Fuld. legitur *maiestatis suae ediderit*, *iudicando ediderit.* Erl. habet *maiestatis suae iudicandis.* Significatur diluvium et Sodomae atque Gomorrhae exustio. — *quas demerendo* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. *quae demerendo* (et in sequ. *disciplina*) Lugd. II. vitiose. *qui demerendo* edd. Rig. Haverk. Legis et Evangeliorum disciplinas significat, quibus coli voluerit et quibus sese propitium praebuerit. — *quae ignoratis et deseritis sed observantibus his* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. edd. Rhen. Herald. *quae ignoratis et desertis et observandis his* edd. Gangn. Barr. *quae ignoratis et deseritis et observatis his* Fuld. *quae ignoratis et deseritis. Sed et observantibus* (ed. 1566. vitiose: *observationibus*) *his* ed. Gelen. *quae ignoratis aut deseritis. Sed et observantibus praemia* (omisso voc. *his.*) ed. Pamel. *quas ignoratis aut deseritis*, *sed observantibus praemia* edd. Rig. Haverk. Restitui locum ope Codd. MSS. optt. et ed. Gangn. scribendo *quae ignoratis et desertis et observatis his.* Sunt ablativi quos dicunt absoluti. — *destinarit*, *ut qui producto aevo* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. edd. Gelen. Pamel. Herald. *destinarit et qui producto aevo* edd. Rhen. Gangn. Barr. *destinarit ut qui peracto aevo* Fuld. *destinarit qui producto*

in vitae aeternae retributionem, profanos in ignem aeque perpetem et iugem, suscitatis omnibus ab initio defunctis et reformatis et recensitis ad utriusque meriti dispunctionem. Haec et nos risimus aliquando. De vestris sumus; fiunt, non nascuntur Christiani. Quos diximus praedicatores, prophetae de officio praefandi vocantur. Voces eorum itemque virtutes, quas ad fidem divinitatis edebant, in thesauris litterarum manent, nec istae latent. Ptolemaeorum eruditissimus, quem Philadelphum supernominant, et omnis litteraturae sagacissimus cum studio bibliothecarum Pisistratum, opinor, aemularetur,

aevo ed. Rig. *dest. ut qui prodacto aevo* ed. Haverk. ex emend. Heraldi, qui ad eam stabiliendam citat praeter aliorum scriptorum locos Tertulliani de Anima 48. „*prodacto* sopore.," de Paenit. 10. „saluti *prodactae.*," de Pudic. 8. „*prodacta* substantia." Adde adv. Marc. V, 6. „*productis* saeculis." In omnibus his exemplis *prodigere* est consummare et peragere. Acquievi Codd. MSS. auctoritati et retinui *producto*, quod est: porro ducto ad consummationem usque illius sive perducto. In seqq. pro *retributionem* Fuld. et inde ed. Haverk. habent *restitutionem.* prob. Rig., Vatic. unus: *dispositionem.* — *et iugem* verba desiderantur in Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Barr.; Cod. Fuld. ceterique libri tam manu quam typis exarati retinent. — *et recensis* Fuld. *et recensetis* Put. Goth. Ampl. Si supra libri mss. pro *desertis* exhibebant *deseritis. depunctionem et nos* Erl. — *de vestris sumus* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. quod multo fortius et Tertullianeo sermoni accomodatius est quam *de vestris fuimus* quod edd. praebent omnes. Post verba *non nascuntur Christiani* in Codd. MSS. incipit Caput XVII. in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptum: DE PROPHETIS. Cf. de Anima 1. — *de officio praefandi* Put. Fuld. Gorz. Bavon. Elnon. Erl. Lugdd. edd. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *de officio prophetandi* Goth. Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gelen. Mox: *quas ad finem div.* edd. Rhen. Gelen. Herald. — *nec istae latent* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugd. II. Agob. edd. Rhen. Gangn. Barr. *nec istae nunc latent* edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *Ptolomaeorum*, *Ptolomaeum* etc. scribitur fere in Put. Goth. Ampl. Erl. — *Ptolomaeum eruditissimum quem* Erl. In Cod. Fuld. hic locus ita legitur: *Ptolemaeus quem Philadelphum supernominant*, *rexit omni* (leg. *rex et omnis*) *litt.* Pro *sagacissimus* Erl. habet *sapientissimus.* — *Pisistratarum opinor* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. *Pisistratum ut opinor* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pam. *Pisistratum opinor* Erl. Oxon. cett.

inter cetera memoriarum, quibus aut vetustas aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu Demetri Phalerei grammaticorum tunc probatissimi, cui praefecturam mandaverat, libros a Iudaeis quoque postulavit, proprias atque vernaculas litteras, quas soli habebant. Ex ipsis enim et ad ipsos semper prophetae peroraverant, scilicet ad domesticam dei gentem ex patrum gratia. Hebraei retro qui nunc Iudaei. Igitur et litterae Hebraeae et eloquium. Sed ne notitia vacaret, hoc quoque a Iudaeis Ptolemaeo subscriptum est septuaginta et

edd. Pisistratus primus omnium in Graecia Athenis publicam bibliothecam instituit. Gell. N. A. VI, 17. Athen. Deipnos. I, p. 3. Isidor. Origg. VI, 3, 3. Cf. Cic. de Orat. III, 34. Perizon. ad Aeliani V. H. XIII, 14. Hanc postea auctam ferunt a Xerxe in Persas asportatam, sed a Seleuco Nicatore restitutam. In seqq. pro *aemularetur* Agob. et Lugd. II. praebent *aemulatur.* — *ad famam patrocinabatur* h. e. famam procuravit, famam dedit. *Memoriae* sunt annales, qua significatione non ita rarum est hoc vocabulum. Sic adv. Iudaeos I. „scripturarum sacrarum *memorias.*“ cf. cap. sequ. — *ex suggestu* h. e. suggestione, hortatu. Utitur ea significatione hoc vocabulo Ulpian. Dig. XXVII, 8, 1. med.: „si ex *suggestu* eorum praeses dederit.“ Tertull. adv. Marc. III, 3. — *Demetrii* (*Demetri* Put.) *Phalerii* Put. Erl. *Dem. falerii* Goth. Ampl. Oxon. Cf. cap. sequ., ubi eadem scriptura in eisdem libris obtinet. In edd. extat vulgo *Demetrii Phalerei.* In seqq. voc. *tunc* delet Fuld. et ed. Rig. De Demetrio Phalereo v. Bonamy in Mem. de l'Acad. des Inscr. tom. VIII, p. 157 seqq. H. Dohrn De Vita et Rebus Demetrii Phal. (Kil. 1825. 4. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 17. Menag. ad Diog. Laert. V, 78 seqq. Praeterea quod ad hunc Tertulliani locum adtinet v. inprimis Ritschl Bibl. Alexandr. p. 15. Parthey: Das Alexandr. Museum p. 35 sqq. p. 68 sqq. Valcken. Diatr. de Aristobulo Iudaeo §. XVIII. — *cui praefecturam mandaverat* sc. bibliothecae. Ioseph. Antiqu. Iud. XII, 2. — *proprias atque vernaculas* Put. Goth. Ampl. Erl. Fuld. Oxon. Agob. Lugdd. edd. Rig. Haverk. *proprias scilicet atque vern.* cett. edd. omnes. In praecedentibus transponit Ampl.: *libros quoque a Iudaeis*, et in Oxon. voc. *quoque* prorsus abest. Post verba *qui nunc Iudaei* in Codd. MSS. incipit Caput XVIII., quod in Put. Goth. Ampl. inscriptum est: DE SCRIPTVRIS DOMINICIS., in Oxon.: DE SCRIPTVRIS DIVINIS. *retro* h. e. antea; cf. supra capp. 1. et 2. — *a Iudaeis Ptolemaeo* (*Ptholomaeo* Put. *Ptolomaeo* Goth. Ampl.) Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd.

duobus interpretibus indultis, quos Menedemus quoque philosophus, providentiae vindex, de sententiae communione suspexit. Adfirmavit haec vobis etiam Aristaeus. Ita in Graecum stylum exaperto monumenta reliquit. Hodie apud Serapeum Pto-

Oxon. In edd. *Ptolemaeo a Iudaeis* habetur. Pro *subscriptum est* Fuld. *rescriptum est* praebet; *subscriptum est* h. e. concessum est; cf. de Virg. Vel. 10. de Idol. 13. de Anima 40. Apol. 6. *hoc — subscriptum est* autem valet idem ac si scriptum extaret: *haec* (sc. notitia) — — *subscripta est.* V. de eo usu pronominis neutrius praegresso masculino aut feminino ad quod referatur, quae suppeditant Buenem. ad Lactant. V, 18. p. 665. Hildebr. ad Apul. tom. II, p. 30. Eckstein. ad Voss. Aristarch. tom. III, p. 1029. Mox *septuaginta duobus* omisso *et* ed. Pamel. — *providentiae vindex* Put. Gorz. Erl. et omnes edd. praeter Rhen. in qua extat: *provinciae Iudaeae. pro provinciae iudex* Vatic. unus. *provinciae iudex* Goth. Oxon. *providentiae iudex* Ampl. In praegressis aberat voc. *philosophus* in Goth. Ampl. Oxon. — *de sententiae communione suscepit* Agob. *de sententia suspexit* Lugd. I. omisso voc. *communione.* Quod dicit de sententiae communione, id non respicit ad convenientiam LXXII. interpretum in opere interpretando, sed ad convenientiam illorum cum ipso in vindicanda et asserenda providentia dei, quam in convivio Menedemus prae ceteris affirmavit, teste Iosepho Antiqu. Iud. XII, 3. De Menedemo cf. etiam Menag. ad Diog. Laert. III, 144. (133.). H. Hody De Bibl. Text. Orig. (Oxon. 1705. fol.) cap. 8. *suspexit* h. e. veritus est, admiratus est, in honore habuit. Sueton. Claud. 38. Vell. Paterc. II, 146. Cf. praeterea quos in indice suppeditabo Tertulliani locos. — *Aristaeas* Goth. Ampl. Oxon. edd. Gelen. Gangn. Barr. Pamel. Herald. Haverk. *Aristaeus* Put. Fuld. Erl. Lugd. II. ed. Rig. Ita appellatur apud Iustinum, Epiphanium, Iosephum, Eusebium. Pro *vobis* Oxon. habet *nobis* De Aristaea v. Humfr. Hody l. l. Van Dale Diss. super Aristea (Amstelod. 1705. 4,) Fabric. Bibl. Gr. III, p. 666 sqq. Gallandi Bibl. Patr. tom. II, p. 771 sqq. Praeterea vide de tota narratione Cellarium Dissertt. Acadd. (Lips. 1715.) Diss. XIII. de LXX. Intt. et Ioh. Wichelhaus, Montanum, in Dissert. de Ieremiae Versionis Gr. Alex. Indole atque Auctoritate. Part I. (Halis 1846. 8.) p. 19 seqq. — *ex aperto monumenta* (vel *monimenta*, ut est in Erl. Fuld. et aliquot edd.) Codd. MSS. omnes et libri editi, praeter unum Fuld. in quo extat *ex aperta* (Iun. coni. *exaperta*) *monimenta*, praeterque edd. Rhen. Gangn. Barr., quae *ex aperto monimento* habent, et ed. Haverk., qui *exaperto* uno verbo recte qui-

lemaei bibliothecae cum ipsis Hebraicis litteris exhibentur. Sed et Iudaei palam lectitant; vectigalis libertas vulgo aditur sabbatis omnibus. Qui audierit, inveniet deum: qui etiam studuerit intellegere, cogetur et credere.

19. Primam instrumentis istis auctoritatem summa antiquitas vindicat. Apud vos quoque religionis est instar, fidem

dem scripsit, vix tamen intellexit quid hoc sibi velit. Citat enim Iunii interpretationem, qui sibi persuadere potuit *exaperto* esse hic idem quod *aperte*. Immo *exaperto* est ablativus qui dicitur absolutus participii verbi *exaperire* quod occurrit apud Augustinum et alios, ablativus eius generis absolute positorum, ut *cognito*, *perspecto*, quae vel apud optimae aetatis scriptores deprehenduntur. V. Oudendorp. ad Apul. de Magia 33. p. 472. Corte et Wasse ad Sallust. hist. V, 1. Intt. ad Virg. Aen. I, 737. Heins. ad Vellei. Paterc. I, 7, 1. Dederich Glossar. ad Dict. Cret. VI, 3. p. 372. Dicit igitur Tertullianus: Ptolemaeus postquam illa monumenta in Graecum stylum exaperta h. e. conversa erant, ita posteritati ea reliquit. — *Serapium* unus Oxon. De re cf. ad h. l. Scalig. ad Euseb. p. 134. Cod. Lugd. II. delet verba *cum ipsis* sed m. rec. Voc. *litteris* praeterea disideratur in Erl. Fuld. Agob. Lugd. I., tuentur tamen Put. Goth. Ampl. et praeterea quodammodo Oxon. qui *libris* et Lugd. II. qui *lectis* exhibet pro illo *litteris*. — *vulgo additur* Goth. Ampl. Oxon. Erl. *vulgo inditur* invenit Lipsius in Cod. MS. quodam, teste Lacerda. In edd. Gangn. Barr. Rig. Haverk. post *libertas* interpunctio comparet, qua vix opus est; bene enim possumus dicere *libertatem vectigalis* (h. e. libertatem vectigali redemptam) *adire* pro libertate vectigalis uti. De vectigali Iudaeis imposito, si libere vellent synagogas frequentare suas et cultum exercere cf. Casaub. ad Sueton. Domit. 12. Intt. ad Iuvenal. Sat. III, 13. — *qui audierit*. Ita omnes Codd. MSS. et editi libri praeter unam Rig. in qua extat *qui adierit*. —

19. — *Primam igitur instrumentis* Fuld. et ed. Haverk. De voc. *instrumentum* dixi supra initio cap 18. Loquitur de libris sacris. Voc. *istis* abest ed. Gelen. in qua etiam legitur *vendicat* pro *vindicat*. — *fidem de tempore adserere*. Fuld. qui post ea verba segmentum notum illud inserit quod in reliquis Codd. MSS. omnibus (quippe qui secunda Apologetici recensione innituntur) rectius abest. Dederunt hoc segmentum Haverkampius et Ritterus ad calcem suarum editionum, sed primis eius verbis usque ad *Primus enim* per neglegentiam prave omissis. Iam ipsum hic sequitur ut extat in Collatione Modiana totum et integrum: „Auctoritatem litteris praestat antiquitas summa. Primus enim prophetes

Moyses, qui mundi conditionem et generis humani pullulationem (Cod.: *pullatione* vitiose) et mox ultricem iniquitatis illius aevi vim cataclysmi de praeterito exorsus est, per vaticinationem (Est enim veri vatis nosse et praesentia et futura et praeterita. Cf. Homer. Il. 1, 80. Ovid. Met. I, 17. Virg. Georg. IV, 392. Suidas s. v. *Τρίπους.*) usque ad suam aetatem et deinceps per res suas (h. e. per res suae aetatis. Non opus est emendatione Haverkampii *deinceps verissimas fut.*) futurorum imagines edidit, penes quem et temporum ordo digestus ab initio supputationem saeculi praestitit. Superior invenitur annis circiter trecentis quam ille antiquissimus penes vos (Cod. *nos.* Ed. Ritteri *quos* mendose. Pro *transvenisset* Haverk. coni. *transvenit et*) Danaus in Argo transvenisset; Troiano denique (h. e. atque adeo. De hac particulae *denique* vi v. Hand Tursell. II, p. 268 sqq.) proelio ad mille annos ante est, unde et ipso Saturno. Secundum enim historiam Thalli, (V. supra ad cap. 10.) qua relatum est bellum Assyriorum et Saturnum Titanorum ***regem*** (Cod. *reges*) cum Iove dimicasse, ostenditur bellum CCCXX et duobus annis Iliacum exitum (Ita Cod., non *exitium*, ut edd. habent. Cf. ad Scap. 3. de Resurr. Carnis capp. 20 et 22.) antecessisse. Per hunc Moysen etiam illa lex propria Iudaeis a deo missa est. Deinceps multa (sc. cecinerunt. Haverk. coni. *multi*) et alii prophetae vetustiores litteris vestris. Nam et qui ultimo cecinit, aut aliquantulo praecucurrit aut certe concurrit aetate sapientiae auctoribus, etiam latoribus legis. Cyri enim et Darii regno fuit Zacharias, quo in (De temporali usu praeposit. *in* v. Kritz ad Sallust. Catil. 5, 48.) tempore Thales, physicorum princeps, sciscitanti ***Croeso*** (Cod. *Cyro*) nihil certum de divinitate respondit (Plutarch. de Conviv. Sept. Sap. II, p. 153. C. Diog. Laert. I, 9, 36. cf. Apolog. cap. 46. infra.), turbatus scilicet vocibus prophetarum. Solon eidem regi finem longae vitae intuendum praedicavit non aliter quam prophetae (Psalm. 39, 5. De Solonis praedicatione v. Plutarch. Sol. 27. Herod. I, 32. Lucian. Contempl. I, p. 349. ed. Voss. De significatu particulae *adeo* apud Tertull. dixi ad cap. 4. init.); adeo respici potest, tam iura vestra quam studia de lege deque divina doctrina concepisse. Quod prius est, hoc sit semen necesse est. Inde quaedam nobiscum vel prope nos habetis. De sophia amor eius philosophia vocitatus est, de prophetia affectatio eius poeticam vaticinationem deputavit (h. e. abscidit, decerpsit, ut surculum de arbore). Gloriae homines (cf. infra Apol. cap. 47. Cic. pro Arch. 26.) si quid invenerant, ut proprium facerent, adulteraverunt; etiam fructibus a semine degenerare contigit. Multis adhuc de vetustate modis consisterem (h. e. disserenda commorarer;

de temporibus adserere. Omnes itaque substantias omnesque materias, origines, ordines, venas veterani cuiusque stili vestri, gentes etiam plerasque et urbes insignes historiarum et canas memoriarum, ipsas denique effigies litterarum, indices

cf. supra Apol. cap. 4.) divinarum litterarum, si non maior auctoritas illis ad fidem de veritatis suae viribus quam de aetatis annalibus suppetisset. Quid enim potentius patrocinabitur testimonio earum, nisi dispunctio cotidiana saeculi totius, cum *dispositiones* (Ita emend. Leopold. in ed. Tauchn. Cod. et. edd. Haverk. et Ritteri habent *dispositione*) regnorum, cum casus urbium, cum exitus gentium, cum status temporum ita omnibus respondent, quemadmodum ante millia annorum praenuntiabantur? Unde et spes nostra, quam ridetis, animatur, et fiducia, quam praesumptionem vocatis, corroboratur. Idonea est enim recognitio praeteritorum ad disponendam fiduciam futurorum: eadem voces praedicaverunt utramque partem, eadem litterae notaverunt. Unum est tempus apud illas quod apud nos separari videtur. Ita omnia quae supersunt improbata, *probata* (*probata* abest in Cod. et Edd. sed addidi ex verissima emend. Leopoldi. Iun. coni. *supersunt*, *iam probata sunt nobis*. Haverk. voluit scribere: *supersunt*, *in probato sunt nobis*) sunt nobis, quia cum illis quae probata sunt tunc futuris praedicabantur. Habetis, quod sciam, et *vos* (Sic ed. Leop. Cod. et edd. Haverk. et Ritteri habent *nos*, vitiose) Sibyllam, quatenus (Cod. *quatinus*) appellatio ista *verae vatis* (Cod.: *appellatio ista vera vates* quod emendavi ex Haverk. verissima coniectura. Ed. Tauchn. habet *appellatione ista vera vates*, mendose, uti videtur. In seqq. Haverk. pro *ceteros* coni. *ceteras*, qua emendatione non opus erat.) dei veri passim super ceteros qui vaticinari videbantur usurpata est: *sunt* (Cod. *sicut*, quod emendavi. Haverkamp. coni. *sciunt*; male.) vestrae Sibyllae nomen de veritate mentitae, quemadmodum et (*ut* ed. Ritteri, vitiose. In seqq God. *nostri* habet pro *vestri*, aperto vitio.) dei *vestri*." *substantiae omnesque materiae* Fuld. *stili nostri* Fuld. ed. Rhen. (sed in mg. ab Rhenano emend. *vestri*. Voc. *venas* (h. e. fontes) abest in ed. Gelen. et Erl. pro *veterani* habet *veterum*. — *historiarum et canas memoriarum* Put. Bong. Goth. Ampl. Lugdd. Erl. *historiarum arcana et memoriarum* Fuld. *insignes*, *canas memoriarum* omisso voc. *historiarum* ed. Rig. *hist. canas et memoriarum* ed. Haverk. *hist. causas et memoriarum* edd. Rhen. Gelen. Pamel. Herald. *historias et causas memoriarum* edd. Gangn. Barr. Erat cum *arcana* cum Fuld. vel *cunas* pro *canas* legendum putarem, sed bene hoc stat,

custodesque rerum et, puto adhuc minus dicimus, ipsos inquam deos vestros, ipsa templa et oracula et sacra unius interim prophetae scrinium saeculis vincit, in quo videtur thesaurus collocatus totius Iudaici sacramenti et inde iam et nostri. Sic quem audistis interim Moysen, Argivo Inacho pariter aetate est; quadringentis paene annis nam et septem minus

modo ad *urbes* retuleris. *Canus* pro *antiquus* saepissime ponitur, inprimis apud poetas. *Memoriae* sunt annales, ut supra cap. 18. „inter cetera *memoriarum*." cf. cap. 9. „ut ita sparsum genus per commercia humana concurrat in *memorias* suas." Min. Fel. Octav. 16.: vel si qui alii artium repertores in *memorias* exierunt." — *scrinium* h. e. libri. Cf. Horat. Sat. I, 120. Pers. Sat. I, 106. Pro *unius* in praegressis Agob. habebat *intus*, mendose. — *et inde iam nostri si quem audistis.* XVIIII. DE MOYSE PROPHETA. *Interim Moysen* Put. cui non adstipulantur Goth. Ampl. Oxon. nec novum caput hic incipiunt. Erl. habet *et inde iam nostri si quem audistis. Interim Moyses.* Fuld. Goth. Ampl. Agob. et Lugd. I. praebent *et inde iam et nostri. si quem audistis interim Moysen*, et ita etiam Lugd. II. nisi quod in eo *et inde et iam* extat. *et inde etiam nostri. Siquidem aud. int. Moysen* (vel *Moysem* ut in nonnullis est) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *et inde etiam nostri. Si quem aud. int. Moysem* edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. — Legendum est aut: *et inde iam* (vel *iam et*) *nostri*, *si quem audistis. Interim Moyses* etc. auctoritate Erl. et Put., aut: *et inde iam et* (vel *iam*) *nostri. Si quem audistis interim Moysen*, *Argivo* etc., quod reliqui Codd. MSS. tuentur. — *Inacho pariter aetate est* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Agob. Lugdd. Fuld. (in quo distinguitur *aetate est quadr. pene annis*: *Nam* sqq.) edd. Herald. Rig. Haverk. *Moysen Arg. Inacho parem aetate octingentis pene annis ante Urbem Cond. Centum* (*conditam. nam et centum* ed. Gelen.) *septuaginta Danaum ipsum apud vos vetustissimum praevenit.* ed. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *Moysen Arg. Inacho par est aetate: quadringentis paene annis: nam et septem minus, D. et ipsum ap. v. v. praevenit* ed. Pamel. In edd. Herald. Rig. post *minus* punctum conspicitur, in ed. Haverk. aliisque minus signum comparet. Male. Structura haec est: Nam quadringentis paene annis et septem minus (= 393 annis) Danaum — — praevenit. Particula *et* post *paene annis nam* abest in Fuld. De structura adverbii *pariter* cum verbo *esse* v. Intt. ad Sallust. Catil. 58, 9. Iug. 87, 4. ad verba „Romanos remoto metu *laxius licentiusque* futuros." Cf. Apul. de Deo Socr. 12.: „qui potest *perfectius fuisse* qui" sqq. Moysen Inacho aetate parem faciunt

Danaum, et ipsum apud vos vetustissimum, praevenit, mille circiter cladem Priami antecedit, possem etiam dicere quingentis amplius et Homerum, habens quos sequar. Ceteri quoque prophetae etsi Moysi postumant, extremissimi tamen eorum non retrosiores reprehenduntur primoribus vestris sapientibus et legiferis et historicis? Haec quibus ordinibus

praeter Tertullianum etiam Iosephus, Porphyrius, Africanus, Tatianus, Clemens Alexandrinus, alii. Cf. Euseb. Praep. Evang. X, 3. et Segmentum Cod. Fuld. quod supra in notis proposuimus. Verba *et ipsum* post *Danaum* absunt Erl. *mille circiter cladem Priami a.* Ita Codd. MSS. omnes et editi libri praeter edd. Rhen. Gangn. Barr. quae praebent: *trecentos circiter annos cladem Priami a.* Tertulliano adstipulatur satis etiam Lactant. IV, 5. dicens Moysen annis nongentis Troiano excidio superiorem fuisse, et ante eum Theophil. ad Autolyc. III, p. 131. C. ed. Paris. Cf. etiam Segmentum Cod. Fuld. — *possum dicere etiam quingentis* Fuld. Voc. *amplius* post *quingentis* abest in ed. Rhen. De re cf. Euseb. Praep. Evang. X, 3. Tatian. Or. ad Gr. 49. — *extremissimi.* Cf. de Cultu Fem. II, 1.: „postremissimae," qui superlativus occurrit etiam apud Gell. XV, 12. et ap. Apul. de Magia 98., Arnob. V, 7. 14.: „minimissimus.," Seneca Ep. 81.: „pessimissimus." Sext. Empir. adv. Mathem. IX, p. 627. Fabric.: „ἐλαχιστότατος." Vossii Aristarch. II, p. 687. ed. Eckst. — *retrosiores reprehenduntur* (h. e. quasi ad maiorem aetatem retro vocantur) Put. Bong. Goth. Ampl. Lugd. II. Sic etiam supra cap. 12. init. ex optt. Codd. MSS. reposuimus verbum *reprehendere* pro eo quod vulgo in edd. extat *reprehendere.* Cf. infra ad Natt. II, 4. Hoc quidem in loco *retrosiores deprehenduntur* etiam in omnibus editis extat, firmatum solum auctoritate Fuld. (?) et Erl. qui pro more suo *deprenduntur* exhibet. Negatio *non* ante *retrosiores* omissa in sola ed. Gelen. invitis omnibus libris. Sanavi locum interrogationis signo posito in fine sententiae, id quod editores adhuc neglexerunt. Pro *retrosiores*, quod tenent libri manu exarati, Meurs. in Crit. Arnob. p. 228. corrigendum censebat *retrorsiores.* Constat tamen promiscue dictum fuisse *rursum* et *rusum*, *sursum* et *susum, prorsum* et *prosum*, unde et *retrosus* et *retrosum* et comparativo *retrosior.* Est autem *retrosior* idem quod vetustior, antiquior. In seqq. pro *vestris* Lugd. II. habet *suis*, et *et* particula ante *legiferis* abest in edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld. cum cett. Codd. habet) Pro *legiferis* Goth. Ampl. Oxon. praebent *elegiferis.* De verbo *postumare* (Goth. Ampl.: *posthumant* habent) denique cf. de Resurr. Carnis 45., ubi eodem sensu a Tertulliano positum est.

probari possint non tam difficile est nobis exponere quam enorme, nec arduum sed interim longum. Multis instrumentis cum digitorum supputariis gesticulis adsidendum est, reseranda antiquissimarum etiam gentium archiva, Aegyptiorum, Chaldaeorum, Phoenicum, advocandi municipes eorum per quos notitia subministrata est, aliqui Manethon Aegyptius et Berosus Chaldaeus, sed et ***Hieromus*** Phoenix Tyri rex; secta-

Post verba *et legiferis et historicis?* in libris mss. incipit novum caput, vigesimum scilicet in Put., in cett. decimum nonum. Inscribitur autem hoc in Put. Goth. Ampl. Oxon.: DE STATV TEMPORVM., plenius pro more in altero Vaticano: QVOD ANTIQVITAS SCRIPTVRARVM POSSIT EX MOSIS AETATE ET SVPPVTATIONE TEMPORVM FACILE PROBARI. — *quibus ordinibus* sc. argumentorum et testium. Pro *possint* Lugd. I. praebet *possent*, et pro *nec arduum sed* in edd. Rhen. Gangn. Barr. est *et arduum. Sed.* Post *longum* Fuld. addit *dinumerare.* Post *enorme* in Ampl. in textu insertum legitur *id est extra regulam propositi nostri*, quae glossa in Goth. in marg. reperitur. — *subputatoriis gesticulis asserendum est* Fuld., et Ampl. pro *adsidendum* habet *assistendum.* Voc. *instrumentum* (h. e. librorum apparatus) iam supra eodem sensu saepius habuimus. Quod de *supputariis gesticulis*, res satis nota est veteres plicatis aut subductis digitis numerasse. V. in universum quae profert Hildebr. ad Apul. de Magia 89. tom. II, p. 613. — *reservanda antiquissimarum* (Erl. *antiquissimorum*, mendose) Put. Goth. (sed in hoc ab eadem manu antiqua superscriptum est *reseranda*) Ampl. Erl. Lugd. II. Veram tuentur scripturam Fuld. et Oxon. — *gentium arcana* Vatic. unus. — *advocandi municipes eorum per quos* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. edd. Rig. Haverk. *advocandi etiam municipes per quos* edd. Gelen. Pamel., ex cuius tamen adnotatione apparet eum edere voluisse *adv. eorum munic. per quos*, ut est in Bong. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. In Fuld. verba *municipes eorum* prorsus desiderantur. Municipes sunt cives vel, ut interpretatur Paulus Dig. L, 16, 228., qui eiusdem municipii vel universim qui eiusdem patriae sunt. — *aliqui Manethon* (*Manethos* Fuld.) Fuld. et edd. omnes. Recte. De pronomine *aliquis* nominibus propriis ita addito cf. supra cap. 12. *alioquin Man.* Put. Bong. Goth. Ampl. Gorz. Erl. Lugd. II. Nominis forma *Manethos*, quam unus tuetur Fuld., non spernenda est. Dicebatur enim in Graeco sermone tam *Μανέθως* quam *Μανέθων.* In seqq. Fuld. corrupte praebet: *Aegyptius et Hebraeus et Chaldaeus et Proemis Phoenix Tyriorum rex.* Pro *Hieromus* (vel *Iromus*) *Phoe-*

tores quoque eorum Mendesius Ptolemaeus et Menander Ephesius et Demetrius Phalerius et rex Iuba et Appion et Thallus et, si quis istos aut probat aut revincit, Iudaeus Iosephus

nix Tyri rex Put. Bong. habent *Hieronimus foenix tyrii rex*, Goth.: *Ieronimus foenii tyrii rex* (in mg. ab eadem manu adscriptum est *fenix rex*), Ampl.: *Ieronimus foenii et fenix tyrii rex* Oxon.: *Hieronymus phoenil cyrii rex*, Erl.: *ieronimus fenix tyrum rex*, Lugd. II.: *Ieronymus foenix tyri rex*. Edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. etiam habent *Hieronymus Phoenix Tyri rex*, sed Rigaltius et Haverkampius in suas receperunt emendationem Ios. Scaligeri *Iromus Phoenix T. r.* prolatam ab eo in Prolegg. libro de Emend. Temp. p. 38. et in Fragmm. eidem operi annexis p. 26. Scripsi autem *Hieromus* non *Hiromus* vel *Iromus* religiosius secutus scripturae Tertullianeae auctoritatem. Item etiam apud Theophil. ad Autolyc. III, p. 131. constanter scribitur *Ἱέρωμος*; apud alios passim *Εἴραμος*, passim *Χείραμος*. De scriptis Hieromi v. Theophilus l. l. Clemens Alex. Strom. III, p. 325. Cf. du Fresne ad Chronicon Alexandr. p. 91. De Ptolemaeo Mendesio et Menandro Ephesio cf. Euseb. Praep. Evang. X, 3. Clem. Alex. Strom. I, p. 140. et III, p. 320. Theophil. ad Autolyc. III, p. 132. ed. Paris. Tatian. ad Graec. 58 et 59. (ubi v. Worthii adn.) Ioseph. c. Apion. I, p. 1042. Meziriac ad Ovid. Heroid. II, p. 147 sqq. Ebert Diss. Sicul. p. 145 sqq. Voss. de Hist. Gr. p. 467. ed. Westerm. Dodwell Diss. de Peripl. Hann. p. 28. — De Iuba scriptore, cuius mentio fit apud Athenaeum, Plutarchum, Stephanum Byz., Suidam, Tatianum, alios v. Voss. de Hist. Gr. II, 4. Sevin in Mém. de l'Acad. des Inscr. IV, p. 457 sqq. Clinton Fast. Hell. III, p. 203. et p. 551. De Apione v. Fabric. Bibl. Gr. I, p. 503 sqq. et VII, p. 50. Villoison Prolegg. ad Apollon. p. IX sqq. Burigny in Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXXVIII, p. 171 sqq. De Demetrio Phalereo et Thallo iam supra memoratum erat. — *sectatores quoque ipsorum* Erl. — *medesius Ptolomaeus* scribitur in Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II., in quibus etiam *Phalerius* extat (Erl. *valerius*) uti supra. In sqq. Lugd. II. Put. et Erl. habent *Apion*, uno *p* scriptum ut etiam edd. aliquot. Cf. de nominis scriptura Coteler. ad Clem. Recogn. X, §. 52. et Worthii adnot. crit. ad Tatian. ad Graec. 59. d. 130. — *et si quis istos aut probat* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. *et si quis istos approbat* (a m. rec. corr. *reprobat*) Agob. *et si qui istos adprobat et rev.* Lugd. II. Edd. (et Fuld.?) habent *et qui istos aut probat. revincit et Iudaeus Iosephus* Oxon. *revincit Iudaeus Iosippus* Fuld. Verba *si quis istos aut probat aut revincit* ad Iosephum esse trahenda nemo non videt. Formula *si quis* — — *revin-*

antiquitatum Iudaicarum vernaculus vindex; Graecorum etiam censuales conferendi, *ut* quae quando sint gesta, ut concatenationes temporum aperiantur, per quae luceant annalium numeri. Peregrinandum est in historias et litteras orbis. Et tamen quasi partem iam probationis intulimus, cum per quae probari

cit Tertullianeae orationis est et idem fere significat atque si dixisset: et Iudaeus Iosephus qui acerrimo iudicio istos aut probat aut revincit, vel: qui prae ceteris iudicium rerum scriptore dignum exercet dum istos aut probat aut revincit. Cf. quae supra disputavimus de locutione *si forte* apud Tertullianum frequentissima, ad cap. 16. Salmasius ad Tertull. de Pallio p. 118. hunc locum citans errat interpretando cum dicit *si quis* hic idem esse quod simplex *qui*. De verbis *vernaculus vindex* cf. Scalig. ad Hieron. Chron. adn. p. 186. — *Graecorum etiam censuales.* Censuales dicit logographos et rerum memoriarumque scriptores, generaliori et novo vocabuli usu. Proprie enim *censuales* illo aevo dicebantur censitorum aliorumque magistratuum ministri scribae qui archiva curant et acta publica conficiunt. Cf. Iul. Capitol. Gord. 12. L. Lydus de Magistr. II, 30. Symmach. Epp. IV, 8. X, 36. (al. 43.). Orell. Inscr. n. 155. Cod. Theodos. de Tabulariis, Logographis et Censualibus 8, 2. Cod. Theod. de Senat. 6, 2. Cod. Iustin. 10, 69. Iunii aliorumque opinio censuales h. l. esse libros Graecorum in quibus recensitae fuerint Olympiades et similia unde firmetur non habet. — *et quae quando sint gesta*, *ut* Oxon. (et Fuld.?) edd. omnes, *et quae quando sint gesta aut* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. Neutrum ferri potest, praesertim cum membrum *et quae quando sint gesta* non habeat quo adstruatur. Emendavi igitur *ut quae quando sint gesta*, *ut* (vel: *aut*) *concatenationes temporum aperiantur* h. e. ut aperiantur quaeque quando sint gesta. Graecissantis est duas interrogationes uno sic membro conflare. Ita Arnob. I, 48.: „*quis* deus aut *quo* tempore *cui* fuerit auxiliatus," ad quem locum plura exempla ex eodem scriptore proponit Hildebrandus. Cf. infra cap. 22. Pro *concatenationes* liber ms. Contii teste Rigaltio habet *contenationes*, ex quo ipse Contius effinxit *continuationes*. Pessime. In seqq. Agob. habet: *peregrinandum est et ad historias*, Ampl.: *peregr. est etiam in historiam.* Male. — *quasi partem* Erl. Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes, *quasi patrem* Put. Bong. tres Vaticani, Gandav. Elnon. Lugd. II. quod frustra defendit Iunius *patrem* interpretans: caput, fontem. Iam, inquit Tertullianus, partem probationis implevimus, cum scriptorum nomina et fontes, unde testimonia petenda sunt, summa-

probari possint aspersimus. Verum differre praestat, vel ne minus persequamur festinando vel diutius evagemur persequendo.

20. Plus iam offerimus pro ista dilatione: maiestatem scripturarum, si non vetustate divinas probamus, si dubitatur antiquitas. Nec hoc tardius aut aliunde discendum; coram sunt quae docebunt: mundus et saeculum et exitus. Quicquid agitur, praenuntiabatur, quicquid videtur, audiebatur. Quod terrae vorant urbes, quod insulas maria fraudant, quod externa atque interna bella dilaniant, quod regnis regna conpulsant, quod fames et lues et locales quaeque clades et frequentiae plerumque mortium vastant, quod humiles sublimitate,

tim proposuimus. Pro *aspersimus* unus Vatic. habet *aspeximus*. — *probare pñt* (h. e. *possunt*) Erl. *probari possumus* Agob. Lugd. II. — *vel ne minus* Put. Ampl. Erl. Lugd. II. *ne vel minus* Goth. Oxon. (Fuld.?) et edd. omnes. —

20. — *offeremus* Agob. Lugd. II. — *si non vetustate divinas probamus si dubitatur antiquitas. Nec* Put. Bong. Goth. Ampl. *si non vetustate divinas probamus si dubitatur antiquas. Nec* Erl. *si non vetustate divinas probamus. Si dubitatur antiquitas*, *ne* Fuld. edd. Rhen. Gelen. *si non vetustatem: divinas probamus*, *si dubitatur antiquas. Nec* Oxon. Lugd. II. (MSS. Pamelii?) edd. Gangn. Barr. Pamel. Herald. Rig. Haverk. Dicit Tertullianus se pro ista dilatione multo iam maius offerre momentum, maiestatem scilicet scripturarum, si non vetustate earum satis probetur divinitas, immo si ipsa dubitetur antiquitas. Ita sunt omnia plana. In sqq. Lugd. I. habet *an aliunde*. — *et exitus rerum. Quicquid* Fuld. De voc. *exitus* diximus ad caput praegressum. — *vorarant* (leg.: *vorarent*) *urbes*, *quod insulas m. fraudarent*, *quod interna et externa bella dilaniarent* Fuld. — *regnis regna compulsantur* Erl. Voc. *regnis* abest in Agob. Lugd. II. et in Oxon. pro *conpulsant* vitiose extat *compensant*. De re cf. Segmentum Cod. Fuld. quod exhibuimus in adn. ad cap. 19. et de Pallio 2. (et adn. Salmasii p. 157.) et Apol. infra cap. 40. — *locales quoque clades* Erl. — *frequentiae plerumque mortium* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. Agob. Lugd. II. MSS. Pamelii omnes et edd. Pamel. Herald. *frequentium plerumque montium* ed. Rhen. *efferventium plerumque montium* edd. Gangn. Barr. *frequentiae plerumque mortuae* ed. Gelen. *frequentiae pleraque montium* edd. Rig. et Haverk. ex coni. Ursini., quod interpretantur: „Leones, ursi et aliae id genus bestiae, quibus montes frequentantur, campi

sublimes humilitate mutantur, quod iustitia rarescit, iniquitas increbrescit, bonarum omnium disciplinarum cura torpescit, quod etiam officia temporum et elementorum munia exorbitant, quod et monstris et portentis naturalium forma turbatur, providenter scripta sunt. Dum patimur, leguntur, dum recognoscimus, probantur. Idoneum, opinor, testimonium divinitatis veritas divinationis. Hinc igitur apud nos futurorum quoque fides tuta est, iam scilicet probatorum, quia cum illis, quae cotidie probantur, praedicebantur. Eaedem voces sonant, eaedem litterae notant, idem spiritus pulsat, unum tempus est divinationi futura praefanti; apud homines, si forte, distin-

vastantur. Ridiculum hoc, ne dicam ineptum. Frequentiae mortium sunt frequentes mortes h. e. pestilentiae gravissimae crebro incidentes, nisi forte malueris interpretari per mortes aut pestilentias quae non singulos homines sed totas urbes, totas regiones et gentes abripiant atque deleant. De plurali *mortes* non est quod verbosius dicam; est enim satis frequens vel apud optimae aetatis scriptores et cum varia mortis genera significantur et cum de pluribus sumuntur. Cf. interim, si velis, Baluzium ad Lactant. de Mortt. Persecut. p. 8. ed. Bauldri. Plures citat Hildebr. ad Apul. Metam. VIII, 30. tom. I, p. 744. — *sublimes humilitate mutantur*. De locutione cf. Horat. Od. I, 34, 12. et I, 16, 26. Id. Ep. I, 1, 100. Plin. Ep. V, 16. — *rarescit et increbrescit* edd. omnes praeter Haverk., in qua vocula *et* recte omissa est adstipulantibus Codd. MSS. quos novi omnibus. In sqq. Lugd. II. habet *et bonarum*. — *exorbitant* (h. e. tamquam orbita excedunt; cf. supra cap. 6. ad Nat. I, 13.) Codd. quos novi omnes et edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *exorbitantur* edd. Rhen. Gangn. Barr. Officia autem temporum et elementorum exorbitant, cum nec ver nec aestas nec auctumnus officio suo satis funguntur in producendis frugibus, quae laetiores olim evenire solitae sint, iisque vel nimii imbres vel solis aestus noceant. Voc. *naturalia* habuimus iam supra cap. I. fin. — *providentiae scripta sunt* Fuld. et inde ed. Haverk. — *opinor testimonium divinitatis veritatem* edd. Rhen. Gangn. Gelen. — *probantur praedicabantur* Fuld. Erl. Agob. Lugd. uterque. In cett. libris tam scriptis quam editis omnibus legitur *praedicebantur*. — *eadem voces sonant eadem* Fuld. Agob. cum MSS. Belgicis et Gallicis Pamelii et edd. Pamel. Herald. Haverk. *eadem voces sonant eaedem* Put. *eedem voces eedem literae* (omisso voc. *sonant*) Goth. Ampl. *eaedem voces sonant, eaedem* Erl. Oxon. Lugdd. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. — *futura*

guitur, dum expungitur, dum ex futuro praesens, dehinc ex praesenti praeteritum deputatur. Quid delinquimus, oro vos, futura quoque credentes, qui iam didicimus illi per duos gradus credere?

21. Sed quoniam edidimus antiquissimis Iudaeorum instrumentis sectam istam esse suffultam quam aliquanto novellam, ut Tiberiani temporis, plerique sciunt, profitentibus nobis quoque: fortassean hoc nomine de statu eius retractetur, quasi

praefandi Put. Bong. Fuld. Goth. Ampl. edd. Rig. Haverk. *futura praefanti* Erl. Oxon. edd. Gelen. Pam. Herald. *futura praefari* edd. Rhen. Gangn. Barr. Male comma ponunt nonnullae editiones post *divinationi* interpunctionis signo sublato post *praefanti.* De formula *si forte* (quod h. l. fere idem est quod *nempe*) exposui supra ad cap. 16. In seqq. Erll. habet *dum hinc de ex praesenti,* Lugd. II. et Agob.: *dum hinc ex praesenti.* Dicit Tertullianus: Divinationi, dum futura praefatur, tempus unum est neque in his, quae futura praedicat, intervalla novit aut ponit ulla; propheta enim omnia quae vaticinatur praesentia habet et tamquam praesentia videt; solum nempe apud homines distinguitur tempus, dum completur, dum res modo futura iam praesens fit, et dehinc ex praesenti mox praeterita censetur. Verbum *expungere* pro complere, explere, frequenter occurrit apud Tertullianum. — *futura quoque* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. et edd. omnes praeter unam Haverk., in qua *futuro quoque* extat auctoritate Fuld. In seqq. *dicimus* pro *didicimus* reperitur in ed. Rhen., ad cuius tamen marg. Rhen. veram lectionem ex coni. proposuit. — *illi* (sc. divinationi) *per duos* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. In edd. omnibus extat *illis per duos.* Duo illi gradus sunt praeteritum et praesens. *Qui delinquimus* Lugd. II. —

21. — Caput vigesimum primum quod in Goth. Ampl. Oxon. vigesimum est, in his atque in Put. inscriptum est: DE CHRISTO ET IVDAEIS. (MSS. Gallici et Belgici Pamelii: DE IVDAEIS ET CHRISTO.). — *instrumentis.* Cf. supra capp. 18. et 19. init. — *sectam nostram esse* Erl. Pro *aliquanto* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. extat *aliquando*, ut etiam in Fuld., in quo totus locus ita legitur: *quam scient aliquando novellam ut Tiberianis temporibus ortam plerique sciunt.* — *Tiberiani temporis* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Agob. Lugdd. edd. Gelen. Pamel. Rig. Haverk. *Tiberii temporibus* edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. In seqq. Erl. et ed. Pamel. ex uno Vatic. habet *prof. vobis quoque.* Dicit Tertullianus: Sed fortasse arbitrabuntur nonnulli nos, cum dicimus Christianam sectam Iudaeorum monumentis atque instrumentis

sub umbraculo insignissimae religionis, certe licitae, aliquid propriae praesumptionis abscondat, vel quia praeter aetatem neque de victus exceptionibus neque de solemnitatibus dierum neque de ipso signaculo corporis neque de consortio nominis cum Iudaeis agimus, quod utique oporteret si eidem deo manciparemur? Sed et vulgus iam scit Christum ut hominum aliquem, qualem Iudaei iudicaverunt, quo facilius quis nos hominis cultores existimaverit. Verum neque de Christo erubescimus, cum sub nomine eius deputari et damnari iuvat, neque de deo aliter praesumimus. Necesse est igitur pauca de Christo ut deo totum. Iudaeis erat apud deum gratia ubi

esse suffultam, de condicione et origine eius haec eo dicere et retractare, ut sub umbraculo religionis celeberrimae certe licitae ac minime vetitae latere possimus et proprias praesumptiones et leges nostrae abscondere, id quod vel ideo fortasse aliquis sibi persuadeat, cum nos neque aetate pares esse Iudaeis, neque de victus exceptionibus neque aliis in rebus cum illis agere videat. Erl. et edd. Rhen. Gelen. Barr. Pam. perperam distinguunt *nobis quoque fortasse; an hoc nomine.* Pro *nomine de st. eius retractetur*, *quasi sub* Erl. habet *nomen de st. eius retractet*, *quasi ab.* — *certe licitae aliquid propriae* Put. Goth. Ampl. Fuld. Long. Oxon. Agob. Lugdd. edd. Herald. Rig. Haverk. *certe licitae ad proprie* Erl. corrupte. *certae licentiae aliquid et propriae* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Voc. *exceptionibus* ita scriptum est in Ampl., uti etiam *exemptionibus* possit aliquis legere. Signaculum corporis appellat circumcisa pudenda. *Notaculum corporis* dicit Min. Fel. Oct. 31. — *cum Iudaeis agamus* Put. Erl. Mox: *iam sciunt Christum* Fuld. — *hominem utique aliquem* Fuld. et ed. Haverk. *ut hominum aliquem* Put. Goth. *ut hominem aliquem* Ampl. Erl. Lugd. II. *ut aliquem hominum* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Rig. — *quos facilius quis nos h. c. existimaverit* Lugd. II. *quo facilius qui n. h. c. existimaverit* Goth. Ampl. *quo facilius qui nos h. c. existimaverint* ed. Rhen. In cett. et scriptis et editis libris legitur ut in nostra editione. — *erubescimus*, *ut quos sub nomine* Fuld. et ed. Haverk. — *de deo aliquid praesumimus aliter* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *de deo aliter sumus* Fuld. In Codd. MSS. tam meis omnibus quam Pamelii et in edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. legitur *de deo aliter praesumimus.* — *pauca de Christo ut deo totum. Iudaeis* Put. Goth. Ampl. Oxon. et Lugd. II., in quo tamen, si Haverkampio fides, punctum comparet ante *totum.* Fuld. *pauca dicamus de Christo ut*

et insignis iustitia et fides originalium auctorum; unde illis et generis magnitudo et regni sublimitas floruit et tanta felicitas, ut de dei vocibus, quibus edocebantur, de promerendo

de deo totum. Iudaeis habet. *pauca de Christo ut deo dicamus. Iudaeis* Erl. *pauca de Christo ut de deo totum. Iudaeis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *pauca de Christo ut deo. Tantum Iudaeis* edd. Rig. Haverk. partim ex coni. Fulvii Ursini, et, si Haverkampio potest fides haberi, ita praebet etiam Lugd. I. Verum, etsi ita sit, nihil auctoritatis tribuendum codici gravissimis mendis quaque fere linea scatenti. Reposui Codd. MSS. optimorum veterumque editionum scripturam; *totum* positum est pro *in totum* (cf. Buenem. ad Lact. Epit. 61. p. 1317.), ut apud alios scriptores passim occurrit *aeternum* pro *in aeternum*, *immensum* pro *in immensum*. V. Burm. ad Velleium II, 125. Hoc igitur dicit Tertullianus: Sed, ne quis putet nos eadem sacra cum Iudaeis habere, et vulgus iam scit Christum fuisse hominem, quippe qui a Iudaeis, ab ipsis inquam Iudaeis, condemnatus et crucifixus fuerit, unde fit etiam ut nos hominis cultores existiment, non autem dei illius quem illi colunt. Sed, pergit, licet fuerit homo vel fuisse putetur, non tamen de eo erubescimus neque de deo ipso aliter quam de Christo praesumimus. Quam quidem ad illustrandam nostram de Christo opinionem, necesse iam est pauca disseramus de eo, ut ostendamus quomodo qui homo natus fuit in totum et omnis is deus sit. Franc. Zephyrus ita commentatur: „Christi vero tantum abest ut Christianos poeniteat, ut ei se toti devoveant, pro comperto habentes deum nisi in solo Christo videre neminem posse: neque ideo est, ut cum de Christo non erubescant, de summo deo aliquid a Iudaeis dissentiant." Reliqui interpretes silent, excepto Lacerda, qui ineptit commentans: „*De deo* vero *non aliter praesumimus* quam Iudaei; eidem deo mancipamur cui et illi. *Necesse est* etc. Totum hoc opus Apologeticum est de deo vero colendo. Ait ergo: ut totum hoc opus de deo est, ita necesse est ut pauca quoque de Christo homine, vocante nos occasione. Vel ita: Necesse est loquamur de Christo pauca, ut totum opus de deo absolvamus." — *apud deum gratia, ubi et insignis iustitia et fides* (*fidis* Put.) Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *apud deum praerogativa ob insignem iustitiam et fidem* Fuld. *apud deum gratia, ob insignem iustitiam et fidem* edd. Rig. Haverk. *ubi et insignis* h. e. eo tempore ubi erat etiam insignis sqq. Originales auctores dicit patriarchas. — *felicitas ut de dei* (*unde dei* Agob. Lugd. II. *ut dei*, omisso *de*, Oxon. edd. Pam. Herald. Haverk.) *vocibus quibus edocebantur de promerendo deo et non offendendo*

deo et non offendendo praemonerentur. Sed quanta dereliquerint fiducia patrum inflati ad declinandum derivantes a disciplina in profanum modum, etsi ipsi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum. Dispersi, palabundi, et soli et caeli sui extorres vagantur per orbem sine homine, sine deo rege, quibus nec advenarum iure terram patriam saltim vestigio sa-

praemonerentur. libri tam scripti quam editi omnes praeter Fuld. in quo extat *felicitas de dei vocibus affuit*, *quibus et docebantur*, *promerendo deo et non offendendo praemonebantur.*, et Rig. quae habet *felicitas, ut dei vocibus de promerendo deo et non off. praemonerentur* verbis *quibus edocebantur* deletis. — *quanta dereliquerint* (h. e. res quam florentes dereliquerint) Put. Goth. Ampl. Oxon. Agob. Lugd. II. MSS. Pamelii omnes et edd. Pam. Herald. *quanta deliquerint* Erl. (Fuld.) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Rig. Haverk. — *fiducia patrum inflati derivantes* (*dirivantes* Lugd. II.) *a disciplina in profanum modum* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. Codd. Pamelii omnes et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. *inflati declinantes a disciplina in prof. modum* ed. Gelen. *ex fiducia patrum inflati ad delirandum disciplinam in profanum modis* Fuld. *fiducia patrum infl. deviantes ab disciplina in prof. modum* ed. Rig. *fiducia p. inflati ad delirandum a disc. in prof. m.* ed. Haverk. Latinius coni. *fid. p. infl. ad declinandum deviantes a d. in prof. m.* Verbum *derivare* pro *deviare*, intransitivo et mediali sensu, in usu fuisse, etsi per se quidem veri absimile omnino non sit, nullus tamen interim locus extat quo probari id possit. Hinc iam olim emendandum putabam *derivantes disciplinam* vel *derivante se disciplina*, sed hodie vix dubium est, quin Tertullianus scripserit: *fiducia patrum inflati ad declinandum* (sc. a via h. e. a dei lege) *derivante eos a disciplina in profanum modum*, ut participium *derivante* ad ablativum *fiducia* pertineat. — *exitus hodiernus ipsorum.* De voce *exitus* cf. supra ad segmentum Cod. Fuld. adnotationi ad cap. 19. insertum. Pro *probaret* Agob. praebet *probavit.* — *et soli et caeli sui* Put. Erl. Lugdd. In cett. et scriptis et editis libris extat *et caeli et soli sui.* Voc. *palabundus* occurrit etiam in Itiner. Alex. (ed. Ang. Maio) 56. „equites palabundi." — *per orbem sine homine sine deo sine rege* Lugd. I. *p. o. sine honore sine deo sine rege* Lugd. II. vitiosissime uterque. In seqq. scripsi *saltim* pro vulg. *saltem*, ex auctoritate optt. Codd. MSS. Put. Goth. Ampl. qui eam adverbii formam constanter tuentur. De re narrata v. Euseb. H. E. IV, 6. Scalig. ad Hieron. Chron. a. MMCL. adn.

lutare conceditur. Cum haec illis sanctae voces praeminarentur, eadem semper omnes ingerebant fore uti sub extimis curriculis saeculi ex omni iam gente et populo et loco cultores sibi adlegeret deus multo fideliores in quos gratiam transferret, et pleniorem quidem ob disciplinae auctioris capacitatem. Venit igitur qui ad reformandam et inluminandam eam venturus a deo praenuntiabatur, Christus ille filius dei. Huius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister, inluminator atque deductor generis humani, filius dei adnunciabatur, non quidem

p. 216. Cf. Tertull. adv. Iud. 13. Pro *salutare* in Put. *salutari*, in Lugd. II. *salutaris* est. — *eadem semper omnes* Put. Goth. Ampl. Oxon. Agob. Lugdd. Fuld. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. *eaedem semper omnes* Erl. edd. Rig. Haverk. *eaedem fere semper omnes* ed. Pamel. ex Vatic. *eâdem* sc. opera et ratione, pari modo. V. Burm. ad Quinctil. Declam. XVII. Lindem. ad Plaut. Mil. Glor. II, 3, 32. — *praeminarentur*. Cf. Deuteron. XXXII, 26. Ps. LIX, 12. Ies. I, 7. Ezech. V, 10. Hos. III, 10. X, 3. Amos IX, 9. Tertull. adv. Iud. 11. 13. — *curricula seculi ex illo iam* Erl. Pro *adlegeret* in Goth. extat *alligeret*, et pro *transferret* in Erl. *conferret*. Particulam *quidem* post *pleniorem* delet Fuld. — *disciplinae auctioris* Put. Goth. Ampl. Lugdd. ed. Gelen. *disciplinae altioris* Gorz. edd. Gangn. Barr. *disciplinae et auctoris* ed. Rhen. *disciplinae auctoris* Fuld. Erl. Agob. Oxon. MSS. Pamelii, et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. Quo auctior, purior et emendatior est disciplina, eo et pleniorem gratiam capit et meret apud deum; *capacitas* est facultas vel dignitas capiendi. Apud ICtos enim significat proprie ius hereditatis capiendae, ut ap. Gaium Dig. 31, 57.: „Tractantibus nobis *capacitate*, videndum est, utrum heredis“ sqq., et ibid.: „Nullus est dominus in cuius persona de *capacitate* quaeri possit.“ — *quia ad revelandam et illuminandam* Erl. Pro *praenuntiabatur* Cod. Put. vitiose habet *praenuntiatur*. Rigaltius et Haverkampius in suis edd. deleverunt verba *Venit igitur* — — — *Christus ille filius dei.*, quae tamen et in omnibus tam scriptis quam editis libris leguntur. Recte. Glossematis vestigium in his equidem deprehendere possum nullum. — *Huius igitur* sc. dei. Pro *disciplinaeque* in Barr. vitiose extat *disciplinaque.*, et in seqq. Erl. *et* inserit particulam ante *inluminator* Voc. *deductor* explicatur in Gloss. ap. Vulcan. col. 63.: „Deductores, *Καθοδηγοὶ*, *Ἀρχηγέται*,“ ibid. col. 498.: „*Καθοδηγός*, Deductor.“

ita genitus, ut erubescat in filii nomine aut de patris semine; non de sororis incesto nec de stupro filiae aut coniugis alienae deum patrem passus est, squamatum aut cornutum aut plumatum amatorem aut in auro conversum Danaidis. Iovis ista sunt numina vestra. Ceterum dei filius nullam de impu-

Tertull. de Cor. Mil. 4.: „Spiritus dei *deductor* omnis veritatis." *Ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς* Christum appellat Petrus Act. Apost. III, 15. Heraldo iudice *deductor* hic est *καθηγητής*, quam ad stabiliendam suam explicationem citat duos locos ex libro de Anima capp. 15 et 53. ubi verbum *deducere* per *docere* sit explicandum. Etiam Cyprianus in libro de Idol. Van. hoc Tertulliani loco innisus: „*Illuminator*, inquit, *et doctor humani generis*." Sed his testimoniis non multum tribuendum esse sanius iudicium efflagitat, quippe innumeris ex locis Minucii Felicis et Cypriani demonstrari sine opera potest, eos scriptores ad libitum verba Tertulliani variasse et mutasse. In illis autem duobus locis libri de Anima verbum *deduci* positum esse pro *moveri*, *persuaderi* iam alii monuerunt. Recte igitur Rigaltius censet *deductorem* hic appellari Christum, quia genus humanum in viam verae salutis deduxerit. In sqq. verba *filius dei* absunt in Lugd. utroque et Agob. In Erl. tantum abest voc. *dei*. — *passus est* h. e. sortitus est. *Pati* pro sortiri, nancisci, experiri, affici Tertullianeae est latinitatis. Ita supra cap. 17. habuimus „sanitatem *pati*." Cf. adv. Marc. I, 2. „*passus* infelix huius praesumptionis iustinctum.," ibid. II, 2. „At nunc negotium *patitur* deus.," de Virg. Vel. 1. „proprium iam negotium *passus* meae opinionis.," ibid. 5. „mulier — — quae virum *passa* sit.," ibid. 11. „*pati* novum illud quod alterius aetatis est.," et paulo postea „et nuptias *pati*.," de Anima 4.: „post definitionem census quaestionem status *patitur*.," ibid. 33.: „quod exequias convivium *patitur*." Quod ad ipsam rem attinet, notum est Iovem sororem in matrimonio habuisse, Alcumenam Amphitruonis coniugem gravidam fecisse, filiam Proserpinam sub specie draconis squamati constuprasse, quemadmodum sub tauri Europam et Pasiphaen, sub cygni Ledam, sub aurei imbris Danaen. — *de filii nomine* Fuld. et ed. Haverk. Post verba *de patris semine* Fuld. inserit *sicut de concubitu tauri*. Pro *incesto* Lugd. II. *incestu* habet. — *aut de coniugis alienae* Fuld. *aut coniugio alienae* Erl. qui idem ante *squamatum* inserit *aut* particulam. Pro *cornutum* in ed. Rhen. legitur *cornuum*, quod vitium tamen in marg. emendat Rhenanus. — *amatorem aut in auro conversum Danaidis. Iovis ista sunt numina* (*et numina* ed. Herald.) *vestra* Put. (in quo tantum *aut* particula abest, ut etiam

dicitia habet matrem; etiam quam videtur habere, non nupserat. Sed prius substantiam edisseram, et ita nativitatis qua-

in Oxon. et ed. Herald. et punctum positum comparet post *conversum* non post *Danaidis.*) Goth. Ampl. MSS. Pamelii Oxon. ed. Herald. *amatorem in auro conversum Danaidis. Iovis enim* (*enim* abest in Erl.) *ista sunt numina* (*nomina* Erl.) *vestri.* Erl. Lugdd. *amatorem in auro conversum Danaes. Iovis et ista sunt humana vestra* Fuld. *amatorem in auro conversum Danaes Iovis. et ista sunt numina vestra* ed. Rhen. et item edd. Gangn. Barr., nisi quod in his punctum comparet ante *Iovis* positum. *amatorem aut in auro conversum. Iovis ista sunt numina vestra* ed. Gelen. *amatorem aut in auro conversum Danaidis. Iovis ista sunt et numina vestra.* ed. Pamel. *am. aut* (*aut* abest in ed. Haverk.) *in aurum conversum. Iovis enim ista sunt numina vestri.* edd. Rig. Haverk. Fulv. Ursinus coni. *aut in aurum conversum. Iovis enim ista sunt nomina vestri.* Reposui Codd. MSS. lectionem parum adhuc ab editoribus intellectam. *Danais* est deminutiva forma nominis Danae, quam deminutivam formam hic usurpat Tertullianus per contemptum aut irrisionem fabulae qua in imbrem aureum conversus Iuppiter narratur rem suam cum Danae habuisse, haud secus quam vulgo iuvenes libidinosi cum scortulis et prostibulis aureo pretio vilibus. Neque ob aliam causam quam ob hanc ambiguam et facetam quam admittit ea fabula interpretationem Danaes inter ceteras Iovis amicas solius nomen memoratum putaveris. De structura *in auro conversum* cf. Tertull. de Carne Christi 11.: „Hoc autem factum est animae, si *in carne conversa* alienam induit superficiem.“ Hand Tursell. III, p. 326. Hildebrandus ad Apul. I, p. 504. qui recte docet ablativum iuxta verba motum significantia locum habere ubi indicetur rem iam factam esse eam qualis esse describitur. *Iovis ista* (sc. furta) *sunt numina vestra* sc. passa. Quod enim et mortales mulieres notatae erant inter divinas Iovis amicas saltem non tanti erat, ut non generali vocabulo *numinum* omnes una comprehenderentur. — *Ceterum* h. e. sed, contra; cf. supra cap. 4. fin. — *nullam de pudicitia* edd. Gelen. Haverk. In cett. libris scriptis tam meis quam Pamelii aliorumque quotquot innotuerunt omnibus ut etiam in editis legitur *nullam de impudicitia.* Illam defendit lectionem Rigaltius his verbis: „Dei filius dominus noster non ex ullis nuptiis est natus ne quidem iustis aut legitimis. Itaque non habet de pudicitia matrem.“ In seqq. ante *nupserat* (Put. habet *nubserat*) negatio *non* abest in edd. Rhen. Gangn. Barr. Cett. libri et scripti editi omnes retinent. — *edisseram et ita nativitatis* Put. Fuld. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *ediss. et iam nativitatis* Goth. Ampl.

litas intellegetur. Iam ediximus deum universitatem hanc mundi verbo et ratione et virtute molitum. Apud vestros quoque sapientes *ΛΟΓΟΝ*, id est sermonem atque rationem, constat artificem videri universitatis. Hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta in dispositione formaverit, eundem et fatum vocari et deum et animum Iovis et necessitatem omnium rerum. Haec Cleanthes in spiritum congerit, quem permeatorem universitatis adfirmat. Et nos autem sermoni atque rationi itemque virtuti, per quae omnia molitum deum ediximus, propriam substantiam spiritum inscribimus, cui et sermo insit pronuntianti et ratio adsit disponenti et virtus praesit perficienti. Hunc ex deo prolatum didicimus et prolatione generatum et idcirco filium dei et deum dictum ex unitate

edd. Rhen. Gangn. Barr *ediss.*, *ita nativitatis* ed. Gelen. Pro *intellegetur* in ed. Herald. extat *intelligitur.* — *Iam diximus* Fuld. Erl. Respicit ad init. cap. 17. In seqq. *ac virtute* habet Ampl. — *Zenon* edd. Rhen. Gangn. Barr. In Fuld. hoc nomen prorsus abest. Pro *factitatorem* Erl. et ed. Rhen. (sed in huius marg. emendat Rhen. *factitatorem) factitorem*, Agob. et Lugd. II. *factorem* habent. Praepositionem *in* in sqq. delet m. rec. in Lugd. II. Voc. *ΛΟΓΟΝ* in Ampl. bis extat, et Graecis et Latinis characteribus scriptum. De Zenonis illa opinione v. Diog. Laert. VII, 68, 135 sqq. ibique Menagium, et Intt. ad Minucii Fel. Octav. 19. Lactant. I, 5, 20. Cic. N. D. I, 14. de Cleanthis Cic. et Minuc. Fel. l. l. Lactant. I, 5, 19. cf. Herm. Irris. Phil. Gentil. 14. *Hunc Cleantes* Erl. *in spiritu congerit* edd. Rhen. Gelen. — *adfirmat et nos autem sermoni* Put. Goth. Ampl. Oxon. *affirmat. nos autem sermoni* Erl. Agob. Lugd. II. (*autem* pro *etiam* invenit etiam Pamel. in suis Codd. MSS.) *affirmat. Et nos etiam sermoni* edd. omnes. *et nos autem* est nostrum *auch wir aber.* V. quae de usu particularum *et* et *autem* iunctarum disputat (quamquam neque satis plene neque satis subtiliter) Hand Tursell. I, p. 583 sqq. Cf. Intt. ad Suet. August. 73. Fuld. habet: *Sermonem atque rationem itemque virtutem*, *per quae omnia molitum deum ediximus propriam substantiam asscribimus*, *cui et sermo insit pronuntianti* sqq. — *spiritus inscribimus* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. — *praenuntianti* (Lugdd.? Oxon.?) edd. Gangn. Barr. Herald. Rig. Haverk. *praenuntiari* ed. Rhen. *pronuntianti* Put. Goth. Ampl. Fuld. Agob. edd. Gelen. Pamel. — *prolatum dicimus* Fuld. ed. Gelen. In Agob. et Lugd. II. legitur *Hunc ex deo circo filium*, ceteris prave omissis. Voc. *dei* post *filium* delent edd. Rhen. Gelen. Herald. invitis omnibus libris scriptis. —

substantiae. Nam et deus spiritus. Etiam cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa; sed sol erit in radio, quia solis est radius nec separatur substantia sed extenditur. Ita de spiritu spiritus et de deo deus ut lumen de lumine accensum. Manet integra et indefecta materiae matrix, etsi plures inde traduces qualitatis mutueris: ita et quod de deo profectum est, deus est et dei filius et unus ambo. Ita et de spiritu spiritus et de deo deus modulo alternum numerum, gradu non statu fecit, et a matrice non recessit sed excessit. Iste igitur

Etiam cum radius Goth. Ampl. Fuld. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *Et cum radius* Put. Erl. Oxon. Lugdd. edd. Rig. Haverk. In seqq. Erl. habet *et sol erit in radio quia sol est radius neque.* Pro *extenditur* Fuld. praebet *expanditur*, et deinde verbis *Ita de spiritu spiritus et deo deus* omissis *et lumen de lumine accensum.* Erl. habet *Et de lumine lumen accensum.* — *materia matris* Lugd. I. vitiose, *materia matrix* Fuld. et ed. Haverk. In cett. omnibus et editis et scriptis legitur *materiae matrix.* De voc. *tradux*, satis familiari Tertulliano, quod hic opponitur voc. *matrix* cf. supra cap. 7. In seqq. ed. Gelen. praebet *etsi plures in traduces.* — *traduces qualitates mutueris* Erl. Goth. Ampl. *tr. qualitatis* Put. Oxon. MSS. Pamelii Fuld. ed. Pamel. Fuld. *tr. qualitatis intueris* Lugd. II. *traducis qualitates mutueris* Lugd. I. *traduces qualitatum mutueris* (ed. Rhen. *metueris* vitiose) Gorz. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Rig. Haverk. — *Ita et de spiritu* Put. Erl. edd. Rig. Haverk. In cett. et scriptis et editis libris omnibus legitur *Ita de spiritu.* In praegressis ed. Rhen. pro *profectum* vitiose habebat *perfectum.* — *modulo alternum* (*alter* Fuld.) *numerum gradu non statu fecit* Put. Goth. Oxon. Erl. (in quo antea pro *alternum*, quod eadem manus correxit, erat *alternando*) Lugd. II. (in quo *munerum* vitiose pro *numerum*) MSS. Pamelii edd. Rhen. Gangn. Barr. Pamel. Herald. *modulo alternum numerum non gradu sed statu fecit* Lugd. I. ed. Gelen. *modulo alterum, non numero, gradu sed statu fecit* edd. Rig. Haverk. ex corr. Fulv. Ursini. Restitui genuinam scripturam. Dicit Tertullianus Deum generasse filium ex se tamquam alternum, unde fiat, ut cum duo videantur esse numero, revera tamen, cum modulo (h. e. dispositione, distinctione) tantum diversi sint, unum efficiant. Nihil apertius hoc. Ad rem facit locus adv. Prax. 2.: „Tres autem non statu sed gradu, nec substantia sed forma, nec potestate sed specie. Unius autem substantiae et unius status et unius potestatis, quia unus deus, ex quo et gradus isti et formae

dei radius, ut retro semper praedicabatur, delapsus in virginem quandam et in utero eius caro figuratus nascitur homo deo mixtus. Caro spiritu instructa nutritur, adolescit, adfatur, docet, operatur et Christus est. Recipite interim hanc fabulam, similis est vestris, dum ostendimus quomodo Christus probetur et qui penes vos eiusmodi fabulas aemulas ad destructionem veritatis istiusmodi praeministraverint. Sciebant et Iudaei venturum esse Christum, scilicet quibus prophetae

et species in nomine patris et filii et spiritus sancti deputantur." Qui in loco superiore *alterum* pro *alternum* reponere sunt ausi Tertulliani subtilitatem omnino non capiebant. — *caro figuratus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Erl. Fuld. et edd. omnes praeter Gelen. et Pamel., quae *caro figurata* praebent. Pro *quandam* Lugd. II. habet *quando.* Pro *mistus*, ut in edd. vulgo scriptum extat, ex Codd. MSS. meis omnibus scripsi *mixtus.* Pro *utero eius* Lugd. II. a. m. pr. habuit *utero ei.* — *spiritu structa* Fuld. *caro vel spiritus instructa* Oxon. In Put. pro *adolescit* legitur *adoliscit.* Mox: *Recipite hinc hanc* Oxon. — *similis est vestris.* Ita etiam Tatianus in Or. ad Graecos cap. 36. postquam de Dei filii generatione disputavit: *Διόπερ ἀποβλέψαντες*, inquit, *πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀπομνημονεύματα, κἂν ὡς ὁμοίως μυθολογοῦντας ἀποδέξασθε.* *Fabulam recipite interim hanc* Erl. — *probetur et qui penes vos* (*suos* Lugd. I. *nos* ed. Rhen. vitiose.) *eius modi f. aem. ad destr. ver. istiusmodi praeministaverint.* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Oxon. Gorz. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. quae exhibet: *probetur. Sciebant qui penes vos fabulas ad destr. ver. istius aemulas praeministraverunt, sciebant* sqq. et ed. Haverk. in qua extat: *probetur. Sciebant et qui penes vos eiusmodi fabulas ad destr. ver. istiusmodi praeministraverunt. Sciebant* sqq. partim ex corr. Fulvii Ussini. Perperam. De interpretatione silent interpretes, ut plerumque. Hoc autem dicit Tertullianus: Recipite interim hanc fabulam de Christo, quem ut lumen de lumine accensum, ut radium solis de ipso sole enatum, ita deum de deo ex virginis utero prognatum commentati sumus. Nonne vos similia, cum narratis Iovem vestrum sub aurei imbris specie Danaen iniisse et matrem fecisse? Recipite igitur, inquam, interim hanc fabulam, dum ostenderimus, quomodo Christus per se probetur, et quinam sint qui vobis eiusmodi aemulas fabulas, ut illam de Iovis cum Danae concubitu, praeministraverint, hunc quidem in finem, ut veritatem istiusmodi, qualis inest nostrae de dei filii generatione fabulae, destruerent et labefactarent. Praeministratores autem eiusmodi fabularum significat daemonas, de quibus

loquebantur. Nam et nunc adventum eius expectant, nec alia magis inter nos et illos conpulsatio est quam quod iam venisse non credunt. Duobus enim adventibus eius significatis, primo, qui iam expunctus est in humilitate conditionis humanae, secundo, qui concludendo saeculo imminet in sublimitate divinitatis exertae: primum non intellegendo secundum, quem manifestius praedicatum sperant, unum existimaverunt. Ne enim intellegerent pristinum, credituri, si intellexissent, et consecuturi salutem, si credidissent, meritum fuit delictum eorum. Ipsi legunt ita scriptum mulctatos se sapientia et intellegentia et oculorum et aurium fruge. Quem igitur solummodo hominem praesumpserant de humilitate, sequebatur uti magum aestimarent de potestate, cum ille verbo daemonia de homini-

totum sequens caput. — *quam quod venisse* omissa particula *iam* Agob. Lugd. II. De re cf. adv. Iud. 7. — *primo quod iam expunctus est* Ampl. De re v. adv. Iud. 14. — *in sublimitate paternae potestatis acceptae divinitatis exertae* Fuld. Pro *exertae* Erl. vitiose habet *exercent.* — *habet intelligendo, et secundo quem manif. praedictum sperant* ed. Gelen. Pro *intellegendo* Lugd. II. habet *intelligendum*, et Fuld. *sperabant* pro *sperant.* — *Nec enim intelligerent* Goth. Ampl. Lugdd. ed. Rhen. *Nec vero intelligerent* Oxon. *Nec enim* (Fuld. delet *enim* (*intellexerunt* Fuld. Agob. In cett. et scriptis et editis libris extat: *Ne enim intelligerent.* — *meritum fuit delictorum. Ipsi* edd. Gangn. Barr. (Fuld.?) Pamel. *meritum* (Erl. *merito*) *fuit delictum eorum. Ipsi* Codd. MSS. mei et Pamelii omnes, item Lugdd. et edd. Rhen. Gelen. Herald. Rig. Haverk. De re cf. adv. Iud. 11. Min. Fel. Octav. 33. *Ipsi legunt ita scriptum.* V. Iesai. VI, 10. In seqq. voc. *se* ante *sapientia* abest in Agob., et in Lugd. II. voc. *multatos se* superscriptum est m. rec. *multati.* In Erl. ita extat: *Si legunt ita scriptum mulctatos sapientia et intelligentia et aurium fruge.*, reliquis omissis. — *Quem igitur* (*ergo* Goth. Ampl. *hominem solummodo* Put. Oxon. Erl. Goth. Ampl. Lugd. II. *Quem igitur solum hominem modo* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pam. Herald. *Quem igitur solummodo hominem* edd. Rig. Haverk. In seqq. Fuld. pro *sequebatur* habet *insequebatur.* — *uti magnum aestimarent* Goth. Ampl. Oxon. MSS. Pamelii et ed. Rhen. (in cuius tamen marg. Rhen. emendat *magum* pro *magnum*). *uti* (Erl.: *ut*) *magum aestimarent* (Fuld.: *existimarent*) Put. Erl. Lugdd. Codd. Pithoei et Fuld. et edd. praeter Rhen. omnes. Scripturam hanc firmant verba cap. 23.: „Et quis ille Christus cum sua fa-

bus excuteret, caecos reluminaret, leprosos purgaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitae, elementa ipsa famularet compescens procellas et freta ingrediens, ostendens se esse verbum dei, id est *ΛΟΓΟΝ*, illud primordiale, primogenitum, virtute et ratione comitatum et spiritu fultum, eundem qui verbo omnia et faceret et fecisset. Ad doctrinam vero eius qua revincebantur magistri primoresque Iudaeorum, ita exasperabantur, maxime quod ingens ad eum multitudo deflecteret, ut postremo oblatum Pontio

bula? si homo communis conditionis? *si magus?* si post mortem" sqq., ubi Codd. Goth. et Ampl. iterum praebent *magnus* pro *magus.* Cf. Euseb. Praep. Evang. III, 8. Arnob. adv. Nat. I, 43. — *demones de hominibus* Erl. In seqq. Fuld. inserit *verbo* ante *caecos.* — *caecos illuminaret* Goth. Ampl. Fuld. Erl. cum parte Codd. MSS. Pamelii et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *caecos reluminaret* Put. Gandav. I. Vatic. (Lugdd. Oxon.?) et edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. In seqq. voc. *verbo* ante *redderet* collocat post *vitae.* Pro *famularet* Erl. habet: *famularentur*, Lugd. II. et Agob.: *famularent.* Verbum *famulare* pro famulari facere, *δουλοῦν,* alterum locum apud Tertullianum aliosve scriptores ubi occurrit ignoro, neque in lexicis antiquis et glossariis memoratum invenio. — *ostendens se esse verbum dei id est ΛΟΓΟΝ illud* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. Agob. Gorz. edd. Gangn. Barr. Herald. *ostendens sese verbum dei id est λόγον illud* edd. Rhen. Gelen. Pamel. *ostendens sese ΛΟΓΟΝ dei id est verbum illud* edd. Rig. Haverk. In Fuld. ita habetur hic locus: *ostendens se esse filium et illum olim a deo praedicatum et ad omnium salutem natum verbum dei illud primordiale* seqq. — *spiritu fultum* Put. Fuld. Erl. Lugd. II. edd. Rig. Haverk. *spiritu suffultum* Lugd. I. Agob. Elnon. Gandav. et unus Vatic. *spiritu sanctum* Vatic. alter. *spiritum stultum* Goth. Ampl. *spiritu instructum* Oxon. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. In Agob. et ed. Pamel. copula *et* ante *faceret* desideratur. Verba *eundem qui verbo omnia et faceret et fecisset* delevit in sua ed. Rigaltius., sine omni iusta causa. Absunt ea etiam in Fuld. Reliqui contra Codd. MSS. omnes tenent. Ostendit igitur Christus denique ipsum se esse deum omnipotentem cuius in potestate omnia et essent et fuissent. — *qua revincebantur* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugd. I. MSS. Pamelii, edd. Pamel. Haverk. *quia vincebantur* Lugd. II. *quia revincebantur* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Rig. — *quod ingens ad eum* Put. Goth. Ampl. Erl. In edd. est *quod ad eum*

Pilato Syriam tunc ex parte Romana procuranti, violentia suffragiorum in crucem Iesum dedi sibi extorserint. Praedixerat et ipse ita facturos; parum, si non et prophetae retro. Et tamen suffixus multa mortis illius propria ostendit insignia. Nam spiritum cum verbo sponte dimisit, praevento carnificis officio. Eodem momento dies medium orbem signante sole

ingens. In seqq. pro *deflecteret* Fuld. habet *conflueret.* — *ex parte Romanam* Fuld. *ex plebe Romana* Lugd. I.; *ex parte Romana* est „von Römischer Seite." Scribendum olim putabam *Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romano procuranti*, cum constet non Pontium Pilatum sed Silanum tunc Syriae praefectum fuisse. Nolui tamen quicquam mutare invitis libris, praesertim cum Cyprianus quoque in libello de Idol. Vanit. 7. secutus Tertullianum habeat „*Pontio Pilato qui tunc ex parte Romana Syriam procurabat.*", item Lactant. Inst. div. IV, 18. et Epit. 45, ubi Pontius Pilatus legatus appellatur. V. etiam Reines. Epist. 55. p. 505. Pro *procuranti* in Erl. legitur *procurantem* mendose. — *dedi Iesum sibi* Put. *Iesum dedi sibi* Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus voc. *Iesum* abest auctoritate Fuld. — *parum si non et prophetae* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. I. *parum et si non et proph.* Agob. *parum hoc si non et proph.* (Fuld.?) edd. omnes. Pro *retro. Et tamen*, quod tuentur Put. Bong. Oxon. Fuld. Erl. edd. Rig. Haverk., in Goth. Ampl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. legitur *retro etiam. Tamen* Rig. coni. *retro. Et tandem;* male. Dicit Tertullianus: quod Iesus ipse de sua morte praedicaverit, de hoc vaticinio non ita mirandum fuisse, si quidem ille ab Iudaeis infestis sibi tale quid tolerandum fore facile utique exspectare potuerit, sed gravius testimonium de illius divinitate esse priscorum prophetarum voces. (V. de his ipsum Tertullianum adv. Iud. cap. 8.) Deinde pergit: Et tamen cum cruci affixus fuit, etiam ipse multis signis suae morti propriis apertissime de se testatus est. Verba *multa mortis illius propria ostendit insignia. Nam*, quae delent ex auctoritate unius Fuld. Rigaltius et Haverkampius in suis edd., restitui ex Codd. MSS. reliquis et edd. omnibus. Fortasse tamen pro *illius* reponendum erat *ipsius*, quae duo vocabula in libris scriptis haud raro inter sese confundi notum est. In seqq. malim coniungere: *Nam spiritum cum verbo sponte dimisit — — officio, eodem momento* seqq. ut voc. *cum* non praepositionis vice sed coniunctionis fungatur; retinui interim vulgatam loci distinctionem, quae bene defendi potest. *cum verbo* h. e. una cum exclamatione *Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου* animam

subducta est. Deliquium utique putaverunt qui id quoque super Christo praedicatum non scierunt; et tamen eum mundi casum relatum in arcanis vestris habetis. Tunc Iudaei detractum

dimisit (Luc. XXIII, 46. *Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξέπνευσεν.*). *Sponte* autem animam exhalavit cum in eius potestate esset omnino non pati mortem aut certe exspectare carnificis officium. Cf. Arnob. I. 62. Lactant. IV, 19, 2. Carnificis autem officium quale fuerit docent Lactantii verba IV, 26.: „Suffixus itaque quia spiritum deposuerat, necessarium carnifices non putaverunt ossa eius suffringere, sicut mos eorum ferebat, sed tantummodo latus eius perforaverunt.“ V. Lips. de Cruce II, 14. Apud Cyprianum, qui Tertulliani verba exscripsit, totus locus ita legitur: „Hoc facturos et ipse praedixerat et prophetarum omnium testimonium sic ante praecesserat, oportere illum pati, non ut sentiret tantum mortem, sed ut vinceret, et cum passus esset, ad superos denuo regredi, ut vim divinae maiestatis ostenderet. Fidem itaque rerum cursus implevit; nam et crucifixus praevento carnificis officio spiritum sponte dimisit et die tertio rursus a mortuis sponte surrexit.“ — *media orbem* Fuld. et ed. Haverk. In cett. libris et editis et scriptis extat *medium orbem*. Sol autem medium orbem (h. e. cursus sui) signat cum fit meridies. *signare* pro absolvere, claudere sic posuit Martial. Epigr. IV, 45. „Ut qui prima novo *signat* quinquennia lustro.“ Aliter placet Haverkampio, qui *signare* putat hic esse pro obsignare, obscurare, occultare, et respici verba illa apud Iobum IX, 7. de deo qui „soli dat iussa sua, nec oritur, signatque stellas.“ — *super Christo praedicatum.* V. Tertull. adv. Iud. 10. Lactant. IV, 19. Amos VIII, 9. 10. Ieremias XV, 9. Pro *deliquium* Erl. mendose habet *delictum*, et in seqq. voc. *id* ante *quoque* delet cum Lugd. II., qui id a prima manu habuerat. Put. Goth. Ampl. pro *qui id* praebent *quid.* Post *non scierunt* addunt Fuld. et inde edd. Rig. et Haverk. haec: *ratione non deprehensa negaverunt*, quae verba in reliquis libris tam scriptis quam editis omnibus absunt, et sine ullo incommodo abesse possunt. Dicit Tertullianus: Deliquium solis vulgaris generis putaverunt qui id quoque super Christo praedicatum non scierunt, et tamen eum mundi casum tamquam praecipue memorabilem in arcanis vestris habetis? Pro *casum* unus Vatic. habet *cassum* quod qui defenderent non defuerunt. Ceterum de solis isto deliquio v. praeter Augustin. C. D. III, 15. et Oros. VII, 4. Scalig. ad Hieron. Chron. p. 186. et de Emend. Tempp. p. 561. Bynaeus de Morte Chr. III, 8. — *in arcanis vestris* Put. Bong. Ampl. Fuld. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii quinque, et edd. Rig. Haverk. *in archivis vestris* Goth.

ctum et sepulchro conditum magna etiam militari manu custodiae diligentia circumsederunt, ne, quia praedixerat tertia die resurrecturum se a morte, discipuli furto amoliti cadaver fallerent suspectos. Sed ecce tertia die concussa repente terra, et mole revoluta quae obstruxerat sepulchrum, et custodia pavore disiecta, nullis apparentibus discipulis, nihil in sepulchro repertum est praeterquam exuviae sepulti. Nihilominus tamen primores, quorum intererat et scelus divulgare et populum vectigalem et famularem sibi a fide revocare, subreptum a discipulis iactitaverunt. Nam nec ille se in vulgus

Oxon. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. Retinui alteram scripturam *arcanis*, Rigaltio recte interpretante per *archivis*. Cf. supra cap. 19. init., ubi Fuld. habebat *et arcana memoriarum. Hunc Iudaei detractum* ed. Rig. ex coni. Fulvii Ursini, invitis omnibus libris. — *militari manu custodiae* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk. in quibus auctoritate unius Fuld. extat *militaris custodiae* voc. *manu* deleto. Pro *circumsederunt* Lugd. I. habet *circumserunt*, Lugd. II. contra et Agob. et unus Vatic. *circumsepserunt.* — *resurrecturum a morte* Oxon. In seqq. Agob. habet mendose *amoliri cadavere.* — *fallerent suspectos* h. e. suspicaces. Eodem significatu hoc adiectivum legitur apud Tertull. de Cultu Fem. II, 4. ad Uxor. I, 1. Add. Caton. distich. IV, 89. Cf. Hildebr. ad Apul. tom. I, p. 801. Lugd. II. pro *suspectos* mendose habet *susceptos.* — *Sed ecce tertia die* Put. Erl. Lugd. II. *Sed ecce die tertia* Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes. *Sed ad diem tertiam* Fuld. — *custodie pavore* Put. *custodum pavore* Lugd. II. mendose. — *exuviae sepulti* Codd. MSS. Lugdd. Put. ceterique mei omnes et edd. praeter Rig. in qua extat *exuviae sepulchri.* Fuld. habet *exuvias sepulturae.* — *primores Iudaeorum quorum intererat* Fuld. In seqq. verba *et scelus* delent Agob. et Lugd. II. — *scelus divulgare* sc. tamquam cadaver discipuli surripuissent. — *sibi a fide revocare* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. MSS. Pamelii omnes et edd. Rhen. Gelen. Herald. Rig. Haverk. *sibi a fide avocare* Fuld. *sibi ad fidem revocare* Gorz. Bong. Lugd. II. (a m. pr.) et edd. Gangn. Barr. Pamel. *a fide* sc. Christiana. Pro *famularem* in Fuld. Erl. Oxon. et Vatic. uno extat *familiarem.* — *Nam nec ille se in vulgus* Put. Goth. Oxon. Fuld. et edd. omnes. *Nec ille nam se in vulgus* Ampl. *Nam nec ille in vulgus se* Erl. Haverkampius putat restituendum *Iam* pro *Nam.* Sed hoc *Nam* bene stat, siquidem causam addit cur illi Iudaeorum primores id

eduxit, ne impii errore liberarentur, ut et fides, non mediocri praemio destinata, difficultate constaret. Cum discipulis autem quibusdam apud Galilaeam Iudaeae regionem ad quadraginta dies egit docens eos quae docerent. Dehinc ordinatis eis ad officium praedicandi per orbem circumfusa nube in caelum est receptus, multo verius quam apud vos adseverare de Romulo Proculi solent. Ea omnia super Christo Pilatus, et ipse iam pro sua conscientia Christianus, Caesari tunc Tiberio nuntiavit. Sed et Caesares credidissent super Christo, si aut Caesares non essent necessarii saeculo, aut si et Christiani potuissent esse Caesares. Discipuli quoque diffusi per orbem ex praecepto magistri dei paruerunt, qui et ipsi a Iudaeis

libere iactitare potuerint audere. In sqq. pro *ut et fides* Fuld. habet *sed ut fides*, Lugd. II. contra *et ut fides.* — *difficultate constaret* h. e. sui probandi copiam haberet. — *Iudaeae regionis ad quinquaginta dies egit* Fuld. — *in caelum est ereptus* Fuld. et inde edd. Rig. et Haverk. In reliquis libris tam scriptis quam editis omnibus legitur *in caelum est receptus.* Oxon. corrupte exhibet *in caelum esse receptum.* — *multo verius quam* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Agob. Fuld. Oxon. edd. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Haverk. *multo melius quam* edd. Rhen. Herald. Rig. — *de Romulis Proculi* Fuld. et inde edd. Rig. et Haverk. Reliqui libri scripti et editi exhibent *de Romulo Proculi.* In seqq. Erl. pro *super Christo* habet *de Christo.* Epistolae Pilati suppositiciae extant inter Opera Dionys. Areopag. ed. Colon. cum comment. Dion. Carthag. p. 757., et in Tertullianei Apologetici ed. Barraeana in adn. ad cap. 5., alibi. V. Euseb. H. E. II, 2. I. Alb. Fabricius Cod. Apocryph. N. T. P. I., p. 214. et 298 sqq. et P. III. p. 455. Tob. Eckhardus in Non-Christianorum de Christo Testimoniis p. 114 sqq. Franc. Buddeus Comment. de Pontio Pilato Evang. Veritatis teste (insert. eius Meditatt. Sacr.) p. 67. — *Caesari tunc Tiberio* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Fuld. et edd. omnes praeter Gelen. et Pamel., quae habent *tum* pro *tunc.* — *non essent necessarii saeculo* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. In edd. vulgo extat *non essent saeculo necessarii.* Pro *aut si et* Erl. habet *aut et si.* Particulam *si* prorsus delet Fuld. *si aut Caesares non essent saeculo necessarii* h. e. saeculi studiis addicti et arctissimo vinculo cum eo coniuncti. Apte citat Rigaltius illud Fl. Vopisci de Aureliano: „Hic finis Aureliano fuit, principi necessario magis quam bono.“ Mox: *Discipuli vero diffusi* Fuld. — *ex praecepto* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. Fuld. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel.

insequentibus multa perpessi utique pro fiducia veritatis libenter, Romae postremo per Neronis saevitiam, sanguinem Christianum seminaverunt. Sed monstrabimus vobis idoneos testes Christi ipsos illos quos adoratis. Multum est si eos adhibeam ut credatis Christianis propter quos non creditis Christianis. Interim hic est ordo nostrae institutionis, hunc edidimus et sectae et nominis censum cum suo auctore. Nemo iam infamiam incutiat, nemo aliud existimet, quia nec fas est ulli de sua religione mentiri. Ex eo enim quod aliud a se coli dicit quam colit, negat quod colit, et culturam et honorem in alte-

Herald. Haverk. In sola ed. Rig. praepositio *ex* desideratur. In seqq. ad voc. *paruerunt* in Lugd. II. manus recentior adscripsit *praedicaverunt.* Pro *insequentibus* Fuld. praebet *persequentibus.* — *Sed monstravimus vobis* Put. Goth. Ampl. Bong. Lugd. II. edd. Rhen. Rig. *Sed monstrabimus vobis* Erl. Lugd. II. Oxon. Fuld. et edd. Gangn. Barr. Pamel. Herald. Haverk. *Sed demonstrabimus vobis* ed. Gelen. — *ipsos illos quos adoratis.* Intelligit daemonas in simulacris a gentibus adoratos, qui Christo testimonium perhibebant cum a Christianis adiurarentur et eiicerentur. Pro *adoratis* ed. Rhen. mendose praebet *narratis.* — *si ea adhibeam* Erl. — *ut credatis Christiani* ed. Haverk. ex coni. Heraldi, invitis libris omnibus. Perperam. Verba *propter quos non creditis Christianis* prave delent edd. Gelen. et Pamel. invitis libris omnibus. Post illa autem in Put. incipit caput vigesimum secundum, in cett. Codd. MSS. meis caput vigesimum primum, quod in utrisque inscriptum est DE DEO OMNIPOTENTE CHRISTO. — *hic est ordo noster* Goth. Ampl. — *hunc edimus* Fuld. et inde ed. Haverk. In cett. libris et editis et scriptis omnibus legitur *hunc edidimus.* — *sectae et nominis censum.* De voc. *census* diximus supra ad cap. 10. — *infamiam incutiat* sc. nobis propter sacra nostra, uti facere consuestis. Ostendimus enim ea pura et casta. In Fuld. est *infamiam concutiat.* — *nemo aliud existimet* sc. esse, aliud a nobis dici. — *quia nec fas est* Put. Erl. (Fuld.? Lugdd.?) et edd. omnes. *quia nefas est* Goth. Ampl. Oxon. — *mentiri. Eo enim* ed. Rig. ex auctoritate Fuld. In seqq. pro *dicit* Agob. habet *dixit* et in Oxon. abest praepositio *a* post *aliud.* De ellipsi pronominis *aliquis* v. Ochsner ad Cic. Ecl. p, 142. et p. 182. Beier ad Cic. de Offic. I, 33. p. 256. et ad II, 11. p. 76 sqq. — *quod colit et culturam et honorem* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk. in quibus verba *et culturam* deleta sunt ex auctoritate unius Fuldensis. Agob. delet voc. *hono-*

rum transfert, et transferendo iam non colit quod negavit. Dicimus et palam dicimus et vobis torquentibus lacerati et cruenti vociferamur: Deum colimus per Christum. Illum hominem putate, per eum et in eo se cognosci et coli vult deus. Ut Iudaeis respondemus, et ipsi deum per hominem Moysen colere didicerunt: ut Graecis occurram, Orpheus Pieriae, Musaeus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Boeotiae initiationibus homines obligaverunt: ut ad vos quoque dominatores gentium adspiciam, homo fuit Pompilius Numa, qui Romanos operosissimis superstitionibus oneravit. Licuerit et Christo commentari divinitatem, rem propriam, non qua rupices et adhuc feros homines multitudini tot numinum demerendorum

rem. — *in alterum transferet* Put. Erl. Agob. Lugd. II. *in alterum transfert* Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes. — *et cruentati vociferamur* Fuld. et inde ed. Haverk. Pro *vociferamur* Erl. habet *vociferamus.* Mox: *Illum hominem putari* Gorz. — *per eum se cognosci et coli deus voluit* Fuld. *per eum et in eo se cognosci et coli vult deus* Put. Goth. Ampl. Erl. *p. e. se cognosci vult et coli deus* Lugd. II. *per eum et in eo se cognosci vult deus et coli* edd. omnes. *Ut Iudaeis respondeamus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. et edd. omnes praeter Pamel. et Haverk., quarum in illa legitur *Ut autem Iudaeis respondeamus* auctoritate Cod. Gandav., in altera *Ut Iudaeis respondeam* auctoritate Cod. Fuld. — *et ipsi dnm* (h. e. *dominum*) *per* Put. *et ipsum deum per* Oxon. In seqq. voc. *hominem* ante *Moysen* delet cum Fuld. ed. Haverk. — *Trophonius Boeotiae* (*Tryphonius B.* Fuld. *Trophenius B.* Put. *Trophinius Boetiae* Goth. Ampl. Oxon. *Trophemus cetiae* Erl. *Boetiae* MSS. Pamelii omnes vitiose). De Orpheo et Musaeo eorumque sacris v. in universum Lobeckii Aglaophamus. De Melampode Creuzer Symbol. IV, 34 seqq. et inprimis Eckermann in Diss. Melampus und sein Geschlecht, ein Cyclus mythol. Untersuch. Götting. 1840. De Trophonio v. Otfr. Müller Orchom. p. 132 sqq. Panofka Terrak. des Berl. Mus. p. 112. Gerhardi Prodr. I., p. 54. et Id. in Archaeol. Zeit. a. 1843. p. 1 sqq. — *gentium convertar*, *homo fuit* Fuld. Cf. de Praescr. Haeret. 40. Arnob. II, 12. VII, 26. Kopp ad Mart. Capell. I., §. 63. p. 104. Hartung Relig. d. Roem. I., p. 212 sqq. — *Licuerit de Christo* Agob. et Lugd. II. qui etiam in seqq. super voc. *rem* superscriptum habet *sibi.* In Fuld. verba *rem propriam* (Haverk. coni. *re propriam*) prorsus absunt. — *non qua* (in Put. superscr. *o* littera, ut si *quo* corrigere voluerit librarius) *rupices et adhuc* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. Lugd II. *non quae*

attonitos efficiendo ad humanitatem temperaret, quod Numa, sed qui iam expolitos et ipsa urbanitate deceptos in agnitionem veritatis ocularet. Quaerite ergo si vera sit ista divinitas Christi. Si ea est qua cognita ad bonum quis reformatur, sequitur ut falsae renuntietur, conperta inprimis illa omni *natione* quae delitiscens sub nominibus et imaginibus mortuo-

rupices et adhuc Lugd. I. *non qua rudes et adhuc* Fuld. *non qui rupices et adhuc* edd. omnes praeter Rhen. quae habet *non quia rupices et adhuc.* De voc. *rupex* v. Fest. v. *Petrones* et v. *Squarrosus;* cf. Tertull. de Anima 6. f. de Pallio 4. et ibi adn. Salmasii p. 283. Gell. N. A. XIII, 9. — *multitudini tot numinum* Goth. Ampl. *multitudini tot nominum* Put. Fuld. Lugd. I. ed. Haverk. *multitudini tot hominum* Agob. Lugd. II. *multitudine tot hominum* Erl. *multitudinem tot numinum* ed. Rhen. *multitudine tot numinum* Oxon. et edd. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. Rig. Reposui *multitudini* qui dativus pendet ab *attonitos.* In seqq. pro *quod Numa* Fuld. habet *quo Numa.* Pro *demerendorum* ed. Rhen. *demendorum* habet vitiose, pro quo Rhen. in marg. coni. *demendo.* — *sed iam quia expolitos* Oxon. *sed quia iam expol.* Erl. Goth. Ampl. *sed quod iam expol.* Fuld. *sed qui iam expolitos* Put. et edd. omnes, *urbanitate deceptos* vocat supra cap. 17. „institutionibus pravis circumscriptos.“ Cf. de Testim. An. 1. — *veritatis occularet* Put. Oxon. *veritatis occultaret* Lugd. II. *veritatis ocularet* (h. e. oculis instrueret) Goth. Ampl. Erl. et edd. omnes. Cyprian. de Idol. Van. 7. haec eodem modo expressit his verbis „Per orbem vero discipuli non magistro sed deo monente diffusi praecepta in salutem dare ab errore tenebrarum ad viam lucis adducere caecos et ignaros *ad agnitionem veritatis oculare.*“ Idem verbum apud Tertullianum occurrit de Paenit. 12. de Pudic. 8. — *si vera est ista* Fuld. Pro *Quaerite ergo* Erl. habet *Quaerite igitur.* — *qua* (*quia* Erl.) *cognita ad bonum quis reformatur* Put. Erl. Lugd. II. edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *qua cognita ad bonum quis reformetur* Goth. Ampl. Oxon. ed. Gelen. *qua cognita quis reformetur ad bonum* edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?). — *sequitur ut falsae renuntietur conperta* Put. Ampl. Fuld. Lugd. II. Oxon. edd. Pam. Herald. ceteris deletis. *sequitur ut false renuntietur quaevis alia contraria comperta* Erl. *s. ut falsa renuncietur quaevis alia contraria comperta* Goth. Agob. edd. Rig. Haverk. *s. ut false renuncientur: comperta* ceteris deletis ed. Rhen. *s. ut falsae renunciet: comperta* ed. Gelen. Barr. cett. deletis. *s. ut falsa renuntietur comperta* ed. Gangn. — *illa omni natione* emendavi pro *illa omni ratione* quod omnes Codd. MSS. et edd. tenent, praeter Fuld. et ed. Rig. in qui-

rum quibusdam signis et miraculis et oraculis fidem divinitatis operatur.

22. Atque adeo dicimus esse substantias quasdam spiritales; nec novum est nomen. Sciunt daemones philosophi, Socrate ipso ad daemonii arbitrium exspectante. Quidni? cum et ipsi daemonium a pueritia adhaesisse dicatur, dehortatorium plane a bono. Omnis sciunt poetae, etiam vulgus indoctum

bus verba *omni ratione* absunt. Significat daemonas, de quibus proximo capite dicturus est. *delitiscens* scripsi cum Put. pro vulg. *delitescens*. Illam verbi formam tuentur Codd. MSS. vetustissimi et bonitate insignes, ut Parisinus ille Arnobii VI, 22. Minucii Fel. Oct. 27., ut Palimpsestus ille Ciceronis Or. pro Tullio §. 33., ubi v. Beierum, ut plures Ciceronis N. D. II, 49. extr. ut optimus Florent. tertius Apuleii in Metam. IX, 40. cf. p. 672. et Florid. IV, 19. p. 96., ut venerandae aetatis denique ille Agobardinus liber Tertull. ad Natt. I, 16. De loco Tertulliani conferendus est etiam Minuc. Fel. Octav. l. l. —

22. — *Atque ideo dicimus* Goth. (sed in hoc ab eadem manu antiqua super *ideo* scriptum extat *a deo*) Ampl. Oxon. In cett. Codd. MSS. ut et in edd. omnibus est *Atque adeo dicimus*. Particula *adeo* saepissime in Tertulliani scriptis occurrit transitionibus ita inserviens ut nec causalem quandam vim prorsus excludat, ut supra capp. 1. et 4. Vertimus fere „somit" vel „sonach" aut „also." In seqq. Ampl. et Erl. habent *spirituales* pro *spiritales*. — *nec nomen novum est* Put. Oxon. edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *nec novum est nomen* Goth. Ampl. edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) *nec novum nomen est* Erl. Lugdd. — *Sciunt daemones* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. I. edd. Rhen. Gangn. Barr. *Sciunt daemonas* Fuld. et cett. edd. De re cf. Euseb. Praep. Evang. V, 4. Augustin. Civ. Dei XVIII, 14. Minuc. Fel. Octav. 26 sq. et ibi Intt. Verbum *scire* pro *nosse* habuimus iam supra cap. 5. ubi v. quae adnotavi. — *a daemonio arbitrium* edd. Gangn. Barr. *ad daemonis arbitrium* Fuld. in quo etiam *et* particula abest ante *ipsi*. — *a pueritia adhaesisse* Put. Goth. Ampl. Erl. *adhaesisse a pueritia* edd. omnes. In seqq. in aliquot edd. perperam et praeter omnem sensum interpunctum est *dicatur. Dehortatorium plane a bono omnes* sqq. et edd. Rhen. Gangn. Barr. vitiose praebent *dicatur dehortando plane a bono. Omnes* sqq. ed. Rig. *dicatur*, *dehortatorium plane a bono. Daemonas sciunt* sqq. invitis libris manu scriptis omnibus partim ex coni. Ursini. Haverkampius distinxit *dehortatorium. Plane. a bono.* Verba *dehortatorium plane a bono* ex mente et iudicio Tertulliani sunt intelle-

in usum maledicti frequentat; nam et Satanan, principem huius mali generis, proinde de propria conscientia animae eadem exsecramenti voce pronuntiat. Angelos quoque etiam Plato

genda. Sic de Anima 1. „Sane, inquit, Socrates facilius diverso spiritu agebatur, siquidem aiunt daemonium illi a puero adhaesisse, pessimum revera paedagogum, etsi“ cett. In seqq. restitui *omnis* pro vulg. *omnes* ex Put. et Ampl. Pro *poetae* Lugd. II. mendose habet *pene*. De re v. praeter alios Maximum Tyrium Diss. XIV. et XV. quae totae agunt de Socratis daemonio. Inprimis vero huc pertinent verba Diss. XIV, 5. „*Τί δὴ νῦν; ἀποροῦντες περὶ τοῦ δαιμονίου τοῦ Σωκράτους, Ὁμήρῳ συνεγένοντο διηγουμένῳ αὐτῷ ἐκείνῳ ἃ διηγεῖτο; Περὶ μὲν τοῦ Ἀχιλλέως, ὅτι ἐν ἐκκλησίᾳ στρατιωτικῇ δημηγορῶν, διενεχθεὶς πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα, σπώμενος τὸ ξίφος, ὡς παίσων, κωλύεται ὑπὸ δαιμονίου. Ἀθηνᾶν καλεῖ τὸ δαιμόνιον. Αὕτη γὰρ* cett. — *etiam* (*et* Ampl.) *vulgus indoctum in usu* (*usum* Goth.) *maledictis frequentat* (Put. *Satanan.* Goth. et Ampl. *Sathanan*) Put. Ampl. Goth. Erl. Oxon. *Etiam vulgus ind. in usum maledicti frequentant. Satanam* Agob. Lugd. II. ed. Gelen. *Etiam v. ind. in usum maledictis frequentant Satanam* ed. Rhen. *Etiam v. ind. in usum maledictis frequentat. Nam et Satanam* Gorz. edd. Gangn. Barr. *Etiam* (*et iam* ed. Rig.) *v. ind. in usum maledicti frequentat. Nam et Satanam* Fuld. edd. Pam. Herald. Rig. *Et iam v. ind. in usum maledicti frequentat Satanam* ed. Haverk. Pertinet huc locus cap. 2. libri de Testimonio Animae: „*Et esse* (sc. daemonia) *et abominationem sustinere execrationes tuae respondent. Daemonium vocas hominem aut immunditia aut malitia aut insolentia aut quacumque macula, quam nos daemoniis imputamus, aut ad necessitatem odii importunum? Satanam denique in omni aversatione et aspernatione et detestatione pronuntias*“ sqq., quem locum recte interpretans Rigaltius adnotat haec: „Ergo Satanae vocabulum usurpatum Graecis aut Latinis nondum usurpatis.“ Etenim alloquitur animam non Christianam. Minime vero; sed Malum dixere nota interiectione apud Comicos aversantium aliquid aut aspernantium. Terentius Eunucho [IV, §. 10.] „Qui malum alii?“ Plautus Epidico [V, 2, 44.] „Quae, malum, haec impudentia est?“ [Adde Cic. Verr, II, 1, 20. Philipp. 10, 9. V. Parei Lex. Plaut. v. *Malum.*]. At Christianis *Malus* absolute ponitur pro Satana [Tertull. de Cultu Fem. 5. de Idol. 16. et 21. Paulin. Nol. Carmine adv. Paganos v. 158.] et hoc loco vicissim Tertullianus posuit pro Satana.“ — *animae eadem ex sacramenti* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. edd. Rhen. Gang. Barr. *animae eadem execramenti* Fuld. edd. Rig. Haverk. (cf. adv. Iud. 5.) *anima eadem ex*

non negavit; utriusque nominis testes esse vel magi adsunt. Sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens daemonum evaserit damnata a deo cum generis auctoribus et cum eo quem diximus principe apud litteras sanctas ordo cognoscitur. Nunc de operatione eorum satis erit exponere. Operatio eorum est hominis eversio; sic malitia spiritalis a primordio auspicata est in hominis exitium. Itaque corporibus quidem et valitudines infligunt et aliquos casus acerbos, animae vero repentinos et extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis ad utramque substantiam hominis adeundam subtilitas et tenuitas sua. Multum spiritalibus viri-

sacramenti edd. Gelen. Pamel. Herald. Forma *exsacramentum* pro vulg. *exsecramentum* fortasse retineri potest. Sic in antiquissimis membranis passim reperitur *infactus* pro *infectus*, *insparsus* pro *inspersus* et similia. Cf. adnot. ad Natt. II, 7. — *Plato non negavit.* V. Plat. Sympos. p. 327. Maxim. Tyr. Diss. XXVII. Apul. de Dogm. Plat. I, 11. ibique Intt. Cf. Martian. Cap. I, §. 154. p. 207. et ibi Kopp. Labeo ap. August. C. D. IX, 19. — *testes esse vel magi adsunt.* Put. Bong. Erf. Lugd. II. ed. Rig. *testis esse vel magi assunt.* Goth. Ampl. *testes esse vel magi deus* Lugd. I. mendose. *testes esse vel magi adserunt.* Fuld. Oxon. *testes vel magi adsunt* ed. Haverk. deleto voc. *esse.* In cett. edd. omnibus legitur *testes esse vel magos asserunt.* Herald. coni. *ecce vel magi adsunt*, sine iusta causa. Infinitivus ille finalis est, quem dicunt grammatici. Adsunt testimonio dicundo, nempe esse et daemonas et angelos; initio enim sequentis capitis Tertullianus dicit magos habere invitatorum angelorum et daemonum adsistentem sibi potestatem. De re cf. Min. Fel. Oct. 26. Arnob. adv. Nat. I, 43. — *gens daemonum evaserit.* Cf. Lactant. II, 15. August. C. D. XV, 23. Tertull. de Idol. 9. De daemonum ex Egregororum semine ortus fabula, nata illa ex verbis Genes. 6, 2. male intellectis, v. Ioseph. Antiqu. Iud. I, 3. Suid. s. v. *Μιαιγαμίας.* Scalig. ad Euseb. Chron. p. 403 sqq. Auctor Testam. Patriarch. in Testam. Rubenis cap. 5. Pamel. Parad. Tertull. 1. Athenag. Leg. pro Christ. 22. Commodianus Instr. I, 3. ubi v. quae adnotavi. — *auctoribus et quem diximus principem aut litteras* Fuld. omissis reliquis. *ordo cognoscitur* Put. Goth. Ampl. Erl. Fuld. Lugdd. Agob. ed. Haverk. *ordine cognoscitur* edd. reliquae omnes et fortasse Cod. Oxon. — *satis est exponere* Ampl. In seqq. praepositionem *ad* ante *utramque* vitiose delet Lugd. I. — *hominis adeundam subtilitas* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. alii

bus licet, ut invisibiles et insensibiles in effectu potius quam in actu suo appareant, si poma, si fruges nescio quod aurae latens vitium in flore praecipitat, in germine exanimat, in pubertate convulnerat, ac si caeca ratione temptatus aër pestilentes haustus suos offundit. Eadem igitur obscuritate contagionis adspiratio daemonum et angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus et amentiis foedis aut saevis libidinibus cum erroribus variis, quorum iste potissimus quo deos istos captis et circumscriptis hominum mentibus commendat, ut et

codd. mss. et edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. *hominis adeundam mira subtilitas* Fuld. et ed. Haverk. *hom. alendam subtilitas* ed. Rhen. vitiose. *hom. laedendam subtilitas* edd. Gangn. Barr. In Lugd. I. extat mendose: *hominis adeundam subtilitatis et tenuitatis suae multum spiritalibus virtus licet.*, mendosissime pro more. In seqq. ed. Rhen. cum Lugd. I. habet *viribus. licet et* (Rhenan. in mg. mavult: *viribus licet*, *et*, ut extat in edd. Gangn. Barr.) *invisibiles.* — *in effectu potius* Put. Oxon. alii et edd. omnes praeter Rhen. in qua extat *in affectu potius*, quomodo legitur etiam in Goth. et Erl. *in affectum potius* habet Ampl. Pro *appareant* Lugdd. habent *apparent.* Rhen. in marg. suae ed. coni. *apparent. Ac si poma* sqq. — *nescio quid aurae* Ampl. Erl. Pro *latens* Fuld. habet *latentis.* In seqq. pro *exanimat* in Put. et ed. Gelen. mendose extat *examinat.* — *convulnerat: si caeca* edd. Gangn. Barr. *convulnerat at si caeca* Lugd. II. *caeca ratione temptatus* h. e. ignota causa male affectus. Erl. pro *temptatus* praebet *turbatus.* — *haustus suos effundit* Oxon. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *haustus suos offundit* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Gandav. Elnon. et cett. edd. omnes. Pars edd. distinguit: *appareant. Si poma — — — offundit: eadem igitur*, minus bene. — *foedis ac saevis* edd. omnes praeter Pamel., qui edidit *foedis aut saevis* ex Codd. MSS. Gallicis et Belgicis suis, et ita habent etiam Fuld. Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Agob. Lugdd. Verbum *agere* hic positum pro *adigere*, vel *efficere*, *operari.* — *quod eos istos* Put. Goth. Ampl. Lugd. I. *quod eos ipsos* Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *quo deos istos* Fuld. Erl. Lugd. II. edd. Rig. Haverk. In seqq. voc. *hominum* abest Fuld. et verba *et circumscriptis* in Ampl. — *mentibus comedat.* (*commedat* Put. Oxon.) Put. Goth. Ampl. Oxon. Bong. Vatic. unus, Elnon. Gandav. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. *mentibus commendat* Fuld. Erl. (Lugdd.?) edd. Gelen. Herald. Rig. Haverk. Illam plurimorum Codd. MSS. scripturam falsam non intellego quomodo non-

sibi pabula propria nidoris et sanguinis procuret simulacris et imaginibus oblata. Et quae illi accuratior pascua est, quam ut hominem e cogitatu verae divinitatis avertant praestigiis falsis? Quas et ipsas quomodo operetur expediam. Omnis spiritus ales est. Hoc angeli et daemones. Igitur momento ubique sunt, totus orbis illis locus unus est, quid ubi geratur tam facile sciunt quam adnuntiant. Velocitas divinitas creditur, quia substantia ignoratur. Sic et auctores interdum vi-

nulli putare potuerint tuendam ex verbis Plinii H. N. XXX, 1. fin.: „Hominem occidere religiosissimum, mandi vero saluberrimum.“ In seqq. pro *procuret* Fuld. habet *curet.* Post *simulacris* particulam *et* inserunt Fuld. et ed. Haverk., quae quidem abest in reliquis libris et scriptis et editis omnibus. In seqq. pro *oblata*, quod vocabulum abest in Fuld., Erl. habet *immolata.* — *et quae illi accuratior pascua est* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. edd. Rhen. Gangn. Barr. Pamel. (ex suis MSS.) Herald. *et quae illis accuratior pascua est* Fuld. et edd. Rig. Haverk. *et quae illi accuratiora pascua sunt* ed. Gelen. *accuratior* h. e. quae magis curae illi est. — *quam ut hominem e cogitatu* Put. Oxon. ed. Herald. *quam hominem e cogitatu* Goth. Ampl. Lugd. Agob. *nisi ut hominem a recogitatu* Fuld. *quod hominem a cogitatu* Erl. *qua hominem e cogitatu* edd. Rhen. Gangn. Barr. In edd. Gelen. et Pamel. legitur *hominem e cogitatu* deletis prorsus quae in aliis antecedunt particulis *quam ut* vel *quam* aut *qua;* delet etiam Haverk. qui tamen ex Fuld. recepit *a recogitatu.* Ed. Rig. habet *quam ut hominem a recogitatu.* — *avertat praestigiis falsis? quas et ipsas quomodo ut operetur* Put. Goth. Ampl. *avertat praestigiis falsis? quas et ipsas quomodo operetur* Erl. Oxon. edd. Gelen. Gangn. Barr. Pamel. Herald. *avertant praestigiis falsae divinationis? quas et ipsas quomodo operentur* Fuld. edd. Rig. Haverk. *avertat praestigiis falsis, quas et ipsas quomodo operentur* Agob. Lugd. I. ed. Rhen. Cum nonnulli vel optimae notae Codd. MSS. particulam *ut* ante *operetur* inserant (pars etiam deleat supra ante *hominem*) perquam verisimile est eam ex superiore linea huc aberrasse. — *ales est. Hoc angeli* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Haverk. *ales. hoc et angeli* Fuld. et ed. Rig. — *quid igitur geratur* Erl. *quid ubique geratur* edd. Rhen. Gangn. Barr. Pamel. *quod ubique geratur* ed. Gelen. *quid ubi geratur* Put. Bong. Fuld. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. edd. Herald. Rig. Haverk. Duplicem interrogationem in uno ita membro collocatam habuimus supra cap. 19. fin. — *quam adnuntiant* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Fuld.

deri volunt eorum quae adnuntiant; et sunt plane malorum nonnunquam, bonorum tamen nunquam. Dispositiones etiam dei et tunc prophetis concionantibus excerpunt et nunc lectionibus resonantibus carpunt. Ita et hinc sumentes quasdam temporum sortes aemulantur divinitatem, dum furantur divinationem. In oraculis autem quo ingenio ambiguitates temperent in eventus sciunt Croesi, sciunt Pyrrhi. Ceterum testudinem decoqui cum carnibus pecudis Pythius eo modo renuntiavit quo supra diximus; momento apud Lydiam fuerat. Habent de incolatu aëris et de vicinia siderum et de commercio nubium caelestes sapere paraturas, ut et pluvias, quas iam sentiunt,

Lugdd. *quam enuntiant* edd. omnes. — *et tunc prophetis* Put. Bong. Fuld. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. edd. Herald. Rig. Haverk. *et nunc prophetis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. In seqq. Rig. et Haverk. auctoritate unius Fuld. pro *excerpunt* ediderunt *exceperunt*, quod reponendum putabat iam olim Heraldus. Retinui vulgatam cett. omnium librorum tam scriptorum quam typis excusorum lectionem. Praesens positum pro perfecto. Similiter Statius Theb. V, 81.: „nam me *tunc* libera curis Virginitas annique *tegunt.*“ *lectionibus* sc. sacrorum prophetarum librorum. In seqq. pro *dum furantur* Lugd. I. habet *dei furantur*, errore librarii. — *quod ingenio* Lugd. II. vitiose, in quo libro in seqq. etiam praepositio *in* deleta est manu rec. Fuld. pro *in eventus* habet *in eventum.* — *sciunt Croesi*, *sciunt Pyrrhi.* De oraculo ab Apolline Pyrrho regi dato refert Ennius ap. Cic. de Div. II, 56., de Croeso v. Herodot. I, 47. Cf. Lucian. Dial. Deor. 16. Hieron. in Esaiam 41. Euseb. Praep. Evang. V, 10. — *cum carnibus pecudum* Erl. *cum carnibus pecoris* Fuld. In seqq. pro *renuntiavit* Erl. et Lugd. I. habent *denunciavit.* — *apud Lydiam fuerant* Fuld. Croesus cum agnina carne decoxerat testudinem idque clam, quod Pythia divulgavit; nec mirum, fuerat enim in Lydia daemon Pythius momento temporis. — *habens de incolatu* Goth. Ampl. Lugdd. ed. Rhen. (in cuius tamen marg. Rhen. emendat *habent*) *habentes de incolatu* Fuld. *habent de incolatu* Put. Oxon. Erl. et edd. omnes. *habent sapere* hellenismus est apud Tertullianum satis frequens; sic de Anima 55.: „habes credere.“ de Resurr. Carnis 26. „habemus allegorizare.“ de Ieiun. 8. „habens efficere.“ Apolog. 37. „habent odisse.“ V. Intt. ad Cic. Tuscul. I, 8. et IV, 9. tom. II, p. 305. ed. Moser. — *caelestes sapere paraturas.* Vox *paratura* est Tertullianea. Sic de Spectac. 4. „universa *paratura* spectaculorum.“ de Pall. 3. f. „*paratura* materiarum.“ adv.

repromittant. Benefici plane et circa curas valitudinum. Laedunt enim primo, dehinc remedia praecipiunt ad miraculum nova sive contraria, post quae desinunt laedere, et curasse creduntur. Quid ergo de ceteris ingeniis vel etiam viribus fallaciae spiritalis edisseram? phantasmata Castorum, et aquam cribro gestatam, et navem cingulo promotam, et barbam tactu inrufatam, ut numina lapides crederentur, ut deus verus non quaereretur?

Valent. 26. „*paratura* mundi." Pontius in Vita Cypriani: „Et iam veteres ac pristinas tenebras sola *lucis paratura* vincebat." In Lugd. I. extat: *paraturas et pluvias quas i. s. repromittunt.* In Erl. abest voc. *quas* post *pluvias.* — *Benefici plane* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. et edd. omnes praeter Haverk., in qua auctoritate unius Fuld. extat *Venefici plane.* Male si quid iudico; cum appellat *beneficos* daemones istos, per summam ironiam loquitur. Erl. et ed. Rhen. habent *Beneficii* quod tamen Rhenanus in marg. suae ed. emendat in *Benefici.* Idem Codex in seqq. pro vulg. *circa curas valitudinum* praebet *circa medicinas valitudinum.* De re cf. ad hunc locum Tatian. Or. ad Gr. 31. ad fin. Minuc. Fel. Oct. 26. quae ibi notarunt Intt. — *Laedunt enim primum* Lugd. I. Pro *miraculum* Erl. habet *miracula*, et Lugd. II. *seu contraria* pro *sive contraria.* — *postquam desinunt laedere* Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *post quae finiunt laedere* Lugd. II. In cett. et scriptis et editis libris legitur ut in mea editione. De re cf. inprimis Psellum de Operat. Daemonum p. 145. Maxim. Tyr. Diss. XIX, 3 sqq. ibique Intt. Tatian. et Minuc. Fel. l. l. Reiff. ad Artemidor. II. p. 452. Gies. ad Cic. de Divin. I, 43. Arnob. adv. Nat. I, 48. ubi v. quae adnotavi. Pro *et curasse creduntur*, quod in omnibus scriptis et editis libris extat, Latinii *ut curasse credantur* emendatio est pessima. — *Quid ego de ceteris* ed. Gangn., quod probat etiam Haverk. In seqq. post *edisseram* Fuld. addit et inserit haec: *dum oracula profitetur*, *dum miracula exercet.* — *phantasmata Castorum.* V. Valer. Max. I, 8, 1. et 2. Flor. I, 11. et II, 12. Cf. Cic. Tuscul. I, 12. Lactant. II, 8. et 17. Minuc. Fel. Oct. 7. et 27. — *et aquam cribo gestatam.* V. Valer. Max. VIII, 1. Plin. H. N. XXVIII, 2. Augustin. C. D. X, 16. — *et navem cingulo promotam.* V. Iulian. Or. V, p. 159 sqq. Ovid. Fast. IV, 305 sqq. Liv. XXIX, 14. Lactant. II, 7. Augustin. C. D. X, 16. Cf. Solin. Polyh. 7. Minuc. Fel. Oct. 7. Arnob. VII, 49. Hieron. c. Iovin. I, 16. — *et barbam tactu irrufatam.* V. Sueton. Nerone 1. — *ut numina* Put. Goth. Ampl. Erl. Fuld. Lugd. II. Oxon. et edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. *et ut numina* ed. Rhen. *ut et*

23. Porro si et magi phantasmata edunt et iam defunctorum infamant animas, si pueros in eloquium oraculi elidunt, si multa miracula circulatoriis praestigiis ludunt, si et somnia immittunt habentes semel invitatorum angelorum et daemonum

numina edd. Gangn. Barr. Haverk. — *ut deus verus non quaereretur.* Put. Goth. Ampl. *nec deus verus quaereretur* Erl. *et deus verus, non quae effecerint* Fuld. *et deus verus non quaereretur* cett. Codd. MSS. quotquot novi, et edd. —

23. — Caput vigesimum tertium, quod in Goth. Ampl. Oxon. aliisque libris scriptis est vigesimum secundum, in his et in Put. inscriptum est: DE FANTASMATIBVS MAGICIS ET DAEMONIIS. — *Porro etsi magi* Erl. Lugd. II. — *etiam defunctorum* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. In edd. est *et iam defunctorum.* — *infamant animas* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. Lugdd. quinque MSS. Pamelii edd. Rig. et Haverk. Reliquae edd. habent omnes *inclamant animas.* Magi autem infames reddunt animas defunctorum maleficiis suis. Iuvat apponere in loci explicationem Heraldi verba valde accomoda: „Amat Tertullianus verbis uti quae ex consequenti aut accidenti rem ipsam significent. Quoniam igitur hac ratione quasi traducuntur animae evocatae, idcirco *infamare* dixit pro inclamare et evocare atque hac evocatione quasi infamiam incutere. Sic de Anima 17. „*Itaque mendacium visui obiicitur, quod remos in aqua inflexos vel infractos adseverat adversus conscientiam integritatis, quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam persuadeat, quod aequalissimam porticum angustiorem in ultimo infamet,*" id est angustiorem exhibeat atque hoc pacto quasi depretiet detracta aequalitate qua praecipue censebatur." — *si puros* (sed a m. rec. superscr. *pueros*) Lugd. II. unde Haverk. putabat forte legendum *si puros pueros.* — *oraculi elidunt* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et quinque Pamelii MSS., edd. Rig. Haverk. *oraculi eliciunt* Oxon (?) et reliquae edd. omnes. *oraculi edunt* Fuld. Rigaltius aliique verbum *elidere* interpretantur per *consternere* et ad vaticinantis morem ut corruat referunt. De hoc genere vaticinationis citant Elmenhorst. ad Gennad. p. 195. et 210. Bonifac. Hist. Ludicr. VIII, 21. Io. Sarisberiensis Policrat. II, 28. Casaub. ad Spartiani Did. Iul. 7. cf. Apul. de Magia 42 sq. Iustin. M. Apol. I, 18. At mihi quidem rectius videtur aliter locum hunc interpretari cum Adr. Iunio, scilicet de cruento puerorum sacrificio quo passim usos esse veteres in vaticinatione testes sunt Dio Cass. LXXIII, 16. Clem. Recogn. II, 13. Euseb. H. E. VIII, 14. IX. 9. V. Constant. I, 36. Lucan. Phars. VI, 554 sqq. Philostrat. V. Apoll. VIII, 5. Amm. Marcell. XXIX, 2. — *somnia immittuntur* Oxon.

adsistentem sibi potestatem, per quos et caprae et mensae divinare consuerunt: quanto magis ea potestas de suo arbitrio et pro suo negotio studeat totis viribus operari quod alienae praestat negotiationi? Aut si eadem et angeli et daemones operantur quae et dei vestri, ubi est ergo praecellentia divinitatis, quam utique superiorem omni potestate credendum est? Non ergo dignius praesumetur ipsos esse qui se deos faciant, cum eadem edant quae faciant deos credi, quam pares angelis et daemonibus deos esse? Locorum differentià distinguitur, opinor, ut a templis deos existimetis, quos alibi deos non dicitis; ut aliter dementire videatur qui

In seqq. super voc. *semel* a m. rec. scriptum est *secum* in Lugd. II. Dixi de significatu adverbii *semel* supra ad cap. 9. cf. 10. et 11. De magorum potestate somnia immittendi v. Irenaeum adv. Haer. I, 12. et 24. Euseb. H. E. IV, 7. Io. Sarisb. Policrat. I, 10. Iustin. Apol. I, 18. Galen. Simpl. Med. X, 275. De circulatoriis praestigiis doceri qui desiderat adeat Intt. ad Arnob. I, 43. et ad Apul. Metam. I, 4. Intt. ad Min. Fel. Oct. 26. Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. I, 14. ibique Argolum apud Graev. in Thes. Antiqu. Rom. tom. IX, p. 153. et Bulenger. de Theatro I, 40. ibid. p. 902 — *adsistentem* h. e. *πάρεδρον*. Cf. Euseb. H. E. IV, 7. Rufin. H. E. II, 13. Sulpic. Sever. Dial. III, 8. Tertull. de Anima 28. *et caprae et mensae.* V. Euseb. Praep. Evang. II, 10. Sozomen. H. E. VI, 35. Fabric. Bibliogr. Antiqu. p. 410, — *divinare consuerunt* Put. Goth. Ampl. In cett. et editis et scriptis libris extat *divinare consueverunt.* — *ea potestas* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. *illa potestas* edd. Gelen. Pamel. In seqq. pro *studeat* Erl. habet *student* et deinde *praestant* (hoc etiam in ed. Rhen.) pro *praestat.* — *ubi ergo praecellentia* Lugd. I. deleta particula *et.* — *omni potente* (a m. rec. superscr. *tiam*) Lugd. II. Agob. In Fuld. sic legitur: *quae utique superior omni potestate credenda est?* — *qui se deos faciunt* (et in seqq. *fedant* pro *edant*, sed corr.) Erl. — *quam pares angeli et daemones esse* Fuld. mendose. — *quam impares angelis* Oxon. Goth. Ampl. — *differentia distinguit* Fuld. et ed. Haverk. Idem Codex in seqq. habet *ut in templis.* — *deos existimetis* Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes praeter Rig. in qua extat *deos aestimetis*, ut praebet etiam Erl. — *dementare videatur* Put. (in quo tamen primitus fuerat *dementire*) Goth. Ampl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *dementire videatur* Put. a m. pr. Fuld. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *dementitare videatur* Oxon. Formam *dementire* tuentur

sacras turres pervolat, aliter qui tecta viciniae transilit, et alia vis pronuntietur in eo qui genitalia vel lacertos, alia qui sibi gulam prosecat. Compar exitus furoris et una ratio est instigationis. Sed hactenus verba; iam hinc demonstratio rei ipsius, qua ostendemus unam esse utriusque nominis qualitatem. Edatur hic aliqui ibidem sub tribunalibus vestris quem daemone agi constet: iussus a quolibet Christiano loqui spi-

Codd. MSS. optimi et antiquissimi etiam in loco libri de Anima 18. V. Buenem. ad Lact. IV, 7, 12. et inprimis ad Lactant. de Mort. Persecut. 7. p. 1386. Hildebr. ad Apul. de Mag. 45. tom. II, p. 543. — *pronuncietur in illo qui* Erl. Pro *lacertos* Lugd. II. mendose habet *laceratos*. Respicit hic Tertullianus Bellonarios et Gallos, qui in honorem dearum suarum sibi lacertos et genitalia prosecabant. Ceterum iuvat apponere hic verba Minucii Oct. 27.: „Hi sunt et furentes quos in publicum videtis excurrere, *vates et ipsi absque templo*, sic insaniunt, sic bacchantur, sic rotantur; par et in illis instigatio daemonis, sed argumentum dispar furoris," ad quem locum explicandum facit Clemens Recogn. V, 13. Homil. IX, 7. — *alia in eo qui* Fuld. et inde ed. Haverk. In cett. Codd. MSS. quotquot novi et edd. omnibus legitur ut supra *alia qui.* — *gulam laceratam conparat. Exitus* Erl. *gulam prosectam. Compara* (sed ultima litterula in Put. compunctata est) *exitus* (*exteris* Lugd. II.) Put. Lugd. II. *gulam prosecat. Compara exitus* 1 Vatic. Elnon. Gandav. *gulam prosecat cum par exitus* Goth. Ampl. 1 Vatic. et edd. Rhen. Gangn. Barr. *gulam prosecat compara exitus* Fuld. *gulam prosecat. Compar exitus* Oxon. et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. In seqq. Lugd. I. mendose habet *ratione instigationis* et pro *instigationis* in edd. Rhen. et Gelen. mendose extat *investigationis*, quod vitium Rhenanus in ed. tertia primum sustulit ex Cod. Gorz. — *quam ostendemus* Put. Goth. Ampl. Erl. — *Edatur hic aliqui ibidem sub* Put. Bong. Oxon. Agob. Lugd. II. Pithoean. *Edatur hic aliquis ibidem sub* Erl. *Edatur hic aliqui sibi desub* Ampl. *Ed. h. aliqui sibidem sub* Goth. *Ed. hic ibidem sub* Fuld. (qui etiam pro *tribunalibus vestris* habet *tribunali vestro*) In edd. est: *Edatur hic aliquis sub* sqq. Haverk. coni.: *Ed. hic aliquis et quidem sub* sqq., mihique ipsi olim visum est sub *ibidem* latere forte *sinite* vel simile quidpiam. Sed bene stare illud *ibidem* ex Codd. MSS. auctoritate nunc bene video. Fac, inquit, hic eodem loco sistantur aliquis quem daemone agi constet et alter qui de deo pati existimetur, iam videbis Christiano exorcizanti daemones nec posse resistere nec audere. Pro *daemone agi* in edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.? est *daemone angi.* — *loqui se*

ritus ille tam se daemonem confitebitur de vero quam alibi deum de falso. Aeque producatur aliquis ex his qui de deo pati existimantur, qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt, qui ructando curantur, qui anhelando praefantur. Ista ipsa Virgo Caelestis pluviarum pollicitatrix, ipse iste Aesculapius

spiritus Lugdd. Fuld. habet: *confitebitur in vero est quam alibi deum quod in falso est.* Agob.: *tum se d. c. d. v. qui aliis deum se falso confitebitur.* Voc. *aeqae* in seqq. abest Lugd. II. — *quam alibi dominum de falso* Put. Oxon. — *aliquis ex his* Put. Erl. In cett. et editis et scriptis extat *ex iis.* — *qui de deo pati existimatur* Goth. Ampl. *de deo pati* est dei numine agitari uti fit in vatibus; Graeci vocant *ἐνθεοὺς, θεολήπτους, θεοφόρους, θεοφορουμένους, ἐνθεαστικοὺς, ἐνθουσιαστικούς.* De praepositionis *de* vi instrumentali dixi supra ad cap. 9. ad verba *de crudelitate.* — *qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt.* Isid. Origg. VIII, 9.: „Arioli vocati propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt et funesta sacrificia offerunt, iisque celebritatibus daemonum responsa accipiunt.“ Firm. Matern. Mathem. III, 7.: „Faciet etiam in templis manere sordide et sic semper incedere, et qui nunquam tondeant comam, et qui aliquid velint quasi a diis dictum hominibus nuntiare, quales solent esse in templis qui vaticinari consueverunt.“ Cf. Numer. XXIII, 1, 2, 3. — *qui aeris maleficum numen de nidore concipiunt* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *qui aris inhiantes numen de nid. conc.* Erl. *qui aris inhalantibus numen de nid. conc.* Fuld. in cett. et scriptis et editis libris omnibus legitur *qui aris inhalantes numen de nid. concipiunt.* — *qui ructando* (*ructuando* Fuld. *ruptando* Lugd. I.) *curantur* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *qui ructando conantur* ed. Rig. *qui ructando curvantur* ed. Haverk. Curari a deo dicuntur qui de deo patiuntur, implentur et motantur, neque opus videbatur contra Codd. MSS. auctoritatem hic quicquam mutare. — *qui anhelando praefantur* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Fuld. Agob. MSS. Pamelii et ed. Pam. *qui anhelando profantur* Oxon. et cett. edd. omnes. Apul. Metam. VIII, 27.: „Inter haec unus ex illis bacchatur effusius ac de imis praecordiis *anhelitus* crebros referens, velut numinis divino spiritu repletus, simulabat sauciam vecordiam, prorsus quasi deum praesentia soleant homines non sui fieri meliores sed debiles effici et aegroti.“ — *Ista ipsa vis coelestis* ed. Gelen. *Ista ipsa vox coelestis* ed. Rhen. mendose. Pro *pollicitatrix* Erl. habet *sollicitatrix.* Virginem Caelestem, de qua infra

lapius medicinarum demonstrator, *aliam diem* morituris Socordio et Thanatio et Asclepiodoto *sumministraturi*, nisi se

ad cap. 24. cf. cap. 12. et Hildebr. ad Apul. Met. VI, 4. iam memoravimus, Iunonem Afrorum esse in vulgus notum est. Hinc cum Iunonem aerem putarent veteres (v. Cic. N. D. II, 26. Cornut. N. D. 3. et Intt.), unde descendunt pluviae, apparet cur pluviarum a Tertulliano appelletur pollicitatrix. Hinc Orpheus in hymno ad illam: „Ὄμβρων μὲν διερῶν, ἀνέμων τροφὲ, παντογένεθλε.“ — *ipse iste Aesculapius* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. *iste ipse Aesculapius* edd. omnes et aliquot Codd. MSS. uti videtur. Pro *Aesculapius* Fuld. praebet *Aescopius* (?) h. e. *Aescolapius*, quomodo hoc nomen in vetustissimis membranis, e. g. Parisino Arnobii et Isidori quibusdam optimis, passim scriptum reperitur. — *alia die morituris Socordio et denatio et asclepiodoto* (*asclepiadoto* Bong.) *sumministratur* Put. Bong. *alia die m. Socordio* (*Secordio* Ampl.) *et denacio et asclepiodoto sumministratur* (*sumministrator* Ampl.) Goth. Ampl. *alia die m. socordio et denatio et asclepiadoto sumministrator* Oxon. Gandav. Elnon. *alia die morituris* (*alia demorituris* Lugd. II. Leodiens. tres Vaticani. Lugdd. Agob.) *socordio et denacio et asclepiodoto subministrentur* (*sumministrator* Lugd. II.) Erl. Lugd. II. *alia demorituris et denatio et asclepiodoto sumministratur* Agob. *a. demorituris socordio et thanatio et asclepiodocto subministrator* Lugd. I. *alia die moriturus socordio et tanatio et asclepiodoto vitae subministrator* Fuld. *alia de morituris* (quae verba Rhen. e margine in textum irrepsisse putat) *Socordio et Denatio et Asclepiodoto sumministratur* ed. Rhen. *alias demorituris scordii et denatii* (*socordi et denati* ed. Herald.) *et asclepiodoti subministrator* (*Asclepiadoti sumministrator* edd. Gelen. Pam. Herald.) edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *alia die morituris Socordio et Thanatio et Asclepiodoto* (*Asclepiadoto* ed. Haverk.) *vitae sumministrator* edd. Rig. Haverk. Ex coniectura restitui locum ideo paene desperatum, quia quamnam historiolam hic significet Tertullianus ignotum est. Videtur tamen, si quid video, hoc innui: Socordio cuidam et Thanatio et Asclepiodoto a Virgine Caelesti et Aesculapio daemonibus ad mortem usque vexatis, cum qui exorcizaret adesset, a daemonibus fuisse pollicitum sese aliam mortis diem eis summistrare velle, nisi se daemones esse confiterentur, hos tamen Christiano illi mentiri non esse ausos. Iam, pergit, isti daemones qui simplicem Christianum metuendum esse vobis in hac causa cum Socordio, Thanatio et Asclepiodoto satis aperte fassi estis, si potentia vestra revera est divina, agite fundite procacissimi Christiani sanguinem eodem loco (*ibidem*) eademque hora qua vos precibus suis pellere

daemones confessi fuerint Christiano mentiri non audentes, ibidem illius Christiani procacissimi sanguinem fundite! Quid isto opere manifestius? quid hac probatione fidelius? Simplicitas veritatis in medio est, virtus illi sua adsistit, nihil suspicari licebit. Magia aut aliqua eiusmodi fallacia fieri dicitis? non dicetis, si oculi vestri et aures permiserint vobis. Quid autem iniici potest adversus id quod ostenditur nuda sinceritate? Si altera parte vere dei sunt, cur sese daemonia mentiuntur? an ut nobis obsequantur? Iam ergo subiecta est Christianis divinitas vestra, nec divinitas deputanda est quae subdita est homini, et si quid ad dedecus facit, aemulis suis. Si altera parte daemones sunt vel angeli, cur se alibi pro deis agere respondent? Nam sicut illi qui dei habentur daemones se dicere noluissent, si vere dei essent, scilicet ne se

ausus fuit. Pro *nisi se daemones* Agob. habet *nisi daemones*, Lugd. II. *ni daemones.* — *illi sua astitit* Lugd. II. In seqq. pro *magia* in Lugd. II. et ed. Gelen. extat *magica.* — *aliqua huiusmodi* Erl. *aliqua* h. e. alia qualibet, de qua pronominis *aliquis* usu fuse egerunt Intt. ad Virg. Aen. II, 48. Ruhnken ad Vell. Paterc. I, 17, 7. Wolf et Orell. ad Cic. Tusc. III, 14, 29. Plures citat Hildebr. ad Apul. Metam. VI, 29. et ad Arnob. V, 29. — *fallacia fieri dictis non dicetis si* Put. Goth. Ampl. Erl. Bong. Oxon. *f. f. dicitis non dicetis si* Lugd. II. *f. fieri dicetis, si* Fuld. et edd. Rig. Haverk. *f. fieri. Dictis non stetis si* edd. reliquae omnes. Pro *permiserint* ed. Rhen. habet *praemiserint.* — *Quid autem inici potest* Put. Bong. Erl. Elnon. Gandav. *Quid a. inniti potest* Goth. Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gelen. Pam. Herald. Haverk. *Quid a. incipi potest* 1 Vatic. Agob. Lugdd. *Quid a. niti potest* edd. Gangn. Barr. (Fuld.?) *Quid autem iniici potest* ed. Rig. In seqq. pro *sinceritate* Agob. habet *simplicitate.* — *vera dei sunt* Oxon. *veri dei sunt* Erl. *naturae dei sunt* Lugd. I. In seqq. pro *sese* Erl. habet *se*, et Fuld. *daemonas* pro *daemonia.* — *subiecta est Christianis* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Lugdd. Agob. edd. Pamel. Haverk. Voc. *est* omittunt reliquae editiones. Erl. habet *suspecta est Christianis.* — *nec utique divinitas* Fuld. et ed. Haverk. — *si quid ad decus facit* Erl. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?). Pro *aemulis suis* Fuld. habet *aemulo suo.* — *Nam sicut* — — *noluissent* verba absunt in Lugd. II. et Agob. (quos unum eundemque librum esse multis argumentis probari potest). — *ne se de maiestate deponerent* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. ed. Rig. Cett.

de maiestate deponerent: ita et isti quos directo daemonas nostis non auderent alibi pro deis agere, si aliqui omnino dei essent, quorum nominibus utuntur; vererentur enim abuti maiestate superiore sine dubio et timendorum. Adeo nulla est divinitas ista quam tenetis, quia si esset, neque a daemoniis adfectaretur in confessione neque a deis negaretur. Cum ergo utraque pars concurrit in confessionem deos esse negans, agnoscite unum genus esse id est daemonas verum utrobique. Iam deos quaerite. Quos enim praesumpseratis, daemonas esse cognoscitis. Eadem vero opera nostra ab eisdem deis vestris non tantum hoc detegentibus quod neque ipsi dei sint

edd. *ne de m. se deponerent* habent. *ne sedem maiestatis deponerent* Lugd. I. *ne de maiestate deponerentur* Erl. qui idem liber supra pro *vere dei* habebat *veri dei.* — *directo daemonas nostis* Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes, *directe daemones* Lugdd. Erl. In seqq. Erl. habet *verentur* pro *vererentur*, et Lugd. II. *autem* pro *enim.* — *maiestatem superiore* Put. Bong. *maiestatem superiorem* Lugd. II. ed. Pamel. *maiestate superiore* Goth. Ampl. Erl. Oxon. et omnes reliquae edd. praeter Rig. et Haverk., in quibus auctoritate Fuld. et Lugd. I. extat *maiestate superiorum.* In seqq. pro *Adeo* edd. Rhen. et Herald. habent *Ideo.* De significatu particulae *adeo* dixi ad cap. 4. cf. cap. 22. — *divinitas ista quam timetis* Erl. Idem liber cum Ampl. in seqq. pro *daemoniis* habet *daemonibus.* — *adfectaretur neque a deis* edd. Rig. et Haverk. *affectaretur, neque in confessione a diis* ed. Gelen. *adfectaretur neque in confessione neque a deis* Fuld. *adfectaretur in confessione neque* (*nec* Erl.) *a deis* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. reliquae omnes. — *concurrit in confessione* Ampl. Lugd. II. Agob. — *deos esse se negans* Fuld. *deos esse negans esse* Agob. Lugd. II. — *verum utrobique.* Edd. pars tollit punctum post *utrobique* et ponit post *daemonas*, quod minus probo, etsi idem fere sensus evadat. Voc. *verum* abest in Fuld. Vocat *verum* genus, quia de duobus positis soli remanent; deus enim daemonem mentitus non magis potest cogitari deus quam daemon deum mentitus. In seqq. Erl. habet *deos iam* pro vulg. *iam deos.* *quos enim praesumpseratis* Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Gorz. et edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Haverk. *quos enim sumpseratis* Put. et ed. Rig. *quos cum praesumpseratis* ed. Rhen. In Fuld. legitur plenius ita: *quos enim praesumpseratis deos esse, iam daemonas* sqq. — *cognoscitis. Et eadem vero* Goth. Ampl. In seqq. ed. Gelen. habet *quod neque ipsi dii sunt neque*

neque ulli alii, etiam illud in continenti cognoscitis, qui sit vero deus, et an ille et an unicus quem Christiani profitemur, et an ita credendus colendusque, ut fides, ut disciplina disposita est Christianorum. Dicent ibidem: Et quis ille Christus cum sua fabula? si homo communis condicionis? si magus? si post mortem de sepulchro a discipulis subreptus? si nunc denique penes inferos? si non in caelis potius, et inde venturus cum totius mundi motu, cum orbis horrore, cum planctu omnium, sed non Christianorum, ut dei virtus et dei spiritus et sermo et sapientia et ratio et dei filius? Quodcunque ridetis, rideant et illi vobiscum; negent Christum omnem ab aevo animam restituto corpore iudicaturum, dicant hoc pro tribunali, si forte, Minoën et Radamanthum secundum

ulli alii. Sed etiam illud sqq. — *in continenti cognoscetis* Fuld. *in continenti agnoscitis* edd. Rhen. Gangn. Barr. In cett. et editis et scriptis libris *in continenti cognoscitis* legitur. *in continenti* h. e. uno obtutu, simul, statim, *συνεχῶς*. Cf. Tertull. Praescr. adv. Haeret. 5. Iustin. I, 9. Ulpian. Dig. XLIV, 5, 1. med. et XLVIII, 5, 23. — *quid sit vere deus* Put. Lugd. II. *qui sit verus deus* Erl. In seqq. Goth. et Ampl. pro *et an ille* habent *et an illic*, et Erl. *profitentur* pro *profitemur*. In Lugd. II. absunt verba *disposita est* et Fuld. pro *ut disciplina* praebet *et disciplina* — *dicent ibidem et quis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. Lugdd. ed. Haverk. *dicentibus nobis idem et quis* Fuld. *dicent ibidem: ecquis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *Dicant ibidem: Ecquis* ed. Rig. — *si magnus si post mortem* Goth. Ampl. Cf. supra cap. 21. ubi idem vitium in aliquot Codd. MSS. occurrit. *nec magus si post mortem* Oxon. *si magus si post crucem* Fuld. et ed. Haverk. *si magus*, *si post mortem* cett. libri tam scripti quam editi. In seqq. Fuld. habet *sine hunc denique* vitiose. — *in caelis*, *ocius et inde* Fuld. et ed. Haverk. Cett. libri omnes habent *in caelis potius*, *et inde*. — *cum orbis horrore* Put. Goth. Ampl. Fuld. Lugd. II. *cum horroris honore* Erl. mendose, *cum horrore orbis* edd. omnes. — *omnium sed non Christianorum* Put. Bong. Fuld. Goth. Ampl. Erl. Oxon. et edd. Rhen. Gelen. Herald. Rig. Haverk. *omnium*, *si non Christianorum* Gorz. Lugdd. et edd. Gangn. Barr. Pam. In seqq. Fuld. praebet: *et dei spiritus*, *ut ratio*, *ut dei filius et dei omnia. Quodcunque* sqq. — *Quod cum ridetis* edd. Rhen. Gangn. Barr. In cett. omnibus *Quodcunque ridetis* extat. *rideant et illi vobiscum* sc. daemones. In seqq. Erl. habet *omnem ab eo animam*, et Put. *omnem habebo animam*. —

consensum Platonis et poetarum hoc esse sortitos; suae saltim ignominiae et damnationis notam refutent. Renuntiant se immundos spiritus esse, quod vel ex pabulis eorum, sanguine et fumo et putidis rogis pecorum, et impuratissimis linguis ipsorum vatum intellegi debuit: renuant ob malitiam praedamnatos se in eundem iudicii diem cum omnibus cultoribus et operationibus suis. Atquin omnis haec nostra in illos dominatio et potestas de nominatione Christi valet et de commemoratione eorum quae sibi a deo per arbitrum Christum

dicant tribunali omisso praepositione *pro* Fuld. — *poetarum hoc esse sortitos* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus auctoritate Fuld. deleto voc. *hoc* extat *poetarum esse sortitos.* De formula *si forte* fusius disputavi supra ad cap. 16. *pro tribunali* sc. Christi. Summa ironia. In seqq. Fuld. habet *damnationis notant. Refutent.* — *renuntiant se immundos* Put. Goth. Ampl. Oxon. Agob. Lugd. II. (in quo a m. rec. superscr. *ent*). *renuncient se immundos* Erl. Lugd. II. a m. rec. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk. in quibus auctoritate Fuld. legitur *renuant se immundos.* Ex optt. Codd. MSS. auctoritate reposui *Renuntiant.* Particula condicionalis *si* eleganter omissa est, de qua ellipsi cf. Gronov. Obss. IV, 20. Intt. ad Cic. Tusc. II, 24. Drakenb. ad Liv. XXI, 10, 6. Bentl. ad Horat. Sat. II, 6, 48. Tollitur ellipsis eodem sensu, si interrogationis signum post *debuit* ponatur. In seqq. ed. Gelen. habet *et impurissimis linguis.* et Put.: *et putidis rogiis pecorum inpuratissimis.* — *rennuant ob malitiam* Put. In Goth. super voc. *renuant* eadem antiqua manu scriptum legitur „vel *renudant.*" — *intelligi debuerit* edd. Gelen. Pamel. In reliquis omnibus: *intelligi debuit.* Pro *vatum* Erl. praebet *fatum.* — *cultoribus et operationibus suis* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. et edd. Rhen. Gelen. *cultoribus et operatoribus suis* Gorz. Lugd. I. Oxon. (Fuld.?) MSS. Pamelii et edd. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. In Erl. verba *et operatoribus* prorsus absunt, qui idem liber pro *se in eundem iudicii diem* mendose praebet *se eundem dicere.* Voc. *iudicii* abest in Lugdd. et Agob. — *Atquin omnis* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. ed. Pamel. *Atqui omnis* Erl. Lugd. I. Oxon. (Fuld.?) et reliquae edd. omnes. In seqq. edd. Gelen. Pamel. habent *in illis dominatio.* — *et denominatione Christi* iunctim scriptum exhibent Goth. Ampl. *et de nomine Christi* Gorz. et edd. Gangn. Barr. *et de dominatione Christi* Fuld. *et de nominatione Christi* Put. Erl. Oxon. (Lugdd.?) edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *et dominatione Christi* ed. Rhen. — *et de comminatione eorum* ed. Rhen. *et de commemo-*

imminentia exspectant. Christum timentes in deo et deum in Christo subiiciuntur servis dei et Christi. Ita de contactu deque afflatu nostro, contemplatione et repraesentatione ignis illius correpti etiam de corporibus nostro imperio excedunt inviti et dolentes et vobis praesentibus erubescentes. Credite illis, cum verum de se loquuntur, qui mentientibus creditis. Nemo ad suum dedecus mentitur, quin potius ad honorem. Magis fides proxima est adversus semetipsos confitentes quam pro semetipsis negantes. Haec denique testimonia deorum vestrorum Christianos facere consuerunt; quam plurimum illis credendo Christo domino credimus. Ipsi litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi spei nostrae fidentiam aedificant. Coli-

ratione ipsorum Erl. qui idem liber in seqq. pro *subiiciuntur* habet *proiciuntur* superscripta littera *e*, tamquam librarius corrigere voluisset *proicientur*. — *correpti et de corporibus* Ampl. *correcti etiam de corporibus* Lugd. I. vitiose. — *cum de se loquuntur* omisso voc. *verum* edd. Rhen. Gelen. Herald. Codd. et reliquae edd. *verum* retinent. In seqq. pro *quin potius* Fuld. habet *sed potius*. In Ampl. abest voc. *suum* ante *dedecus*. — *Magis fides proxima est* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Rig. Haverk. *Magis fides prona est* (Oxon.? Fuld.?) reliquae edd. omnes. *Magis proxima fides* est fides manifestior, praesentior, promptior. V. de hoc adiectivi significatu Intt. Minucii Felic. Oct. ad. cap. 19. illa verba: „nonne Maro? nonne apertius, *proximius*, verius?“ et praeterea Gronovii Obss. I, 23. Barth. Advv. VIII, 9. p. 380. Hildebr. ad Apul. de Magia 9. tom. II, p. 459. Cf. ad Nat. II, 12. „magis fides adiacet.“ In ed. Gelen. pro *adversus* legitur *in adversus*. — *facere consuerunt* Put. Goth. Ampl. ed. Rig. *facere consueverunt* Erl. Oxon. et cett. edd. omnes. — *quam plurimum illis* Put. Goth. Ampl. Erl. *quia plurimum illis* Oxon. (Fuld.?) alii et edd. omnes. — *in Christo domino credimus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Lugdd. MSS. Pamelii omnes et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *Christo domino credimus* deleta *in* praepositione ed. Gelen. *in Christum dominum credimus* Erl. *per Christum et in deum credimus* Fuld. — *fidentiam aedificant* Put. Erl. Oxon. quattuor MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *fiduciam aedificant* Goth. Ampl. (Fuld.?) alii, et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. In seqq. pro *Colitis* edd. Gelen. et Pam. praebent *At colitis*. Male. Illud *At* ortum est ex duplicata syllaba finali praecedentis vocabuli. — *illos quod sciam etiam de sanguine* Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd.

tis illos, quod sciam, etiam de sanguine Christianorum. Nollent itaque vos tam fructuosos, tam officiosos sibi amittere, vel ne a vobis quandoque a Christianis fugentur, si illis sub Christiano volente vobis veritatem probare mentiri liceret.

24. Omnis ista confessio illorum qua se deos negant esse quaque non alium deum respondent praeter unum, cui nos mancipamur, satis idonea est ad depellendum crimen laesae maxime Romanae religionis. Si enim non sunt dei pro certo, nec religio pro certo est; si religio non est, quia nec dei pro certo, nec nos pro certo rei sumus laesae reli-

Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *illos quod scitis esse de sanguine* ed. Rhen. *illos qui sitiunt sanguinem* Erl. *illos quos satiatis* (in Lugd. II. quod a m. pr. erat *quod sciam* deletum est m. rec.) *de sanguine* Agob. Lugd. II. In seqq. Fuld. habet *Nollent ubique vos* pro *Nollent itaque vos*, et in ed. Rhen. pro *amittere* mendose est *admittere.* Erl. pro *tam officiosos* praebet *quam officiosos.* — *quandoque a Christianis* Put. Erl. Lugd. I. *quandoque an Christianis* Goth. Ampl. edd. Rig. Haverk. *quandoque Christianis* cett. edd. omnes. *quando a Christianis* Agob. Lugd. II. In seqq. Erl. habet *mentiri non liceret.* Locum primo obtutu obscuriorem recte explicat Haverkampius his verbis: „Credite illis, cum adiurati a nobi verum dicunt; si enim liceret illis mentiri, quando homo Christianus veritatem vobis probare vult, facerent certe, ne vos tam fructuosos sibi amitterent, immo ne a vobis ipsis olim forte Christianis ab aliqua possessione sua deturbarentur.“ —

24. — *negantes se quaque* Lugd. II. *negantes quoque* Erl. vitiose. Idem liber paullo postea delet voc. *deum.* — *idonea ad depellendum* deleto voc. *est* Lugd. II. — *depellendum crimen laesae maxime* (*maxime* Put.) Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes praeter Haverk. in qua auctoritate Fuld. habetur *depellendum cr. laesae publicae* (Fuld.: *publice*) *et maxime.* Erl. deleto voc. *crimen* praebet *depellendum lese maxime.* — *Si enim non dii* deleto voc. *sunt* Erl. In seqq. post verba *pro certo* voc. *est* desideratur in Lugd. I. — *si religio non est, nec pro certo rei sumus* edd. Rhen. Herald. *si religio non est, quia nec dei pro certo, nec nos pro certo rei sumus* Put. Fuld. Erl. Lugdd. edd. Rig. Haverk. *si religio non est, quia nec dii, nec pro certo rei sumus* edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. In. Goth. Ampl. Oxon. verba: *Si enim non sunt dei — — — rei sumus laesae religionis* absunt. — *exprobratio* (Fuld. *exprobatio*) *re ista resultabit* Fuld. et ed. Haverk. *expro-*

gionis. At e contrario in vos exprobratio resultabit, qui mendacium colentes veram religionem veri dei non modo neglegendo quin insuper expugnando in verum committitis crimen verae inreligiositatis. Nunc ut constaret illos deos esse, nonne conceditis de aestimatione communi aliquem esse sublimiorem et potentiorem, velut principem mundi perfectae potentiae et maiestatis? Nam et sic plerique disponunt divinitatem, ut imperium summae dominationis esse penes unum, officia eius penes multos velint, ut Plato Iovem magnum in caelo comitatum exercitu describit deorum pariter et daemonum. Itaque oportere et procurantes et praefectos et praesides pariter suspici. Et tamen quod facinus admittit qui magis ad Caesarem promerendum et opera et spem suam transfert nec ap-

bratio resultavit Put. Goth. Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gelen. Pam. Herald. Rig. *exprobratio resultabit* Erl. edd. Gangn. Barr. *exprobratio res exultant* Agob. Lugd. II. — *expugnando deum verum* (*verum deum* ed. Gelen.) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *expugnando in verum* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Oxon. Lugd. II. edd. Rig. Haverk. *exp. in vero* Lugd. I. mendose. In seqq. Fuld. Lugdd. Agob. pro *inreligiositatis* habent *religiositatis*. — *Nunc ut constaret* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. Agob. MSS. Pamelii et edd. Pam. Haverk. *Nam ut constaret* (Fuld.?) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Rig. In seqq. pro *conceditis* Fuld. habet *concederetis*. — *perfectae potentiae maiestatis* Put. Lugd. I. *et perfectae potentiae maiestatis* Lugd. II. *perfectae potentiae et maiestatis* Erl. edd. Rig. Haverk. *perf. peritiae maiestatis* Goth. Ampl. Oxon. *perf. peritiae et maiestatis* (Agob.?) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *perfectae maiestatis* deletis ceteris Fuld. In seqq. Lugd. II. pro *plerique* habet *plerumque*, et Erl. *et imperium* pro *ut imperium*. Pro *dominationis* Erl. habet *divinationis*, Lugd. II. *divinitatis* (sed linea subducta m. rec.). — *officia vero eius* Fuld. *officium eius* Agob. In cett. et scriptis et editis habetur *officia eius*. In seqq. pro *velint ut* Erl. mendose praebet *velut*. V. Plat. Phaedr. p. 246. A. Cf. Arnob. adv. Nat. III, 30. Athenag. Leg. pro Chr. 21. (p. 94. ed. Oxon.) ubi v. adn. Dechari. Toup. ad Longin. Sect. XV, §. 4. p. 322. ed. Weiske. — *pariter suspici* Put. alii, et edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *pariter suscipi* Goth. Ampl. Oxon. I Vatic. Lugd. II. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. *pariter suspicari* Fuld. *pariter sucipere* Erl. Pro *oportere* Agob. habet *oportet*. In seqq. particula *et* ante *tamen* abest in Erl. et in Lugd. II. pro *facinus*

pellationem dei ita ut imperatoris in *alio quam* principe confitetur, cum capitale esse iudicetur alium praeter Caesarem et dicere et audire? Colat alius deum, alius Iovem, alius ad caelum manus supplices tendat, alius ad aram Fidei, alius, si hoc putatis, nubes numeret orans, alius lacunaria, alius suam animam deo suo voveat, alius hirci. Videte enim ne et hoc ad inreligiositatis elogium concurrat, adimere libertatem religionis et interdicere optionem divinitatis, ut non liceat mihi colere quem velim, sed cogar colere quem nolim. Nemo se ab invito coli volet, ne homo quidem; atque adeo

mendose extat *facimus.* — *et opera et spem* Put. Goth. Ampl. Oxon. MSS. Pamelii omnes, *et operam et spem* Erl. (Fuld.?) et edd. omnes. — *in aliquam principe* Put. *in aliquem principem* Goth. Ampl. Oxon. Agob. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) Herald. *in aliquo principum* edd. Gelen. Pam. *in aliquo principe* Erl. Lugd. I. *in alio quam principe* edd. Rig. Haverk. In seqq. pro *capitale* Fuld. habet *capitalis*, et Lugd. II. *discere* pro *dicere.* — *manus supplices tendat* Put. Erl. *suppl. manus tendat* Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes. — *alius ad aram fidię alius si hoc putatis nubes* Put. Oxon, Agob. Lugd. I. et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. quae tamen *Fidei* habent. *alius ad aram fidie* (*fidei* Erl.) *manus*, *alius si hoc putatis nubes* Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. edd. Rhen. Gangn. Barr. *alius ad aram. Fidem manus, alius nubes* Fuld. Illud *manus* quod in aliquot Codd. MSS. post *Fidei* additur, si non librarii cuiusdam errore repetitum est ex praecedenti versu, fortasse in *damus* mutandum est. Olim putabam ita esse restituendum locum: *alius ad caelum supplices manus, tendat alius ad aram fidei manus*, ut sibi opponantur *supplices manus* et *fidei manus*; manus fidei tendere adeo esset idem atque manus tendere ad fidem contestandam alicuius. Interim de sacro Fidei deae cf. Augustin. C. D. IV, 20. Liv. I, 21. et Intt. Hartung. Relig. d. Roem. II, 264 sqq. — *si hoc putatis* sc. fieri a nobis. Sic enim de Christianis et Iudaeis blaterabant nationes. Iuvenal. Sat. XIV, 97.: „Nil nisi praeter nubes et caeli lumen adorant.“ In seqq. pro *alius hirci* Fuld. praebet *alias hircum*, et Lugd. I. *excurrat* pro *concurrat.* — *interdicere opinionem divinitatis* Oxon. *interdicere optione div.* Fuld. In cett. tam editis quam scriptis libris extat *interdicere optionem divinitatis.* — *coli volet* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugd. II. et edd. Rig. Haverk. *coli velit* Lugd. I. (sed superscr. *volet*). *coli vellet* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. — *atque adeo* Put. Erl.

et Aegyptiis permissa est tam vanae superstitionis potestas, avibus et bestiis consecrandis, et capite damnandis qui aliquem huiusmodi deum occiderit. Unicuique etiam provinciae et civitati suus deus est, ut Syriae Astartes, ut Arabiae Dusares, ut Noricis Belenus, ut Africae Caelestis, ut Mauritaniae re-

Lugd. II. (a m. pr.) et edd. Gelen. Pam. *atque ideo* Goth. Ampl. Lugd. II. (a m. lec.) Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) Herald. Rig. Haverk. Cf. nos supra ad cap. 4. — *capite damnandis* Put. Fuld. Erl. Lugd. II. Oxon. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *pice damnandis* Lugd. I. ed. Gelen. vitiose. *capite damnandi* Goth. Ampl. edd. Rhen. Gangn. Barr. De re cf. Minuc. Fel. Oct. 28. et ibi Intt. — *deum occiderit* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. Fuld. MSS. Pamelii et edd. Rhen. Gang. Barr. Pam. Herald. *deum occiderint* edd. Gelen. Rig. Haverk. — *Syriae Adargatis* Fuld. *Syriae Atargatis* ed. Haverk. *S. adstartes* Put. *S. Astartes* Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii omnes omnesque praeter unam Haverk. editiones. De Astarte Syrorum dea v. Intt. ad Minuc. Fel. Oct. 6. et ad Ovid. Met. IV, 45. Lucian. de Dea Syria. Salmas. ad Solin. p. 405. Reland. de Vet. Ling. Pers. in Diss. Miscell. II, p. 144 sqq. Intt. ad Cic. N. D. III, 15. Selden de Diis Syris II, 3. p. 262 sqq. Masculina forma *Astartes, is* occurrit hoc numen iterum apud Tertull. Scorp. 3. et optt. Codd. et ibi firmatur. — *Arabiae Duzares* Fuld. *A. dysares* Put. Goth. Ampl. MSS. Pamelii omnes. *A. dysores* Erl. *A. Disares* Lugd. II. Oxon. edd. Pam. Herald. Rig. *A. Dusares* ed. Haverk. *A. Diasares* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Hesych.: „*Δουσάρην, Διόνυσον Ναβαταῖοι, ὥς φησιν Ἰσίδωρος.*“ Steph. Byz.: „*Δουσαρή, σκόπελος καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δουσάρου. θεὸς δὲ οὗτος παρὰ Ἄραψιν καὶ Δαχαρηνοῖς τιμώμενος. οἱ δὲ οἰκοῦντες Δουσαρηνοί, ὡς Δαχαρηνοί.*“ Cf. Suid. s. v. *Δευσάρης.* Maxim. Tyr. Diss. VIII, 8. p. 142. ed. Reiske. ibique Davis. Bochart. in Phaleg. II, 14. p. 126. Movers. Phoeniz. I, 337 sqq. — *ut Norici Belenus* Put. Elnon. Gandav. 1 Vatic. Lugd. II. Oxon. edd. Herald. Pam. *ut Noricis Belienus* Fuld. *ut nori cybelenus* Goth. Ampl. Erl. *ut Norico Tibilenus* ed. Rhen. (in marg. Rhenanus adnotat: „Tibilenus Noricorum deus, der teuffel.“) *ut Norico Tibelenus* edd. Gangn. Gelen. Barr. *ut Noricis Belenus* edd. Rig. Haverk. De Beleno deo v. Nic. Loens. Misc. Epiphyll. V, 15. Scalig. Lectt. Auson. I, 10. Le Moyne ad Var. Sacra p. 622. Voss. Theol. Gent. II, 17. Casaub. et Salmas. ad Capitolini Maximianum 22. et ad Aurelianum 39. della Torre Monum. Vet. Antii p. 253 sqq. Gruter. Thes. Inscrr.

guli sui. Romanas, ut opinor, provincias edidi, nec tamen Romanos deos earum, quia Romae non magis coluntur quam qui per ipsam quoque Italiam municipali consecratione censentur: Casiniensium Deluentinus, Narniensium Visidianus, Asculanorum Ancharia, Volsiniensium Nortia, Ocriculanorum Va-

p. 37, 4. Herodian. VIII, 3. Reines. Synt. Inscrr. I, 52, p. 102. Creuzer Symbol. II, 156. Grimm Deutsche Mythol. II, 274. — *ut Africae Caelestus* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Cett. libri tam scripti quam editi praebent *ut Afr. Caelestis.* De dea Caelesti v. Muenter Relig. d. Carthag. p. 30 sqq. (ed. sec. p. 62 sqq.) Creuzer ad Cic. N. D. I, 30. Boettiger Ideen zur Kunstmythol. II, p. 213 sqq. Cf. supra capp. 12. et 23. Orell. Inscrr. Latt. I, n. 1972 sqq. — *ut Mauritaniae* (Put. *Mauretaniae*) *reguli sui.* V. Minuc. Fel. Oct. 23. et Intt. Isidor. Origg. VIII, 11. et inde Mythogr. Vatic. II. prooem. Salmas. ad Solin. p. 199. Cyprian. de Idol. Van. 1. Lactant. I, 15. Movers Relig. d. Phoeniz. I, p. 418 sqq. — *Romanos deos earum* Put. Goth. Ampl. Oxon. MSS. Pamelii omnes et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *romanis deos eorum* Erl. *Romani dei earum* Fuld. *Romanos dominos earum* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. — *quam qui ipsam quoque* omissa praepositione *per* Fuld. — *Casiniensium* Fuld. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *Crustuminiensium* cett. edd. Codices MSS. variant inter *Casianensium*, *Cassianensium*, *Casianiensium*, *Caliamensium*, *Casianentium.* Cf. ad Nat. II, 8. Pro *Deluentinus* Ampl. habet *Deluentinius*, edd. Gelen. Pam. Herald. *Beluentinus*, Codd. MSS. aliquot apud Pamelium *Dementinus.* Deus ignotus est. — *Narnensium* Put. Erl. Lugdd. et ita habet Cod. Agob. ad Nat. II, 8. In cett. tam editis quam scriptis libris legitur *Narniensium.* — *Viridianus* Goth. Ampl. Oxon. (Fuld.?) et edd. omnes praeter Rig. et Haverk. in quibus *Visidianum* legitur auctoritate Put. Erl. Lugdd. et quinque MSS. Pamelii. *Viridiana* Leodiense MS. In seqq. pro *Aesculanorum*, quae vulgata est Codd. MSS. et edd. scriptura (nisi quod aliquot illorum *esculanorum* praebent) Pamelius edidit *Asculanorum* ex auctoritate Cod. Leodiens. et emend. Turnebi Advv. XVII, 24. quos secutus sum. Reinesius Synt. Inscrr. II, 23. p. 257. recensens inscriptionem Faesulae olim, vetere Etruriae oppido, repertam hanc: L. MAGILIVS L. F. PAVLLI || NVS. VARISCVS. III. VIR. || SIGNVM ANCHARIAE || SVA. PEC. RESTITV. || L. D. D. D. || pro *Aesculanorum* reponendum iudicat *Faesulanorum.* Cf. Orell. Inscrr. Latt. I, n. 1844. qui eam inscriptionem non omni suspicione carere dicit. Quaedam edd. *Ancaria* habent scriptum, sed invitis omnibus Codd. MSS. qui

lentia, Sutrinorum Hostia, Faliscorum in honorem patris Curis et accepit cognomen Iuno. Sed nos soli arcemur a religionis proprietate. Laedimus Romanos nec Romani habemur qui non

Ancharia praebent, quomodo etiam in inscr. illa nomen scriptum esse vidimus. Pro *Volsiniensium* Erl. habet *Volsinensium*, Cod. Agob. ad Nat. II, 8. *Vulsiniensium.* — *Vols. Nortia* Fuld. Goth. Ampl. Erl. Lugd. I. ed. Haverk. *Nortia* scriptum est etiam in vetusto Cod. Agob. ad Nat. l. l. *Vols. Norsia* Put. Agob. Lugd. II. *Vols. Nursia* (Oxon.?) edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Rig. *Vols. Nersia* Gandav. Elnon. edd. Gelen. Pam. *Vols. Nercia* I Vatic. Leodiens. De Nortia dea, quae eadem fuit ac Tyche seu Fortuna v. Intt. ad Martian. Cap. I, 21. Liv. VII, 3. Iuvenal. Sat. X, 74. Inscr. ap. Spon. Miscell. Ant. p. 90. Reinesii Inscr. I, n. 131. — *Ocriculanorum* Put. Fuld. Erl. Oxon. Lugd. II. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *Cericulanorum* Lugd. I. *Oriculiniorum* Ampl. *Oriculanorum* Goth. *Otriculanorum* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Deae Valentiae nomen servatum est in vetusto lapide Ocriculi reperto ap. Grut. Thes. Inscrr. II, 12. (Don. 56, 170. Murator. 95, 5. Orelli tom. I. n. 1869.): PRO SALVTE ITVS AC || REDITVS D. N. SANCTIS || SIMI . . . . || TI AVG. AEDICVLAM || CONCILII DEORVM || DEARVMQVE || AVRELIVS FAVSTVS || PROT. DIVINI LATERIS || AVG. N. EX VISV DEAI || VALENTIAE || S. P. F. C. ||. — *Sutrinorum Hostia* Fuld. et ed. Haverk. *Sutr. Norcia* Put. *Sutr. Norsia* Lugd. II. *Sutr. Nortia* Goth. Ampl. Oxon. Erl. et edd. praeter Haverk. omnes. Incertum est quomodo legendum sit. — *Faliscorum in honore patris* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. *Falisc. in honorem patris* Agob. Fuld. et edd. Rig. Haverk. in quibus tamen praeter omnem rationem comma positum comparet post verba *patris Curis. Falisc. in honorem est patris* ed. Rhen. *Falisc. in honore est pater* edd. Gelen. Pam. Herald. *Falisc. Iuno Curitis* edd. Gangn. Barr. — *Curis* (*Chumis* Fuld. *curris* Goth. Ampl. Lugdd. *turris* Erl.) *et accepit* (*accipit* Erl.) *cognomen Iuno* Put. Fuld. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Agob. Oxon. edd. Rhen. Rig. Haverk. *Curis unde accepit cognomen Iuno* edd Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Verte „zur Ehre für den Pater Curis der Faliscer empfing die Iuno sogar den Beinamen Curitis.“ De Iunone Curiti v. Fest. s. v. *Caelibari Hasta* (p. 62. ed. Mueller.) ubi v. Intt. Hartung. Relig. d. Roem. II, p. 72. cf. Plut. Qu. Rom. 87. Ovid. Fast. II, 560. Serv. ad Aen. I, 21. Orelli Inscr. Latt. I. n. 1303. — *habemur qui non* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. *habemur quia nec* Fuld. *habemur quia non* edd. omnes. *nec Romani habemur qui* h. e. nec

Romanorum deum colimus. Bene quod omnium deus est, cuius velimus aut nolimus omnes sumus. Sed apud vos quodvis colere ius est praeter deum verum, quasi non hic magis omnium sit deus cuius omnes sumus.

25. Satis quidem mihi videor probasse de falsa et vera divinitate, cum demonstravi quemadmodum probatio consistat, non modo disputationibus nec argumentationibus, sed ipsorum etiam testimoniis quos deos creditis, ut nihil iam ad hanc causam sit retractandum. Quoniam tamen Romani nominis proprie mentio occurrit, non omittam congressionem, quam provocat illa praesumptio dicentium Romanos pro merito religio-

tamen Romani habemur quia sqq. *sit deus. velimus aut nolimus* Goth. Ampl. (Put.?) Oxon. MSS. Pamelii et edd. Rhen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *velimus ac nolimus* Put. (testib. Pam. et Heraldo) Bong. Erl. Lugd. II. *velimus nolimus* edd. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?). In seqq. pro *omnes* Lugd. II. habet *omnis.* — *praeter deum verum, quasi* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. Fuld. et edd. Rhen. Gangn. Herald. Rig. Haverk. *praeter verum deum, quasi* edd. Gelen. Pam. In Lugd. I. voc. *verum* desideratur. — *magis omnium sit deus cuius* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Pam. Herald. Haverk. *magis omnium sit cuius* deleto voc. *deus* Fuld. et ed. Rig. *magnus omnium sit deus cuius* edd. Rhen. Gangn. Barr. In seqq. pro *omnes* Lugd. II. habet *omnis.* —

25. — Caput vigesimum quintum (in Put. est vigesimum quartum) in Put. Goth. Ampl. Oxon, aliis inscribitur DE RELIGIOSITATE ROMANORVM., plenius in Vaticano: QVOD MAGNA FVIT PRAESVMPTIO ROMANORVM CREDENTIVM OB RELIGIONEM DEORVM SVORVM MVNDI SE IMPERIVM OCCVPASSE. — *Satis quidem mihi* Put. Goth. Ampl. *Satis mihi quidem* Erl. Oxon. et edd. omnes. In Ampl. abest *videor*, et in Oxon. particula *cum* ante *demonstravi.* Lugdd. praebent *de vera et falsa.* — *quemadmodum consistat* deleto voc. *probatio* ed. Gelen. *quemadmodum* (in Put. fere constanter scriptum est *quemammodum*) *constat* Erl. qui idem liber in seqq. pro *nec* habet *ac.* In Lugd. I. absunt verba *nec argumentationibus.* — *testimoniis de Romanis quos deos* Fuld. In Lugd. II. et Agob. in seqq. desideratur voc. *iam.* — *propriae* (*proprie* Goth. Ampl. Erl. Lugd. II.) *menti occurrit* (*occurruit* Lugd. II.) *non omittam* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. *proprie intercedit auctoritas*, *non omitto* Fuld. *proprie mentio occurrit*, *non omittam* edd. omnes. In seqq. habet Erl. *provocat illi* et Lugd. II. *licentium* loco *dicentium.* —

sitatis diligentissimae in tantum sublimitatis elatos, ut orbem occuparint, et adeo deos esse, ut praeter ceteros floreant qui illis officium praeter ceteros faciant. Scilicet ista merces Romanis a deis pro gratia expensa est. Sterculus et Mutunus et Larentina provexit imperium. Peregrinos enim deos non putem extraneae genti magis fautum voluisse quam suae,

religiositatis diligentissimae Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. omnes praeter Gelen. quae habet *religiositatis diligentissime.* In Fuld. est *religionis diligentissime in tantum sublimitatis elatos et in positos ut orbem* sqq. In sqq. Erl. praebet *et ideo deos ut praeter.* — *Scilicet ista merces a Romanis deis pro gratia* Put. Bong. Oxon. Erl. Ampl. Goth. Lugd. II. et edd. Herald. (in qua est *Romanis a diis*, ut etiam in Erl. Rig. Haverk. *Si ista merces Romanis a diis pro gratia* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. *Scilicet ista merces Romano nomini a deis praerogativa* Fuld. Particulas *scilicet* et *si* in libris scriptis confundi testis est locus Arnobii adv. Nat. I, 11. p. 9. — *Sterculus* Put. Goth. Ampl. Erl. Fuld. Lugd. II. (Oxon.?) MSS. Pamelii et ed. Rig. Scriptum est hoc nomen ita etiam in Cod. Agob. in libro ad Nat. II, 17. *Sterculius* est in cett. edd. omnibus. De nominis huius dei vario scribendi modo adeas Buenem. ad Lactant. I, 20. Cf. Plin. H. N. XVII, 9. Augustin. C. D. XVIII, 15. Prudent. Laurentio v. 450. Isidor. Origg. XVII, 1. Cf. Hartung. Relig. d. Roem. II, p. 128. — *et muthunus* Put. Goth. Ampl. *et muchunus* Erl. *et Mucunius* ed. Gelen. *et Mutinus* I Vatic. edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. *et Mutunus* Fuld. (Oxon.? Lugd. II.?) Elnon. Gandav. edd. Herald. Rig. Haverk. et ita habet etiam Cod. Agob. in libro ad Nat. II, 11. De varia nominis scriptura et de ipso deo v. Buenemann. ad Lactant. I, 20. Vivem et Benedictinum ad August. C.D. IV, 11. Intt. ad Arnob. IV, 11. Festum s. v. Guilelm. Verisim. I, 23. Salmas. ad Solin. p. 219. Turneb. Advv. XVII, 23. Sciopp. et Scalig. ad Priap. 73. Lipsii Elect. II, 19. Burm ad Anthol. Lat. II, p. 544. Hartung. Rel. d. Roem. II, 258. Pitt. d'Ercolano tom. III, tab. 26. p. 178 sqq. et Antiqu. Hercul. (Bronzi) tom. II. tab. 94. p. 382. Panofka Terrac. des Berl. Mus. p. 67. et 106. Rigaltius *Mutunum* et *Tutunum* vocabula haud inepte putat ficta a *Meo* et *Tuo* inter amantium complexus. — *et Laurentina* Goth. Ampl. Oxon. *et Larentia* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *et Larentina* Put. Erl. (Lugdd.?) MSS. Pamelii omnes et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. V. nos supra ad cap. 13. — *magis fatum voluisse* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. *magis fautum voluisse* edd. omnes. Fuld. multum abit a vulg. scriptura exhibens *genti potius quam suae*

et patrium solum, in quo nati, adulti, nobilitati sepultique sunt, transfretanis dedisse. Viderit Cybele, si urbem Romanam ut memoriam Troiani generis adamavit, vernaculi sui scilicet adversus Achivorum arma protecti, si ad ultores transire prospexit, quos sciebat Graeciam Phrygiae debellatricem

maluisse nec patrium solum. Olim videbatur emendandum *magis* fatim (cf. Serv. ad Aen. I, 127. Fulg. Mythol. II, 8.) *voluisse.* Nunc retineo vulgatam; *fautum* sc. esse, infinitivus praeteriti pro praesenti. In seqq. pro *patrium* Lugd. II. praebet *patrum.* et ed. Pam. *solium* pro *solum* ex Cod. Gandav. — *sepulti transfretanis dedisse* Erl. *sepultique sunt transfretanis diis non dedisse* Lugd. II. vitiose. *sepultique sunt transfretaneis dedisse* Fuld. In cett. tam scriptis quam editis legitur uti supra. — *urbem Romanam ut memoriam* Put Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *urbem Romanam ob memoriam* Fuld. *u. Romam ut memoriam* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. De formula *viderit si* dixi supra ad cap. 16. — *vernaculis suis scilicet adversus A. a. protectis* edd. Gangn. Gelen. Pro *Achivorum* Oxon. Ampl. Goth. praebent *Archivorum;* sed in Goth. eadem manu antiqua superscriptum est *argivorum* quam ipsam scripturam exhibet unus Vaticanus. — *si adultores transire* Put. Bong. Goth. Ampl. *si adulatores transire* 1 Vatic. *si ad ultores transferre* Fuld. *si ad ultores ire* Oxon. *si adulteros transire* Erl. Agob. Lugdd. et edd. Rhen. Gelen. *si ad eos ultra transire* ed. Pam. *si ultro ad eos transire* edd. Gangn. Barr. *si ad ultores transire* edd. Herald. Rig. Haverk. Pro *quos sciebat* Erl. praebet *quo sciebat.* Verto: „Mag Cybele, wenn sie die Römische Stadt als ein Gedächtniss des Troianischen Geschlechts liebgewonnen (sc. cum ibi sedem suam collocaret), zusehen, ob sie im voraus erkannte, dass sie zu ihren Rächern sich übersiedele, von denen sie wusste, dass sie Griechenland, die Bekämpferin Phrygiens, unterjochen würden." Id quidem evincere studet Tertullianus minime esse veri simile peregrinos deos magis favere voluisse extraneae genti quam suae. Quod si quis Cybeles exemplo refutare velit, quae sedem suam in urbem Romam ex Phrygia patria transtulerit, hocque forte ideo a dea factum esse dicat, quia prospexerit se ad debellatores Graeciae, suae gentis ultores, transire, eum suo se ipsum gladio iugulare, si quidem aliis exemplis constet illam deam futurarum rerum omnino esse nesciam. — *Phrygiae debellatorem debellatore* Lugd. II. sed a m. rec. mutatum in *debellatricem*) Put. Erl. Lugd. II. quam scripturam non prorsus spernendam dicit Rigaltius, citato loco Tertull. de Orat. 1. „*evangelio expunctore* totius veritatis."

subacturos. Itaque maiestatis suae in urbem conlatae grande documentum nostra etiam aetate proposuit, cum Marco Aurelio apud Sirmium reipublicae exempto die decimo sexto Kalendarum Aprilium Archigallus ille sanctissimus die nono Kalendarum earundem, quo sanguinem inpurum lacertos quoque castrando libabat, pro salute imperatoris Marci iam intercepti solita aeque imperia mandavit. O nuntios tardos! o somniculosa diplomata! quorum vitio excessum imperatoris non ante Cybele

Phrygiae debellatricem Goth. Ampl. Fuld. Oxon. et edd. omnes. — *nostra* (*nostram* Goth. Ampl.) *etiam aetate* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. Fuld. et edd. Herald. Rig. Haverk. *nostrae etiam aetati* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. In seqq. pro *Sirmium* Fuld. et nonnullae edd. habent *Syrmium*, Put. *Sermium*, Erl. *serenium.* — *apud Syrmium subito interempto die XVIII. Kal. April.* Fuld. *apud S. reipublicae exempto die sextodecimo* (al: *decimo sexto*) *Kal. April.* reliqui libri tam editi quam scripti omnes. — *ille inpurissimus, die* Fuld. In reliquis omnibus est *ille sanctissimus, die.* In seqq. pro *lacertos* Lugd. II. vitiose pro more habet *laceratos.* De die mortis M. Antonini Philosophi fere consentit Dio Cass. LXXI, 33., qui diem XVII. Martii ponit. In Chronico contra Paschali M. Antoninus dicitur VIII. Aprilis obiisse. Sanguinis dies quo Archigallus sanguinem impurum libabat praeter pudenda etiam lacertos castrando in Calendario Constantini Magni notatus est ad nonum Kal. April. V. Salmas. de Hyle iatr. p. 3. Zoega Abhandl. p. 179. Bassirelievi I, p. 102. n. 117. cf. Casaub. ad Ael. Lampridium p. 167. — *libabat pro salute Marci iam interempti* Fuld. *libabat pro salute imperatoris Marci iam intercepti* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. edd. Herald. Haverk. *libavit pro sal. imper. M. iam intercepta* Erl. *libabat pro sal. imper. Marci iam interempti* Gorz. et edd. Rhen. (quod in textu est *interpreti* vitium emendat Rhenan. in marg.) Gangn. Gelen. Barr. Pam. *libabat pro salute Marci iam intercepti* ed. Rig. Gloss. Philox. col. 122. ed. Vulcan.: „*Interceptus, ἀποθανών.*" Fortasse tamen Tertullianus respicit ad famam illam, qua Marcus imperator veneno dicebatur fuisse a medicis peremptum, teste Dione l. l. — *solita aeque imperia mandavit* h. e., ni fallor, solita, aeque ut antea fecerat, imperia mandavit sacerdotibus ut orationes et libationes instituerent pro imperatoris salute. Pro *O nuntios* Lugd. II. vitiose praebet *Quo nuntios*, et cum Put. *somnicolosa* pro *somniculosa.* Sub diplomatis nihil posse aliud intellegi quam epistolas et nuntios publicos in aperto est. — *ne deam ta-*

Cybele cognovit, ne deam talem riderent Christiani. Sed non statim et Iuppiter Cretam suam Romanis fascibus concuti sineret, oblitus antrum illud Idaeum et aera Corybantia et iucundissimum illic nutricis suae odorem. Nonne omni Capitolio tumulum illum suum praeposuisset, ut ea potius orbi terra praecelleret quae cineres Iovis texit? Vellet Iuno Punicam urbem posthabita Samo dilectam ab Aeneadarum utique gente deleri? Quod sciam

Hic illius arma,
Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.

Misera illa coniunx Iovis et soror adversus fata non valuit! plane

Fato stat Iuppiter ipse.

Nec tantum tamen honoris fatis Romani dicaverunt dedentibus

lem Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. (Fuld.? Lugdd.?) et edd. Gangn. Barr. Herald. Haverk. *Nae deam* (*deum* ed. Gelen.) edd. Rhen. Pam. Rig. — *facibus concuti* Put. Goth. Ampl. Lugdd. *fascibus concuti* Erl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) Herald. Rig. *fascibus suis concuti* ed. Gelen. *facibus illum concuti* ed. Pam. *fascibus illam concuti* ed. Haverk. — *nutricis suae odorem* sc. Amaltheae caprae. De toto loco v. Lactant. I, 11, 45. Min. Fel. Oct. 22. Callimach. Hymn. in Iov. 46. Hygin. Astron. II, 13. Arnob. IV, 14. 25. et ibi Intt. Pro *nutricis suae* in ed. Gelen. vitiose legitur *nutricis sui.* — *tumulum illum suum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Rig. Haverk. Cett. edd. omnes vocem *illum* non habent, fortasse etiam Fuld. — *orbi terrae* Fuld. Goth. Ampl. Lugdd. et ed. Herald. *orbi terra* Put. Erl. Oxon. et edd. omnes reliquae. Pro *Vellet Iuno* in seqq. Fuld. et ed. Haverk. habent *Vellet et Iuno.* — *posthabitam Samo* Goth. Ampl. Oxon. *posthabita Samo* Put. Erl. et edd. omnes. — *gente non deleri* Erl. *gente deleri* Put. Goth. Ampl. Fuld. alia MSS. et edd. Rig. Haverk. *genere deleri* Oxon. et edd. reliquae omnes. — *quod sciam* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. Herald. Rig. Haverk. *quod si* edd. reliquae omnes. In seqq. post verba *Hic illius* Ampl. inserit *Iunonis* quae glossa in mg. Goth. legitur. — *iam tunc tenditque* Fuld. *iam tum denditque* Goth. Ampl. Versus a Tertulliano prolati leguntur apud Virgil. Aen. I, 16 sqq. Pars edd. non interpungit post *valuit.* In ed. Herald. pro *Iuppiter ipse* legitur *Iuppiter esse.* — *honoris fatis Romani di-*

sibi Carthaginem adversus destinatum votumque Iunonis quantum prostitutissimae lupae Larentinae. Plures deos vestros regnasse certum est. Igitur si conferendi imperii tenent potestatem, cum ipsi regnarent, a quibus acceperant eam? gratiam quam coluerat Saturnus et Iuppiter? aliquem opinor Sterculum, *sicut* postea Romani cum indigenis suis. Etiam si qui non regnaverunt, tamen regnabatur ab aliis nondum cultoribus suis, ut qui nondum dei habebantur. Ergo aliorum est

caverunt Put. Goth. Ampl. Erl. et ed. Rig. *honoris fatis dic. Romani* Lugd. II. *honorem Romani dic. fatis* ed. Gelen. *honoris Rom. dic. fatis* edd. reliquae omnes. — *quantum prostitutissimae* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. et edd. omnes praeter Haverk. in qua extat *quantum prostratissimae* ex auctoritate Fuld. *quantum prostitutae* Erl. — *Laurentinae* Fuld. Erl. Put. Goth. Ampl. Oxon. *Larentiae* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *Larentinae* edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. Cf. nos supra ad initium huius capitis et ad cap. 13. Post verba *lupae Larentinae* in Put. incipit caput vigesimum quintum in Goth. Ampl. Erl. Oxon. aliisque caput vigesimum quartum, in utrisque quidem inscriptum: DE REGNO DEORVM. — *eam gratiam quam coluerat* (*voluerat* Lugd. II. vitiose) Put. Goth. Ampl. Lugdd. et ed. Rhen. (in cuius tamen marg. Rhen. emendat *quem coluerat, eam gratiam? quem coluerat* Erl. Oxon. et edd. reliquae omnes. Restitui *eam? gratiam quam coluerat.* — *Stercolum* Put. Goth. *Sterculum* Fuld. Erl. Ampl. et edd. Rig. Haverk. *Sterculium* edd. reliquae omnes. Cf. supra ad cap. initium. — *sed postea Romam cum indignis. etiam si qui* Put. *sed postea Romani cum indigenis suis. etiam si qui* Goth. Ampl. Oxon. Erl. *sed postea Romanam* (a m. rec. corr. *Romani*) *cum indignis suis. etiam si qui* Lugdd. Agob. *sed postea apud Romam cum inditamentis* (Iun. coni. *indigitamentis*) *suis. etiam si qui* Fuld. *sed Romani postea cum indigenis cultoribus suis. Etiam si qui* ed. Rhen. *sed Romae postea cum indigenis cultoribus suis. Etiam si qui* edd. Gangn. Barr. *sed Romae postea cum indigenis suis: etiam si qui* edd. Gelen. Pam. *sed Romae postea cum indigenis. etiam si qui* edd. Herald. Rig. Haverk. Reposui mei ingenii periculo: *sicut postea Romani* sqq. — *non regnaverunt* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. *non regnarunt* edd. omnes. In seqq. pro *regnabatur* Put. Fuld. Lugd. I. habent *regnabantur* quod probant Scaliger et Iunius; perperam. Dicit Tertullianus: Etiam si qui dei non reges fuerunt, tamen sequitur ab aliis fuisse regnatum, qui nondum cultores habebant, quia nondum dei habebantur. Voc. *dei* ante *habebantur* desideratur in Agob. et Lugd. II. — *incide-*

regnum dare, quia regnabatur multo ante quam isti dei inciderentur. Sed quam vanum est fastigium Romani nominis religiositatis meritis deputare, cum post imperium sive adhuc regnum religio profecerit. Age iam, rebus religio profecerit? Nam etsi a Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris aut templis res divina apud Romanos constabat; frugi religio et pauperes ritus, et nulla Capitolia certantia ad caelum, sed temeraria de cespite altaria, et vasa adhuc Samia, et nidor ex illis, et deus ipse nusquam. Nondum enim tunc ingenia Graecorum atque Tuscorum fingendis simulacris urbem inundaverant. Ergo non ante religiosi Romani quam magni, ideoque non ob hoc magni, quia religiosi. Atquin quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo de

rentur. Auctis age iam rebus religio profecerit. Sed quam vanum Fuld. Pro *fastigium* in Put. Erl. et Lugd. II. extat *fastidium.* — *sive hoc regnum religio profecerit. Nam etsi* Fuld. *sive adhuc regnum religio proficerit* (*profecerit* Goth. Ampl. edd. Rhen. Gelen. Pamel. Herald.) *age iam rebus religio proficerit* (*profecerit* Goth. Ampl. Lugd. II. edd. Rhen. Gelen. Pam. Herald.) *Nam etsi* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. (qui idem liber pro *post imperium* antea habebat *ante imperium*) et edd. Rhen. Gelen. Pam. Herald. *sive adhuc regnum rel. profecerit. Nam etsi* Erl. Oxon. *sive adhuc regnum, auctis iam rebus rel. profecerit. Nam etsi* edd. Rig. Haverk. *post imperium sive adhuc regnum* h. e. post imperium sive hodiernae amplitudinis regnum potitum. *rebus religio profecerit* h. e. reipublicae augendae religio profecerit? Interrogatio negativa. Verbum *proficere* cum dativo iunctum reperitur iterum infra cap. 47. init. — *a Numa popilio concepta est* Fuld. In seqq. Erl. habet *Fruges religio* pro *frugi religio.* — *certantia ad caelum* (h. e. inter se certantia attingere caelum) Put. Bong. Oxon. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. In edd. est *certantia coelo.* Pro *temeraria* Fuld. praebet *temporaria*, quod ferri potest. Post verba *et vasa adhuc Samia* Ampl. inserit: *id est testea*, quae glossa in Goth. superscripta legitur voc. *Samia.* — *et nidor exilis* Fuld. Erl. et ed. Rig. Cett. Codd. MSS. (etiam Agob. in libro ad Nat. II, 17.) et edd. omnes habent *et nidor ex illis.* — *nondum enim ingenia* omisso voc. *tunc* Erl. Cf. Plin. H. N. IV, 7. *fingendis simulacris* h. e. ad fingenda simulacra. Satis frequens is est dativus finalis apud Tertullianum pro *ad* praepositione cum accusativo gerundivi structa. — *non propterea magni quia religiosi* Fuld. — *Atquin quomodo* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. MSS. Pamelii et ed.

inreligiositate provenit? Ni fallor enim, omne regnum vel imperium bellis quaeritur et victoriis propagatur. Porro bella et victoriae captis et eversis plurimum urbibus constant. Id negotium sine deorum iniuria non est. Eaedem strages moenium et templorum, pares caedes civium et sacerdotum, nec dissimiles rapinae sacrarum divitiarum et profanarum. Tot igitur sacrilegia Romanorum quot tropaea, tot de deis quot de gentibus triumphi, tot manubiae quot manent adhuc simulacra captivorum deorum. Et ab hostibus ergo suis sustinent adorari et illis imperium sine fine decernunt quorum magis iniurias quam adolationes remunerasse debuerant. Sed qui nihil sentiunt tam impune laeduntur quam frustra coluntur. Certe non potest fidei convenire, ut religionis meritis excrevisse videantur qui, ut suggessimus, religionem aut laedendo cre-

Pam. *Atqui quomodo* Erl. Oxon. et cett. edd. omnes. In seqq. pro *de inreligiositate* ed. Gelen. habet *ob irreligiositatem.* Scripturam *de religiositate* quam alii memorant in nullo neque scripto neque edito libro invenire potui. — *iniuria. eaedem strages* ceteris deletis Oxon. *iniuria non est. Adest strages* Erl. *iniuria non est. caedes strages* edd. Rhen. Gangn. Barr. *iniuria non est. eadem strages et moenium et templorum* Fuld. Retinui cum Codd. MSS. meis vulgatam lectionem. In seqq. Lugd. II. vitiose praebet *sacrarum divinarum* pro *sacr. divitiarum*, et Ampl. *tot ergo sacrilegia* pro *tot igitur sacrilegia.* Pro *tropaea* Codd. MSS. quotquot vidi praebent *trophea*, edd. omnes *trophaea.* — *tot deis quot* Put. *tot dies* (ab eadem m. superscr. *edes*) *quot* Erl. In seqq. Erl. praebet *quot manent simulacra captivorum deorum.*, Lugdd. II. *quot m. adhuc simulacrorum capt. d.*, Oxon. *quot m. adhuc sepulchra simulacra capt. d.* — *Et ab hostibus suis* deleta particula *ergo* Fuld. In seqq. pro *decernunt* Erl. habet *dederunt.* — *quam adolationes* Put. Bong. Gandav. Elnon. et edd. Pam. Haverk. *quam adulationes* Goth Ampl. Erl. Oxon. alii et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.) Herald. *quam adorationes* ed. Rig. Errant qui *adolationes* scribentes vocabulum non pro eodem habent cum *adulationes*, ut alii. Variant in eo vocabulo litterae *u* et *o*, quemadmodum etiam reperitur in vett. libris passim *adulescens* et *adulescentia* pro *adolescens* et *adolescentia*, cuius scripturae non pauca exempla suppeditat Arnobii Afri Cod. Parisinus. — *non potest fides convenire* Fuld. In seqq. Lugd. II. (qui *exercuisse* vitiose a m. pr. scriptum praebet) et Erl. pro *ut suggessimus* habent *ut gessimus.* —

verunt aut crescendo laeserunt. Etiam illi quorum regna conflata sunt in imperii Romani summam, cum ea amitterent, sine religionibus non fuerunt.

26. Videte igitur, ne ille regna dispenset cuius est et orbis qui regnatur et homo ipse qui regnat, ne ille vices dominationum ipsis temporibus in saeculo ordinarit qui ante omne tempus fuit et saeculum corpus temporum fecit, ne ille civitates extollat aut deprimat sub quo fuit sine civitatibus aliquando genus hominum. Quid erratis? prior est quibusdam deis suis silvestris Roma, ante regnavit quam tantum ambitum Capitolii exstrueret. Regnaverant et Babylonii ante Ponti-

26. — Caput vigesimum sextum (quod in Goth. Ampl. Oxon. est vigesimum quintum in Put. Goth. Ampl. Oxon. aliisque inscriptum est: DE REGNO DEI., plenius in altero Vaticano ap. Pamelium: QVOD SOLVS DEVS CVIVS EST ORBIS TERRARVM REGNA CONTVLIT. — *ne illa regna dispenset* Put. Oxon. Erl. in quo tamen eadem manus emendavit *ille* pro *illa*) Agob. Lugdd. et ed. Gelen. In seqq. voces *et* ante *orbis*, et *ipse* post *homo* desiderantur in Erl. — *ipsius temporibus* Lugd. I. In Fuld. voc. *ipsis* ante temporibus abest. *ordinarit* scripsi ex auctoritate Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et ed. Gelen. Reliquae edd. et Cod. Oxon. praebent *ordinaverit.* In seqq. Agob. et Lugdd. habent *qui ante omnia nec tempus fuit*, vitiose. — *fuit qui saeculum* Fuld. et ed. Haverk. Reliqui libri tam scripti quam editi habent *fuit et saeculum.* In seqq. in Erl. extat *saeculum et cursus.* Corpus temporum est collectio seu comprehensio complurium annorum aut saeculorum, ut recte interpretatur Rigaltius. — *nec ille civitates extollat atque deprimat* Oxon. *nec ille civ. ext. aut depr.* Goth. Ampl. — *fuit sine civitatibus aliquando* Put. Erl. Lugdd. *fuit aliquando sine civitatibus* g. Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes. *gens hominum* Put. Erl. Lugdd. et ed. Rig. *genus hominum* (Fuld.?) Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. reliquae omnes. In seqq. voc. *est* ante *quibusdam* abest in Lugd. II. — *quibusdam discipulis suis silvestris* Lugd. I. et ed. Gelen. In Fuld. voc. *silvestris* omnino abest, ut etiam in illo Cod. MS. quem inspexit Rykius teste la Cerda. In seqq. Lugd. II. pro *regnavit* habet *regnabat.* — *quam tantum ambitum capitolii extrueretur.* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. (in quo tamen manus secunda correxit *extrueret*) Lug. I. Oxon. alii et edd. Rhen. Gelen. Pam. Herald. Haverk. *quam tantus ambitus capitolii extrueretur* Erl. *quam tantum ambitum capitolii extrueret* Fuld. Lugd. II. (a m. sec.) edd.

fices, et Medi ante Quindecemviros, et Aegyptii ante Salios, et Assyrii ante Lupercos, et Amazones ante virgines Vestales. Postremo si Romanae religiones regna praestant, nunquam retro Iudaea regnasset despectrix communium istarum divinitatum, cuius et deum victimis et templum donis et gentem foederibus aliquamdiu Romani honorastis, numquam dominaturi eius, si deo non deliquisset ultimo in Christum.

27. Satis haec adversus intentationem laesae divinitatis, quo non videamur laedere eam quam ostendimus non esse. Igitur provocati ad sacrificandum obstruimus gradum pro fide

Gangn. Barr. Rig. Putabam olim emendandum: *quam in tantum amb. C. exstrueretur.* — *Regnaverant* Put. Lugd. I. *Regnaverunt* habent reliqui libri tam scripti quam editi omnes. — *ante virgines Vestae* Fuld. In seqq. Erl. habet *regna praestarent.* — *despectrix omnium istarum* Erl. 1 Vatic. In cett. libris habetur *desp. communium istarum.* — *aliquamdiu Romanis honorastis* Lugd. I. *aliquamdiu honorastis* deleto voc. *Romani* ed. Rig. In reliquis libris tam scriptis quam editis extat *aliquamdiu Romani honorastis.* — *dominaturi eius.* Verbum *dominari* cum genitivo strui probat locus Apuleii Asclep. cap. 39. „catholicorum dominantur.“ — *si deo non deliquisset* (Erl. *deliquissent*) *ultimo in Christum.* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk. *si non ultimo deliquisset in Christum* Fuld. Agob. (?) et edd. Rig. Haverk. —

27. Caput vigesimum septimum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est vigesimum sextum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. et aliis incipit demum post verba: *quam ostendimus non esse* et inscribitur: DE SPIRITV DAEMONIACO., expressius in altero Vaticano: QVOD DAEMONES INCITENT CONTRA NOS GENTES QVIA LICET CHRISTIANIS SVBICIANTVR SVNT TAMEN SERVI CONTVMACES. — *adversus intentationem* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Gandav. Elnon. et ed. Rig. *adversus intentionem* Oxon. Lugdd. Fuld. et reliquae edd. omnes. — *laesae divinitatis* Codd. MSS. et Edd. omnes praeter Fuld. et ed. Haverk., in quibus extat *laesae religionis ac divinitatis.* — *quo non videamur* Put. Fuld. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Rig. Haverk. *quod non videamnr* Oxon. (?) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. In seqq. voc. *quam* ante *ostendimus* delevit Haverk. in sua ed. ex auctoritate Fuld. — *obstruimus gradum perfidiae* Fuld. Agob. Lugdd. Erl. alii et ed. Gelen. *obstr. gradum pro fide* Put. 1 Vatic. Goth. Ampl. Oxon. et reliquae edd. omnes; *gradum ob-*

conscientiae nostrae, qua certi sumus ad quos ista perveniant officia sub imaginum prostitutione et humanorum nominum consecratione. Sed quidam dementiam existimant, quod, cum possimus et sacrificare in praesenti et inlaesi abire manente apud animum proposito, obstinationem saluti praeferamus. Datis scilicet consilium, quo vobis abutamur; sed agnoscimus, unde talia suggerantur, quis totum hoc agitet, et quomodo nunc astutia suadendi nunc duritia saeviendi ad constantiam nostram deiiciendam operetur. Ille scilicet spiritus daemoniacae et angelicae paraturae qui noster ob divortium aemulus et ob dei grâtiam invidus de mentibus vestris adversus nos proeliatur occulta inspiratione modulatis et subornatis ad omnem quam in primordio exorsi sumus et iudicandi perversitatem et saeviendi iniquitatem. Nam licet subiecta sit nobis tota vis daemonum et eiusmodi spirituum, ut nequam tamen et servi metu nonnunquam contumaciam miscent, et laedere gestiunt quos alias verentur: odium enim etiam timor spirat. Prae-

struere est gradum cohibere, nolle Cf. de Veland. Virg. 15. de Praescr. Haeret. 15. de Resurr. Carnis 48. In seqq. pro *nominum* in Lugd. II. m. rec. correxit *numinum*, et porro Lugd. I. *qui cum possimus* pro *quod cum possimus*. — *qui totum hoc agitent* ed. Rhen. Pro *astutia suadendi* in ed. Barr. mendose legitur *astutia sua dandi*. Pro *daemoniacae* unus Put. habet *daemonicae*. De voc. *paratura* cf. nos supra ad cap. 22. — *vestris versus nos praeliatur occultam inspirationem modulatis et subornamentis* Lugd. I. mendosissime pro more. Pro *exorsi sumus* in Erl. extat *exorsimus*, pro *praeliatur* in Put. *praeliantur*, pro *saeviendi* in Lugd. II. *serviendi*. *licet suspecta sit nobis vis* Erl. deleto voc. *tota*. — *et eiusmodi spirituum* (Oxon.: *spiritûm*) Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. Lugdd. Agob. MSS. Pamelii et edd. Pam. Haverk. *et eiusmodi spiritus* edd. reliquae omnes. — *ut nequam tamen* (Lugd. II.: *tam* *et servi* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. Agob. *et nequam tamen servi* Fuld. *ut nequam tamen servi* edd. omnes. — *metu nonnunquam contumaciam* Put. Goth. Ampl. Oxon. *metum nonnunquam contumaciae* Fuld. *metum* (*metu* Lugdd. Agob. vitiose) *nonnunquam contumacia* Erl. Lugdd. Agob. *metui n. contumaciam* edd. omnes praeter Barr. in qua desideratur voc. *metui*. In seqq. Lugd. II. vitiose praebet *quos alias verentur*. — *timor spirat* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Agob. et edd. omnes praeter Haverk. in qua *timor inspirat* legitur auctoritate

terquam et desperata condicio eorum ex praedamnatione solatium reputat fruendae interim malignitatis de poenae mora. Et tamen adprehensi subiguntur et condicioni suae succidunt, et quos de longinquo oppugnant, de proximo obsecrant. Itaque cum vice rebellantium ergastulorum sive carcerum vel metallorum vel hoc genus poenalis servitutis erumpunt adversus nos in quorum potestate sunt, certi et inpares se esse et hoc magis perditos, ingratis resistimus ut aequales et repugnamus perseverantes in eo quod oppugnant et illos nunquam

unius Fuld. — *praeterquam et* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.) Pam. Herald. *Praeterquam quod* Agob. (?) et ed. Haverk. ex coni. Wowerenii et Latinii. *praeterque et* ed. Rig. Sensum explicat Haverkampius: Immundi spiritus scientes reservari se ad poenam in diem iudicii solatium quaerunt poenarum in ipsa illa mora temporis, ut interim sese expleant omnigena bonorum afflictione et fruantur malignitate sua. In seqq. Erl. habet *desperatio. Conditio* pro *desperata condicio* et porro *apprensi* pro *apprehensi*, pro more. In Fuld. est *apprehensi subiciuntur* pro *apprehensi subiguntur*, et Lugd. I. vitiose exhibet *apprehendi* pro *apprehensi.* — *condicioni* (Lugdd. mendose: *conditionis*) *suae succidunt* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *condicioni suae parent et succedunt* Fuld. *conditioni suae succinunt* ed. Gelen. — *cum vice rebellantium ergastulorum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. et edd. omnes praeter Haverk. in qua extat *dum vice repugnantium et* (*vel* Fuld.) *rebellantium ergastulorum.* Erl. praebet *dum more bellantium ergastulorum.* Cf. Casaub. ad Iul. Capitolin. p. 76. Gronov. Observv. I, 8. — *adversus nos* Put. Fuld. Erl. Lugdd. et ed. Haverk. *adversum nos* Goth. Ampl. Oxon. et edd. reliquae omnes. Fuld. plenius locum exhibet sic: *adversus nos praeliantur* (*praeliaturi* recte emend. Haverk.) *in quorum* seqq. — *certi et inpares se esse et hoc* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Agob. MSS. Pamelii omnes et ed. Haverk. *certi impares se esse et hoc* edd. reliquae omnes. *certi etiam perisse et hoc* Fuld. — *magis perditos* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. et edd. omnes praeter Haverk. in qua extat *magis proditos* ex auctoritate Lugd. I. *ingratis* h. e. *ἀκουσίως*, praeter voluntatem et contra votum ipsorum; cf. supra ad cap. 4. Aliter Rigaltius, qui *ingratis* habet pro dativo adiectivi *ingratus*, et explicat: „odiosis, importunis.“ Pro *ut aequales* edd. Rhen. et Gangn. habent *et aequales.* —

magis detriumphamus quam cum pro fidei obstinatione damnamur.

28. Quoniam autem facile iniquum videretur liberos homines invitos urgeri ad sacrificandum (nam et alias divinae rei faciundae libens animus indicitur), certe ineptum existimaretur, si quis ab alio cogeretur ad honorem deorum, quos ultro sui causa placare deberet, ne prae manu esset iure libertatis dicere: Nolo mihi Iovem propitium; tu quis es? Me conveniat Ianus iratus ex qua velit fronte; quid tibi mecum est? Formati estis ab iisdem utique spiritibus, ut nos pro salute imperatoris sacrificare cogatis, et inposita est tam vobis necessitas cogendi quam nobis obligatio periclitandi. Ventum est igitur ad secundum titulum laesae augustioris maiestatis, siquidem maiore formidine et callidiore timiditate Caesarem

28. — Caput vigesimum octavum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est vigesimum septimum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. Elnon. Gandav. inscriptum est: DE GENIO IMPERATORIS., plenius in altero Vaticano: QVOD GENTES PROPRIAM RELIGIONEM PARVIPENDANT TIMENTES MAGIS IMPERATOREM QVAM IOVEM· — *Sed quoniam facile* Fuld. — *iniquum videretur* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Fuld. Oxon. Lugd. I. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Rig. Haverk. *iniquum videtur* Lugd. II. et edd. Gelen. Pamel. — *faciundae libens animus indicitur* Put. Lugd. II. MSS. Pamelii et edd. Pam. Rig. *faciendae l. a. indicitur* edd. Herald. Haverk. *faciendae* (Erl.: *favende*) *l. a. inducitur* Goth. Ampl. Erl. Oxon. (Fuld.?) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *indicitur* h. e. postulatur, flagitatur, necessarius est. Haverkampius respici putat illum sacrorum morem cum populus favere linguis iubetur. De dativo *rei faciundae* cf. supra 25. „fingendis simulacris.“ Pro *ineptum* in seqq. Lugd. I. mendose habet *inepte.* — *placare debet* Lugd. II. — *tu quis se* Put. Oxon. Goth. Lugdd. Erl. et Rig. *an quis es* Ampl. *tu qui es* (Fuld.?) reliquae edd. omnes. Verba *tu quis es* puta ad Iovem pronunciata. Erl. supra pro *esset iure* habebat *esset de iure.* — *iratus qua velit fronte* deleta praepositione *ex* Fuld. — *Formati estis ab iisdem* (*eisdem* Fuld. *hisdem* Put. *hiisdem* Goth. Ampl.) Fuld. Put. Goth. (in quo tamen ab eadem manu antiqua superscr. est *Informati*) MSS. Pamelii Erl. Oxon. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Pam. Herald. Rig. Haverk. *Informati estis ab iisdem* Ampl. et edd. Gelen. Barr. — *uti nos pro* Put. Goth. Ampl. Erl. *ut in hos pro* Lugd. II. mendose. In edd. est: *ut nos pro.* — *maiori formidine et callidiori*

observatis quam ipsum de Olympo Iovem. Et merito, si sciatis. Quis enim ex viventibus non cuilibet mortuo potior? Sed nec hoc vos ratione facitis potius quam respectu praesentaneae potestatis: adeo et in isto inreligiosi erga deos vestros deprehendimini, qui plus timoris humano dominio dicatis. Citius denique apud vos per omnes deos quam per unum genium Caesaris peieratur.

Erl. Lugdd. *maiore form. et calidiore* Fuld. et ed. Haverk. *maiore f. et callidiore* Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. reliquae omnes. — *etiam merito* Goth. Ampl. et edd. Rhen. Gangn. Barr. *et merito* Put. Fuld. Erl. Oxon. et reliquae edd. Voculam *et* prorsus delet Lugd. I. Pro *sciatis* Erl. praebet *facitis* mendose. — *Quis enim ex viventibus non cuilibet* (in Put. olim erat *quilibet*) *mortuo potior* Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *Quis e. e. v. quilibet non m. p.* Lugd. I. *Quis e. e. v. quilibet non omni m. potior est?* Fuld. *Qui enim e. v. quilibet* (verba *non omni* ab rec. m. sunt addita) *mortuo potior* Lugd. II. *Quid enim? ex viv. quilibet non mortuo potior* Erl. et ed. Rig. approbante etiam Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 366. ex Cod. MS. nescio cuius auctoritate. *Quid enim? ex v. quilibet non omni m p.* ed. Haverk. In seqq. Lugd. II. habet mendose *Sed nec hoc vobis ratione.* — *praesentaneae potestatis* Goth. Ampl. Put. Oxon. Bong. Fuld. et MSS. Pamelii omnia praeter unum Vatic. (in quo extat *repraesentaneae*, quam scripturam in textum receperunt Pamel. Herald. Haverk. et prob. Casaub. ad Sueton. Claud. 34.) et edd. praeter Pam. Herald. Haverk. omnes. Erl. habet: *representande potestatis a deo. et* sqq. In seqq. Oxon. habet *et non in isto* et ed. Rhen. *deos vestros erga.* — *deprehendemini* Put. Goth. Ampl. MSS. Pamelii et ed. Pam. *deprendimini* Erl. *deprehendimini* Oxon. Fuld.? Lugdd.?) et edd. reliquae omnes. — *qui plus timoris* Fuld. et ed. Haverk. Reliqui libri tam scripti quam editi omnes praebent *cum plus timoris.* — *humano dominio* Put. Goth. Ampl. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *h. divo* Oxon. *h. domino* Fuld. Erl. Lugdd. et ed. Gelen. In seqq. pro *Citius denique* in ed. Rhen. mendose extat: *In civitatibus denique.* De more veterum per genios, inprimis Caesarum, iurandi cf. Hansen de Iureiurando Vett. 16. in Graevii Thes. Antiqu. V, p. 841. Fabric. Bibliogr. Antiqu. 12, 9. Intt. ad. Suiton. Caes. 85. et Calig. 27. Ulpian. de Iureiur. 13. —

29. — Caput vigesimum nonum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est vigesimum octavum, in Put. G th. Ampl. Oxon. I Vatic. Gandav. Eluon. inscriptum est: AN POSSINT PRODESSE

29. Constet igitur prius, si isti quibus sacrificatur salutem imperatori vel cuilibet homini inpertire possunt, et ita nos crimini maiestatis addicite, si angeli aut daemones substantia pessimi spiritus beneficium aliquod operantur, si perditi conservant, si damnati liberant, si denique, quod in conscientia vestra est, mortui vivos tuentur; nam utique suas primo statuas et imagines et aedes tuerentur, quae, ut opinor, Caesarum milites excubiis salva praestant. Puto autem, eae ipsae materiae de metallis Caesarum veniunt, et tota templa de nutu Caesaris constant. Multi denique dei habuerunt Caesarem iratum. Facit ad causam, si et propitium, cum illis

IDOLA., plenius in altero Vaticano: DII NEC CAESAREM NEC ALIVM IVVARE POSSVNT QVARE MERITO CAESAR MAGIS HONORANDVS QVAM ILLI. — *salutem imperatoribus* Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes praeter Haverk. quae habet *salutem imperatori*, ut est in Fuld. Erl. Lugdd. — *inpertire possunt* Put. *impartire* (cf. Bremium ad Nep. Alcib. 6, 5. et supra cap. 22. ubi habuimus *exsacramentum* pro *exsecramentum*) *possunt* Lugd. I. *impartiri possunt* Goth. Ampl. *impertiri possint* Erl. *impertiri possunt* Oxon. et edd. omnes. — *crimini maiestatis addicite* (Lugd. II.: *addiscite*) Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Agob. Gorz. MSS. Pamelii et edd. Gangn. Barr. (Fuld.) Pam. *crimen maiestatis addicitis* Oxon. vitiose. *crimini addicite* deleto voc. *maiestatis* edd. Rhen. Gelen. Herald. Rig. Haverk. — *quos in conscientia vestra est* Fuld. *quod in consc. v. est* Erl. Lugd. II. Put. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. *in consc. v. est*, deleto voc. *quod*, Goth. Ampl. Oxon. et edd. Gangn. Barr. *quod in consc. nostra est* ed. Rhen. *quod consc. vestra est* Lugd. I. et edd. Gelen. Haverk. — *Nam utique* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. *iam utique* (Oxon.? Fuld.?) edd. omnes in quibus ea est interpunctio: *addicite. Si angeli* — — — *tuentur, iam utique* sqq. Pro *tuerentur* in Fuld. est *vindicarent*, et in ed. Barr. abest voc. *quae* ante *ut opinor*. — *excubiis salva* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. pars MSS. Pam. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *excubiis suis salva* Erl. 1 Vatic. (Lugdd.?) et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. Post voc. *imagines* Oxon. inserit verba *et ideas*. — *Puto autem eae ipsae materiae* Put. *P. autem hee ipsae materiae* Goth. *P. aut hee ipsae materiae* Ampl. *P. autem ipsa materies* Erl. *P. autem et hae ipsae materiae* Fuld. et ed. Haverk. *P. autem ea et ipsae materiae* Lugd. II. *P. autem hae i. m.* edd. reliquae omnes. — *propitium cum illis* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. MSS.

aliquid liberalitatis aut privilegii confert. Ita qui sunt in Caesaris potestate, cuius et toti sunt, quomodo habebunt salutem Caesaris in potestate, ut eam praestare posse videantur, quam facilius ipsi a Caesare consequantur? Ideo ergo committimus in maiestatem imperatoris, quia illos non subiicimus rebus suis, quia non ludimus de officio salutis eorum, qui eam non putamus in manibus esse plumbatis. Sed vos inreligiosi, qui eam quaeritis ubi non est, petitis a quibus dari non potest, praeterito eo in cuius est potestate. Insuper eos debel-

Pamelii omnia et edd. Pam. Rig. Haverk. *propitius illis* edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) Herald. *si et propitium* sc. aliquem Caesarem habent. In seqq. Fuld. et ed. Haverk. habent *aliquid aut liberalitatis — confert. Ita qui* Put. Gorz. Erl. (Lugdd.?) et edd. omnes praeter Rhen. in qua extat *confert. Itaque*, ut est etiam in Goth. et Ampl. et ed. Barr. quae habet *confert. qui. praestat. Itaque* Oxon. — *cuius et toti* (in Goth. superscr. ab eadem manu: *tuti*) *sunt* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. et edd. Gangn. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *cuius et nunc et toti sumus* Fuld. In Lugd. I. et ed. Rhen. desiderantur verba: *cuius et toti — — — Caesaris in potestate*. In seqq pro *ut eam* ed. Barr. mendose habet *at eam*. — *praestare videantur* deleto voc. *posse* Erl. — *consequuntur* (*consecuntur* Erl.) Goth. Ampl. Erl. (Fuld.?) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *consequantur* Put. Oxon. Lugdd. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. Post voc. *consequantur* in Put. incipit caput trigesimum, in Goth. Ampl. Oxon. et aliis caput vigesimum nonum, quod in utrisque incribitur DE POTESTATE IMPERATORVM. (Oxon.: IMPERATORIS.). — *Ideo enim committimus* Fuld. et ed. Haverk. In cett. tam scriptis quam editis libris extat *Ideo ergo committimus*. — *nos* (in marg. emend *non*) *subiicimus* ed. Rhen. — *in maiestatem imperatoris* Put. Goth. Ampl. *in m. imperatorum* Erl. Oxon. alii et edd. omnes. *rebus suis* h. e. condicioni suae. — *salutis ipsorum* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Rig. *salutis eorum* Oxon. et edd. Gelen. Pam. Herald. Haverk. Pro *qui eam* Erl. habet *quodque eam*, Lugd. II. *quia eam*, sed a m. rec. emend. in *qui eam*. — *in manibus esse plumbatis*. Fulcro plumbi interdum ferruminabantur statuae, unde plumbatae manus sunt quibus additum plumbum, ne hiscerent et solverentur. — *Sed vos* (*nos* Gorz.) *inreligiosi* Put. Goth. Ampl. Erl. Gorz. Lugd. II. et edd. Gangn. Barr. Pam. *Sed vos religiosi* Fuld. Oxon. et edd. Rhen. Gelen. Herald. Rig. Haverk. Pro *qui eam quaeritis* Erl. habet *qui etiam quaeritis*, et porro pro *praeterito eo* Fuld.

latis qui eam sciunt petere, qui etiam possunt impetrare, dum sciunt petere.

30. Nos enim pro salute imperatorum deum invocamus aeternum, deum verum, deum vivum, quem et ipsi imperatores propitium sibi praeter ceteros malunt. Sciunt quis illis dederit imperium, sciunt qua homines quis et animam, sentiunt eum esse deum solum in cuius solius potestate sunt, a quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes et super omnes deos. Quidni? cum super omnes homines, qui utique vivunt et mortuis antistant. Recogitant quousque vires imperii sui

praebet: *praeteritis eum*, Erl.: *Pretereo.* — *in cuius est potestate* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Gelen. et Pamel. in quibus extat *in cuius potestate est.* Lugd. II. voc. *est* prorsus delet. In seqq. voc. *eos* ante *debellatis* desideratur in Fuld. et porro pro *qui eam* Erl. habet *qui etiam eam.* — *qui etiam possunt* Goth. Ampl. (Fuld.) et edd. Gangn. Barr. Pam. *qui etiam possint* Put. Oxon. et edd. Rhen. Gelen. Herald. Rig. Haverk. In Erl. Agob. et Lugd. II. verba *qui etiam possint impetrare dum sciunt petere* non comparent. —

30. — *deum invocamus* Put. Fuld. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *deum vocamus* Goth. Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Barr. Pro *aeternum* in Erl. est *et unum.* — *verum et deum vivum* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. praeter Codd. MSS. auctoritatem. In seqq. pro *praeter ceteros* in Lugd. II. manus emend. rec. correxit *prae ceteris* et Lugd. I. vitiose habet *prae ceteros.* Pro *malunt* in Fuld. extat *mallent.* — *imperium, sciunt qua homines* Put. Fuld. Erl. Lugd. II. MSS. Pameli et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *imperium qua homines* deleto *sciunt* Oxon. *imp. sciunt quia hom.* Goth. *imp. sciunt que hom.* Ampl. *imp. sciunt quis hom.* Lugd. I. et ed. Gelen. *imp. sciunt qui hom.* edd. Rhen. Gangn. Barr. Pro *quis et animam* Lugd. I. et ed. Gelen. praebet: *quis et animas*, edd. Rhen. Gangn. Barr.: *qui et animas.* — *eum esse deum* Put. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. *eum deum esse* Goth. Ampl. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Herald. Haverk. *deum eum esse* Erl. Lugdd. In ed. Gelen. legitur *sentiunt deum esse solum* deleto pronomine *eum.* — *a quo sint secundi* Put. Lugd. I. In reliquis libris tam scriptis quam editis quotquot novi extat: *a quo sunt secundi.* — *et super omnes deos. Quidni? cum* (*Qui diu? cum* ed. Rhen. mendose *super omnes homines qui utique vivunt et mortuis antistant* (*antistent.* edd. Gangn. Barr.) Put. Goth. Ampl. Oxon. MSS. Pamelii et edd.

valeant, et ita deum intellegunt; adversus quem valere non possunt, per eum valere se cognoscunt. Caelum denique debellet imperator, caelum captivum triumpho suo invehat, caelo mittat excubias, caelo vectigalia imponat. Non potest; ideo magnus est quia caelo minor est. Illius enim est ipse cuius et caelum est et omnis creatura. Inde est imperator unde et homo antequam imperator, inde potestas illi unde et spiritus. Illuc suspicientes Christiani manibus expansis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia de pectore oramus. Precantes sumus semper pro omnibus imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quaecunque hominis et Caesaris vota

Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. *et super omnes deos*, *homines. Qui utique vivunt et mortuis antistant* ceteris deletis Erl. ed Gelen. *et s. o. deos cum homines qui utique v. et m. a.* ceteris deletis Lugd. II. *et super omnes homines qui utique viventes mortuis antestant.* Fuld. *et super omnes deos. Quidni? cum super omnes homines qui utique viventes mortuis antestant.* ed. Haverk. In seqq. pro *Recogitant* Fuld. habet *Recogitent*, et Erl. *fines* pro *vires.* Voc. *sui* post *imperii*, quam tuentur Put. Fuld. Erl. Lugdd. Oxon. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk., delent Goth. Ampl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. — *valere nemo potest per eum se valere cognoscunt* Erl. *se valere* pro vulg. *valere se* tuentur etiam edd. Gelen., (quae eadem in seqq. verba *caelo mittat excubias*, *caelo vectigalia imponat* delet) Pamel. — *cuius est coelum et* ed. Gelen. In seqq. Erl. habet *Inde imperator* deleto voc. *est.* — *unde et homo* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Pam. ubi extat *unde est et homo* Oxon. habet: *unde et Caesar homo.* Pro *Illuc suspicientes* Lugd. I. vitiose habet *Illuc suscipientes*, Fuld. et inde ed. Haverk.: *Illuc sursum suspicientes.* — *quia innocui. capite nudo* Erl. *quia innocuis*, *capite nudato.* In reliquis libris omnibus extat *quia innocuis*, *capite nudo.* Mos veterum gentilium capite operto orandi notus est. — *oramus. precantes sumus semper pro* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Erl. Lugdd. Agob. et edd. Gelen. Pam. *oramus. Precantes sumus omnes semper pro* edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Haverk. *oramus pro* verbis *precantes sumus semper* deletis ed. Rig. — *quietum et quaecunque* (Fuld.) edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Rig. Haverk. *quietum*, *quaecunque* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. (Lugdd.?) et edd. Gelen. Pamel. Post *Caesaris* Ampl. male repe-

sunt. Haec ab alio orare non possum quam a quo me scio consecuturum, quoniam et ipse est qui solus praestat et ego sum cui impetrare debetur, famulus eius, qui eum solum observo, qui propter disciplinam eius occidor, qui ei offero opimam et maiorem hostiam quam ipse mandavit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de spiritu sancto profectam, non grana thuris unius assis, Arabicae arboris lacrimas, nec duas meri guttas, nec sanguinem reprobi bovis mori optantis, et post omnia inquinamenta etiam conscientiam spurcam: ut mirer, cum hostiae probentur penes vos a vitiosissimis sacerdotibus, cum *cuivis* praecordia potius victimarum quam ipsorum

tit *et hominis* et paulo post pro *ab alio* praebet *ab aliis.* — *sunt vota. Haec* Erl. *vota sunt. Hoc* Lugd. I. — *a quo me scio* Erl. Put. Goth. Ampl. Lugd. II. et edd. Pam. Haverk. *a quo sciam me* ed. Gelen. *a quo scio me* Oxon. edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) Herald. Rig. In seqq. Lugd. II. pro *quoniam* a m. rec. habet *a quo*, et porro a m. pr. *quum solus* pro *qui solus.* In Erl. post *praestat* abest particula *et.* — *impetrare debet* Lugd. uterque, sed in altero corr. ita a m. sec. — *solus observo* Put. Bong. Lugdd. prob. Heraldo, et edd. Rig. Haverk. *solum observo* Goth. Ampl. Oxon. Erl. (Fuld.) et reliquae edd. omnes. Verba *qui propter disciplinam eius occidor*, quae tuentur Put. Oxon. Goth. Ampl. Gorz. Lugd. II. Erl. MSS. Pamelii, delent Lugd. I. et edd. Rhen. Gelen. Herald. In Fuld. et ed. Haverk. extat: *qui pro disciplina eius occidor.* — *unius assis Arabicae* Fuld. Put. Oxon. Goth. Ampl. Erl. MSS. Pamelii et edd. Pam. Haverk. *unius assis, non a radice* ed. Rhen. *unius assis*, *non Arabicae* Lugd. I. et reliquae edd. omnes. *u. a. nec Arabicae* Lugd. II. sed a m. sec. — *reprobi bonis* Fuld. vitiose. *reprobi hominis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (in qua paulo ante erat *ne sanguinem*) Pam. *reprobi bovis* Codd. MSS. et mei et Pamelii omnes et edd. Herald. Rig. Haverk. Reprobum bovem mori optantem appellat Tertullianus bovem nullius pretii, moribundum et paene confectum. Tangit enim Gentilium in sacrificiis σμικρολογίαν quam clarius exagitabat supra cap. 13.: „Non dico quales sitis in sacrificando, cum enecta et tabidosa et scabiosa quaeque mactatis.“ Appellat autem *reprobum bovem* qui re probari atque ab altaribus arceri debuerat, cum hostiae probarentur. — *cum hostiae probantur* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *cum hostiae probentur* edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Gelen. *quomodo hostiae probantur* Erl. — *cum quibus praecordia* Put. Bong. Oxon. Goth. Ampl. Erl. Lugdd.

sacrificantium examinantur. Sic itaque nos ad deum expansos ungulae fodiant, cruces suspendant, ignes lambant, gladii guttura detruncent, bestiae insiliant: paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani. Hoc agite, boni praesides, extorquete animam deo supplicantem pro imperatore. Hic erit crimen, ubi veritas dei et devotio est.

31. Adulati nunc sumus imperatori et mentiti vota quae diximus, ad evadendam scilicet vim. Plane proficit ista fallacia. Admittitis nos enim probare quodcunque defendimus. Qui ergo putaveris nihil nos de salute Caesarum curare, inspice dei voces, litteras nostras, quas neque ipsi supprimimus et plerique casus ad extraneos transferunt. Scitote ex illis praeceptum

Agob. Emendavi *cum cuivis praecordia. cuivis* perquam facile corrumpi potuisse in *quibus* in aperto est. In edd. omnibus legitur *cur praecordia*, quae scriptura nullius Cod. MS. auctoritate firmata est. — *Sic itaque nos* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.) Pam. Herald. Haverk. *Sic ita nos* ed. Rig. *Si itaque nos* coni. Latinius. Male. In seqq. pro *fodiant* Agob. et Lugd. II. praebent *effodiant*. Lugd. I. pro *expansos* vitiose praebet *spansos*, Ampl. *guttera* pro *guttura*. Mox: *Christiani orantis*. Erl. — *Hoc boni praesides agite* Erl. *Hoc te agri boni agite praesides* Lugd. I. mendose. *Hoc te boni agi* (*agri* Agob.?) *praesides* Lugd. II. Agob. vitiose. In seqq. verba: *Hic erit crimen*, *ubi veritas et dei devotio est* (Fuld.: *Hic erit crimen ubi veritas est dei et devotio.*), quae tuentur omnes libri mss. omnesque edd., solus in sua ed. delevit Rigaltius, nescio quo iure aut ratione. —

31. — Caput trigesimum primum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est trigesimum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. aliisque inscriptum est: DE ORATIONE PRO INIMICIS. — *Adolati nunc sumus* Put. Gaud. Elnon. in quibus constanter scriptum est *adolari* non *adulari*; cf. supra cap. 25. In seqq. pro *ad evadendam* ed. Gelen. habet *ad evadendum*. Pro *Plane proficit* Fuld. praebet *Tamen proficit*. — *Admittitis nos enim* Goth. Lugd. II. Put. et ed. Rig. *Admittimus nos enim* Oxon. *Admittitis enim nos* Erl. Ampl. et reliquae edd. omnes, praeter Barr. in qua vitiose *Admittis enim nos* extat. De particula *enim* tertio loco posita v. Hand. Tursellin. II, p. 397 sqq. — *ergo putaveris* Put. Goth. Ampl. Erl. Bong. Lugdd. MSS. Pamelii omnes et edd. Rig. Haverk. *ergo putas* (Oxon.? Fuld.?) edd. reliquae omnes. — *Scitote ex illis* Put.

ceptum esse nobis ad redundantiam benignitatis etiam pro inimicis deum orare et persecutoribus nostris bona precari. Qui magis inimici et persecutores Christianorum quam de quorum maiestate convenimur in crimen? Sed etiam nominatim atque manifeste: Orate, inquit, pro regibus et pro principibus et potestatibus, ut omnia tranquilla sint vobis. Cum enim concutitur imperium, concussis etiam ceteris membris eius, utique et nos, licet extranei a turbis aestimemur, in aliquo loco casus invenimur.

32. Est et alia maior necessitas nobis orandi pro imperatoribus, etiam pro omni statu imperii rebusque Romanis, qui vim maximam universo orbi imminentem ipsamque clausulam saeculi acerbitates horrendas comminantem Romani imperii

Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. (MSS. Pamelii?) Fuld. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Rig. *Scito ex illis* Lugd. I. et edd. Pam. Haverk. — *praeceptum esse nobis* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. Fuld. Oxon. et edd. omnes praeter Haverk. quae ex auctoritate Lugd. I. habet *praeceptum est nobis.* In seqq. Erl. a m. pr. habuit *et pro persecutoribus*, sed eadem manus delevit praepositionem *pro.* Idem liber in seqq. delet voc. *de* ante *quorum*, et in Lugd. I. pro *orare* extat *exorare*, et paulo post *ut crimen* pro *in crimen.* — *inquit* sc. apostolus (v. Epist. ad Timoth. 1, 2, 2.) Dixi de hac formula supra ad cap. 1. — *tranquilla sint. Vobiscum enim* Goth. Ampl. Erl. Bong. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk. *tranquillae sint vobis. Cum enim* Fuld. *tranquilla sint vobis. Cum enim* Put. edd. Rig. Haverk. — *a turbis aestimemur, in aliquo* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Oxon. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus voc. *aestimemur* deletum est ex auctoritate Fuld. —

32. — Caput trigesimum secundum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est trigesimum primum, in his inscriptum est: DE EADEM RE., in Put.: ITEM PRO IMPERIO ET POTESTATE IMPERATORIS., plenius in uno Vaticano: QVOD CHRISTIANI PRO IMPERATORIBVS PRECANTVR DVM ORANT SAECVLI CLAVSVLAM RETARDARI. — *necessitas orandi* deleto voc. *nobis* Lugd. I. — *et pro omni statu* Erl. *et ita universo orbe et statu* Fuld. In cett. tam scriptis quam editis omnibus extat *etiam pro omni statu.* — *qui vim maximam* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. Fuld. et edd. Rig. Haverk. *quod vim maximam* (Oxon. Lugd. I.?) edd. reliquae omnes. Pro *universo* Erl. habet *universoque.* — *clausulam saeculi* Put. Goth. Ampl. Oxon. MSS.

commeatu scimus retardari. Itaque nolumus experiri, et dum precamur differri, Romanae diuturnitati favemus. Sed et iuramus, sicut non per genios Caesarum, ita per salutem eorum, quae est augustior omnibus geniis. Nescitis genios daemonas dici et inde diminutiva voce daemonia? Nos iudicium dei suspicimus in imperatoribus, qui gentibus illos praefecit. Id in eis scimus esse quod deus voluit, ideoque et salvum volumus esse quod deus voluit et pro magno id iuramento habemus. Ceterum daemonas, id est genios, adiurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus, non deierare, ut eis honorem divinitatis conferamus.

33. Sed quid ego amplius de religione atque pietate Christiana in imperatorem? quem necesse est suspiciamus ut

Pamelii et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *clausuram saeculi* ed. Gelen. *cladem saeculi* Erl. Lugdd. *clavem saeculi* Agob. (?) — *commeatu* h. e. prorogatione, diuturnitate. Cf. Tertull. de Anima 30. adv. Marc. II, 10. — *Itaque volumus experiri* — — *differre* Erl. Latin. coni.: *Ita quae nolumus experiri, ea dum* sqq. probb. Iunio et Haverk. — *Sed et iuramus sicut non* Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes. *Sed et iuramus sicut tum* Erl. *et iuramus sicut non* deleta particula *Sed* Agob. Lugd. II. *Sed et sic iuramus non* Fuld. Paulo post Put. et Erl. vitiose *suscipimus* exhibent pro *suspicimus*. — *ideoque et salvum volumus esse quod deus voluit.* Haec verba, quae tuentur Put. Gandav. Elnon. Fuld. (in quo, ut in ed. Haverk., voc. *esse* desideratur post *volumus*) et edd. Pamel. Rig. Haverk., non habent Erl. Oxon. Lugdd. Agob. Goth. Ampl. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. — *pro magno id iuramento* Put. Gorz. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Agob. et edd. Gelen. Barr. Pam. Rig. Haverk. *pro magno adiumento* edd. Rhen. Herald. *pro magno adiuramento* Fuld. et ed. Gangn. — *ut illos ex hominibus exigamus* Erl. Lugd. II. Agob. *ut ex hominibus illis exigamus* Lugd. I. mendose. *ut illos de hominibus expellamus* Fuld. Reliqui libri tam scripti quam editi habent: *ut illos de hom. exigamus.* — *illis honorem* Goth. (sed ab eadem manu superscr. *eis* super *illis*) Oxon. (Fuld.?) et edd. omnes. *eis honorem* Put. Ampl. Erl. Lugd. I. —

33. — Caput trigesimum tertium, quod in Goth. Ampl. Oxon. est trigesimum secundum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptum est: PRO IMPERATORE. — *in imperatorem quam necesse est?* edd. Rhen. Gangn. Barr. *in imperatore quem necesse est* Put. Goth. *in imperatorem quem* (*quae* Lugd. I. mendose) *ne-*

eum quem dominus noster elegit. Ut merito dixerim: noster est magis Caesar, a nostro deo constitutus. Itaque ut meo plus ego illi operor in salutem, siquidem non solum ab eo postulo eam qui potest praestare, aut quod talis postulo qui merear impetrare, sed etiam quod temperans maiestatem Caesaris infra deum magis illum commendo deo, cui soli subiicio. Subiicio autem cui non adaequo. Non enim deum imperatorem dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse se deum volet dici. Si homo sit, interest hominis deo cedere; satis habeat appellari imperator. Grande et hoc nomen est, quod a deo traditur. Negat illum imperatorem qui deum dicit; nisi homo sit non est imperator. Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Suggeritur enim ei a tergo: Respice post te! Hominem te memento! Et utique hoc magis gaudet tanta se

cesse est Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugdd. et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. Pro *suspiciamus* Erl. habet *suscipiamus*. — *elegit. ut merito* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pamel. Herald. *elegerit. ut merito* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) *elegit, et merito* edd. Rig. Haverk. — *Caesar a nostro* Put. Bong. Oxon. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Rig. Haverk. *Caesar, ut a nostro* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pamel. — *Itaque ut meo plus* Put. Goth. Erl. Oxon. et edd. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.) Pam. Herald. *Itaque in eo plus* Ampl. *Itaque et in eo plus* edd. Rig. Haverk. ex coni. Wowerenii. *Itaque ut in eo plus* ed. Rhen. *in salutem siquidem non* (*si quid non* Oxon.) *solum ab eo postulo* (*postolo* Put.) *eam qui potest* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Agob. et edd. Rhen. Gangn. Pam. Herald. *in salutem. non solum quod eam ab eo postulo qui potest* Fuld. et ed. Haverk. *in salutem, quod non solum ab eo postulo eam qui potest* ed. Rig. In ed. Gelen. extat: *in salutem. Si quidem non solum ab eo postulo qui merear* deletis reliquis. In seqq. Erl. habet *aut qui talis postulo*. — *cui soli eum subicio* Fuld. — *dici si homo sit. Interest* distinguitur in Goth. Erl. In praegressis Erl. pro *vel quia* habebat *quia vel*, et Lugd. I. *nec ipse deum* pro *nec ipse se deum*. — *satis habeat* (*abeta* Lugd. II. vitiose) Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *satis habet* Fuld. Erl. edd. Rig. Haverk. Paulo ante pro *interest homini* in ed. Gelen. erat *interest hominis*. — *negat ille imperatorem* Oxon. — *Respice post te, hominem te memento* Put. Goth.

gloria coruscare, ut illi admonitio condicionis suae sit necessaria. Minor erat, si tunc deus diceretur, quia non vere diceretur. Maior est qui revocatur, ne se deum existimet.

34. Augustus imperii formator, ne dominum quidem dici se volebat; et hoc enim dei est cognomen. Dicam plane imperatorem dominum, sed more communi, sed quando non cogor, ut dominum dei vice dicam. Ceterum liber sum illi; dominus enim meus unus est, deus omnipotens aeternus, idem qui et ipsius. Qui pater patriae est, quomodo dominus est? Sed et gratius nomen est pietatis quam potestatis; etiam familiae magis patres quam domini vocantur. Tanto abest ut

Ampl. Erl. Lugd. II. et ed. Rig. *Resp. post te, hom. memento te.* Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Pam. Herald. *Resp. te hominem, mem. te* ed. Barr. *Resp. post, hom. te memento* Lugd. I. *Resp. post te, hominem te, hominem momento* Fuld. De re cf. Intt. ad Sueton. Octav. 91. Isidor. Origg. XVII, 3. — *Etiam utique hoc magis* Goth. Ampl. et edd. Rhen. Gangn. Barr. *Etiam hoc magis* ed. Gelen. *Et utique hoc magis* Put. Oxon. Erl. Fuld. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. In seqq. pro *admonitio* in Fuld. extat *monitio*, et paulo post verba *quia non vere diceretur*, quae tuentur Put. Gorz. Fuld. Erl. alii cum edd. omnes praeter Rhen., non habent Goth. Ampl. Oxon. et ed. Rhen. Voc. *deus* in praegressis non extabat in Lugd. I. —

34. — Caput trigesimum quartum, quod in Goth Ampl. Oxon. est trigesimum tertium, in Put. Goth. Ampl. Oxon. aliisque inscriptum habet: DE AVGVSTO IMPERATORE. — *ne dominum quidem dici se volebat.* V. Sueton. Octav. 53. In seqq. verba *sed more communi* delent Fuld. et ed. Rig. Omnes reliqui libri tam scripti quam typis excusi tuentur. — *deus omnipotens aeternus idem* Put. Goth. Ampl. (Oxon.?) Fuld. et edd. Rhen. Gangn. Barr. *deus omnipotens aeternus deus idem* Erl. Lugd. II. *omnipotens deus, aeternus idem* Lugd. I. et edd. Gelen. Pamel. *deus omnipotens et aeternus idem* edd. Herald. Rig. Haverk. Pro *ipsius* Lugd. II. et Agob. habent *ipsi*, et porro Erl. praebet *Qui patriae pater est* sqq. In Fuld. legitur: *Quomodo qui pater patriae est, dominus est?* — *Sed et gratius nomen est pietatis* Put. et omnes edd. praeter Gelen. et Pam., quarum in illa deletum est voc. *est*, in altera legitur *Sed et gratius* (Lugd. II. *gratis*) *est nomen p.*, ut habent etiam Erl. Goth. Ampl. Lugdd. In seqq. pro *etiam* Lugd. I. habet *et ideo;* paulo post Erl. delet voc. *familiae*, et Lugd. II. voc. *patres.* — *Tanto abest* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd.

imperator deus debeat dici, quod non potest credi, non modo turpissima sed et perniciosa adulatione; tamquam si habens imperatorem alterum appelles, nonne maximam et inexorabilem offensam contrahes eius quem habuisti, etiam ipsi timendam quem appellasti? Esto religiosus in deum, qui vis illum propitium imperatori. Desine alium deum credere atque ita et hunc deum dicere cui deo opus est. Si non de mendacio erubescit adulatio eiusmodi hominem deum appellans, timeat saltim de infausto. Maledictum est ante apotheosin deum Caesarem nuncupare.

et edd. omnes praeter Pamel., in qua extat *Tanto autem abest* ex MSS. quorundam auctoritate In sqq. verba *quod non potest credi* in Fuld. solo inseruntur post *adulatione.* Rigaltius ea in sua ed. prorsus delevit quamquam in omnibus reliquis libris editis et omnibus scriptis leguntur. Cave ne cum sequentibus ea coniungas neu distinguas post *credi* quod factum in plerisque edd. video. Continent causam cur, si imperator deus dicatur, hoc turpissima fiat adulatione. Male igitur correxerunt Gelenius et Pamel. in suis edd. *credi nisi turpissima.* In seqq. particulam *sed* delent Erl. Lugd. II. et edd. Gelen. Pam., et pro *perniciosa* Pamelius ex uno Vatic. edidit *perniciosissima*, invitis omnibus reliquis libris, praeter Lugd. II. Pro *adulatione* Put. habet *adolatione*, pro more; ita etiam paulo infra hoc ipso capite. Cf. supra capp. 25. et 31. — *adulatione quod non potest credi si habens* sqq. Fuld. deleto *tamquam* vocabulo. Pro *habens* in Goth. et Ampl. est *habes*, et pro *alterum appelles* in Erl. *alium appelles.* — *et inexplicabilem offensam* Agob. et Lugd. I. Mox Lugd. II. mendose: *quam appellasti*, Lugd. I. *qui appellasti.* — *deum credere* Put. Goth. Ampl. Bong. Oxon. Erl. Lugdd. et omnes edd. praeter Pamelii, qui ex nonnullis suorum librorum scriptorum edidit *deum colere vel credere.* In seqq. Fuld. praebet *cui deis opus est*, et in Erl. pro *adulatio* extat *adulator.* — *de infausto. male traditum est ante* Fuld. mendose. — *nuncupare* Put. Goth. Ampl. Fuld. Oxon. et edd. omnes. *nuncupari* Erl. Agob. Lugdd. et MSS. Pamelii. Post *nuncupare* in Fuld. (et hoc quidem solo) haec sequuntur addita: *Scio te isto nomine male velle et male abominari* (Haverk. coni.: *adominari*, , *ut vivente adhuc imperatore deum appelles*, *quod nomen illi mortuo accidit* (*accedit* coni. Iun. et Haverk.). —

35. — Caput trigesimum quintum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est trigesimum quartum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. aliisque Pamelii inscriptum est: DE SOLLEMNIBVS (Goth. et Ampl.:

35. Propterea igitur publici hostes Christiani, quia imperatoribus neque vanos neque mentientes neque temerarios honores dicant, quia verae religionis homines etiam sollemnia eorum conscientia potius quam lascivia celebrant. Grande videlicet officium, focos et toros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernae habitu abolefacere, vino lutum cogere, catervatim cursitare ad iniurias, ad inpudentias, ad libidinis inlecebras. Sicine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? Haecine sollemnes dies principum decent,

SOLEMPNITATIBVS) CAESARVM., plenius in uno Vaticano ap. Pamel'um: QVOD CHRISTIANI MAIORES ET VERIORES HONORES EXHIBENT IMPERATORIBVS QVAM GENTILES. — *publice hostes Chr. qui* Lugd. I. Paulo post Erl. *honores dicunt* pro *honores dicant.* — *focos et choros* Goth. Ampl. Erl. Lugdd. I Vatic. et edd. Rhen. Gangn. Barr. *focos et toros* Put. Fuld. Oxon. aliique ap. Pam. et edd. praeter illas quas dixi omnes. Paulo post pro *educere* Fuld. habet *deducere.* Sollemnia Caesarum quae hic describuntur sunt natales, triumphi, vota publice suscepta, decennalia, vicennalia, tricennalia, et quae id genus alia passim in numis veteribus et fastis consularibus reperiuntur. Foci sunt acerrae in sacrificiis usitatae; toros intellige de lectisterniis. — *civitatem tabernae habitu abolefacere* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. libri Pamelii omnes et edd. omnes praeter Gelen. quae habet *civ. tab. habitu obolefacere* (h. e. *κνισσᾶν*) prob. Scaligero. *civ. in tabernae habitum demutare* Fuld. perspectius. Civitatem tab. habitu *abolefacere* recte interpretatur Iunius: civilem ordinem honestumque tabernaria confusione commutare, ex civitate ganeum et popinam olidam facere, perinde ac si omnes viles essent tabernarii, ut vocat Caelius. Participium praeteriti verbi *abolefacere* (quod idem significat quod *abolere*) habes ap. Tertull. de Hab. Muliebri 3. *vino lutum cogere* (h. e. humum vino profuso madidare et inebriare ita ut lutum fiat; signum protervi luxuriosique convivii) Put. Goth. Erl. Lugd. II. Oxon. *vinolentum cogere* Lugd. I. *involutum cogere* Ampl. vitiose. *vinulentiam facere* Fuld. — *ad inpudentias, ad libidinis inlecebras* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. et edd. omnes. *ad inpudicitias, ad libidinum illecebras* Agob. Lugd. II. *ad inpudicitias, ad libidinum ludibria* Fuld. In seqq. Put. habet *Sicine* et *Haecine*, reliqui *Siccine* et *Haeccine.* Cf. Hand. Tursell. III, p. 83. Hildebr. ad Apul. I, p. 193. — *dedecus publicum* Put. Goth. Ampl. Fuld. Lugdd. et ed. Haverk. *publicum dedecus* Oxon. Erl. et edd. reliquae omnes. In Fuld. totus

quae alios dies non decent? Qui observant disciplinam de Caesaris respectu, hi eam propter Caesarem deserunt, et malorum morum licentia pietas erit, occasio luxuriae religio deputabitur? O nos merito damnandos! Cur enim vota et gaudia Caesarum casti et sobrii et probi expungimus? cur die laeto non laureis postes obumbramus nec lucernis diem infringimus? Honesta res est sollemnitate publica exigente induere domui tuae habitum alicuius novi lupanaris. Velim tamen in hac quoque religione secundae maiestatis, de qua in secundum sacrilegium convenimur Christiani non celebrando vobiscum sollemnia Caesarum quo more celebrari nec modestia nec verecundia nec pudicitia permittunt sed occasio voluptatis magis quam digna ratio persuasit, fidem et veritatem vestram de-

hic locus ita habetur: *Sic enim exprimitur p. g. per dedecus publicum. Haec in solemnes dixi principum decernuntque alios dies non decet. Quae observant* sqq. In Erl. abest voc. *dies* ante *non decent* — *hi eam* Put. Bong. Lugdd. (?) et edd. Rig. Haverk. *hii eam* Goth. Ampl. Erl. *ii eam* (Oxon.? Fuld.?) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. — *propter Caesarem deserunt* Put. Goth. Ampl. Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *pr. C. deserent* edd. Rig. Haverk. — *expungimus* h. e. suscipimus, perficimus; ita supra cap. 15. *expungere libidinem* pro: perficere libidinem; satis frequens is verbi usus apud Tertullianum. — *laureis postes adumbramus* ed. Gelen. In cett. omnibus *obumbramus*, recte. Laetis diebus et festis ianuas aedium ornabant veteres lauris et lucernis. Cf. de eo usu Tertull. de Idol. 15. Plin. H. N. XVI, 30. Intt. ad Taciti Ann. XV, 17. ad Apul. Metam. IV, 26. et ad Lucan. II, 354. Lips. Elect. I, 3. Sagittar. de Ian. Vet. 30. n. 16. 17. 25. in Graevii Thes. Antiqu. tom. VI, p. 514 sqq. Intt. ad Iuvenal. Sat. VI, 51. 79. 227. XII, 91. 92. Wernsdorf. Poet. Latin. Minor. tom. V, p. 151. Pro *infringimus* Fuld. praebet *effringimus.* — *induere domui* Put. Goth. Ampl. Erl. Fuld. Oxon. Lugdd. et edd. Gangn. Pam. Herald. Rig. Haverk. *induere domi* ed. Barr. *inducere domui* edd. Rhen. Gelen. — *novi lupanaris.* Cf. Tertull. ad Uxor. II, 6. de Idol. 15. Mox in Erl. pro *Velim tamen* est *Velim te.* — *sollemnia Caesarum quomodo celebranda occasio voluntatis* (leg. *voluptatis*) *magis quam digna ratio persuasit si nec modestia nec verecundia permittunt fidem et veritatem nostram demonstrare* Fuld. Verba *sed occasio voluptatis magis quam digna ratio* (*quam dignatio* Put. mendose) *persuasit* delevit in sua ed. Rigaltius nulla auctoritate. In ed. Rhen. men-

monstrare, ne forte et isthic deteriores Christianis deprehendantur qui nos nolunt Romanos haberi sed ut hostes principum Romanorum. Ipsos Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem convenio, an alicui Caesari suo parcat illa lingua Romana? Testis est Tiberis, et scholae bestiarum. Iam si pecto-

dose extat *veritatem nostram* pro *veritatem vestram*, — *et isti* ed. Rig. *et istis det. Christiani* Lugd. I. *et istis det. Christianis* Oxon. *et istic det. Christiani* ed. Rhen. In reliquis libris tam scriptis quam editis omnibus extat: *et istis* (al.: *isthic*) *det. Christianis.* Mox pro *deprehendantur* Erl. habet *deprendantur* pro more. — *sed ut hostes* Put. Oxon. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Lugdd. *sed hostes* edd. omnes. In seqq. Fuld. et ed. Haverk. habent *ipsamque vernaculam* pro *ipsam vernaculam*, quod omnes reliqui libri tenent. — *testis est Tiberis* Put. Bong. Oxon. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Lugd. II. et edd. Herald. Rig. Haverk. *testis et Vesta Tyberis* Lugd. I. *testis et Tiberis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Ceterum cur hic Tiberis in testimonium vocetur non facile potest divinari; nec tamen veri absimile est respici maledicta in Caesarem et crudelitatis eorum exsecramenta a damnatis vulgo pronunciata cum in flumen proiicerentur. Heraldus putat significari plebis Romanae consuetudinem, quae ut novo principi placeret simul etiam extincti memoriam exosa quandoque diris contumeliis defunctum principem prosequebatur eiusque cadaver uncis in Tiberim trahebat, id quod Vitellio defuncto accidisse scribit Suetonius Vitell. 17. — *et scholae bestiarum* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. Fuld. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. Haverk. *et schola bestiarum* ed. Rig. *et scholae bestiarium* (vel: *bestiariorum*) coni. Latinius. Scholae bestiarum aut sunt collegia bestiariorum h. e. damnatorum ad depugnandum cum bestiis in circo, aut ipsi circus, in quibus caveae unde a munerariis tamquam ludi magistris emittebantur leones, ursi et aliae huiusmodi ferae laniandis hominibus eruditae et homines cum feris depugnare docti. Inter ea vero spectacula auditas haud raro vel damnatorum ipsorum exsecramenta vel etiam ipsius populi voces in suos Caesares iaculatas cum per se veri est simile tum diserti sunt testes Tertull. de Spectac. 16.: „Sed circo quid amarius, ubi ne principibus quidem aut civibus suis parcunt?“ Capitolinus Vero p. 37. C. (ed. Salm.): „Circensium tantam curam habuit, ut frequenter provincialibus literas causa Circensium et miserit et acceperit. Denique etiam praesens et cum Marco sedens multas a Venetianis est passus iniurias, quod turpissime contra eos faveret.“ — *Iam si pectoribus humanis ad transducendum quoddam specularem*

ribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset, cuius non praecordia insculpta apparerent novi ac novi Caesaris scenam congiario dividundo praesidentis? Etiam illa hora qua adclamant:

De nostris annis augeat tibi Iuppiter annos!

haec Christianus tam enuntiare non novit quam de novo Caesare optare. Sed vulgus, inquis. Ut vulgus, tamen Romani,

materiam Fuld. — *insculpta apparerent* Erl. Lugd. II. edd. Gelen. Rig. Haverk. *insculta* (puncto sub *s* litterula ab antiqua manu posito) *apparerent* (*apparent* testibus aliis) Put. *insculpta apparent* Lugd. I. *inculta apparent* Goth. Ampl. Oxon. *insculpta pareret* Fuld. *inscalpta apparerent* edd. Rhen. Gangn. Barr. *insculpta appararent* ed. Pam. (ex MSS.) et Herald. Mox in edd. Rhen. Gangn. Barr. voc. *novi* post *apparerent* abest, ut in Erl. verba *ac novi*. Fuld. habet *novum ac novum Caesarem*. — *scenam congiario* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Herald. Rig. Haverk. *scena concear io* Fuld. *scenam in congiario* ed. Pam. *scena in congiario* edd. Gangn. Barr. Gelen. *scenam* est accusativus qui dicitur graecus. Ita Virgil. Eclog. III, 106.: „Flores inscripti nomina regum," quod exemplum apte citat Rigaltius. — *dividundo praesidentis* Put. Erl. Lugd. II. edd. Pam. Rig. Haverk. *dividendo praesidentis* Goth. Ampl. Oxon. edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. *dividundo praesentis* Lugd. I. et ed. Gelen. *dividundo praesidentem* Fuld. Dicit: Si natura pectoribus humanis quandam specularem materiam ad translucendum obduxisset, quotusquisque est in Romana plebe cuius in praecordiis non videantur cotidie exsistentes novi Caesares et apparatus novae scenae congiarii dividundi? — *De nostris annis augeat tibi Iuppiter annos.* Put. Fuld. Lugdd. Erl. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Gelen. *De nostris augeat tibi Iuppiter annos* deleto voc. *annis* Goth. Ampl. Oxon. *De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos* edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. Punctum quod in edd. reperitur positum ante *Haec*, unde novam sententiam incipiunt, sustuli. Verba enim *illa hora* non sunt pro nominativis sed pro ablativis accipienda omniaque ita arcte cohaerent. — *Haec et Christianus tam enunciare non novit* Lugd. II. *Haec Chr. tam enunciare novit* deleta negatione, Lugd. I. et ed. Gelen. *sed* (leg.: *ea*) *Chr. tam pronuntiare non novit* Fuld. qui idem liber in seqq. exhibet *quam novum Caesarem optare. quam diu de novo C. optare* ed. Rhen. mendose. Sensus est: neque adulari potest Christianus Caesari eiusmodi exclamationibus neque nefaria vota de novis ac novis Caesaribus animo concipere. Inquis, sed vulgus talia facit quae nobis obiicis, non omnis populus. Re-

nec ulli magis depostulatores Christianorum quam vulgus. Plane ceteri ordines pro auctoritate religiosi ex fide; nihil hosticum de ipso senatu, de equite, de castris, de palatiis ipsis *spirat*. Unde Cassii et Nigri et Albini? unde qui inter duas laurus obsident Caesarem? unde qui faucibus eius expri-

spondeo: concedo, sit solum vulgus, tamen etc. In Ampl. est *Si vulgus inquis.* — *depostulatores* Put. Oxon. Erl. et edd. omnes. *depostulares* Goth. Ampl. *depopulatores* Fuld. Depostulatores appellantur quia Christianos ad supplicium depostulant. Pro *nec ulli magis* ed. Rhen. vitiose habet *nec illi magis. Sed vulgus inquis ut vulgus. Ne* Goth. — *religiosa ex fide* Erl. Mox *nihil hosti. cum de* Goth. Ampl. Erl. Interpunxerunt *religiosi*, *ex fide nihil* Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam., contra *religiosi ex fide; nihil* Herald. Rig. Haverk. *pro auctoritate* h. e. propter ordinis auctoritatem et nobilitatem. Gravissima ironia. *de ipso senatu* h. e. ex ipso senatorio ordine. Pro *equite* Fuld. praebet *aequitate*, mendose. — *ipsis spirat* edd. Rig. Haverk. *ipsi spirant* Agob. *istis spirant* edd. Gelen. Pam. *ipsis spirant* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. Fuld. et edd. omnes reliquae. Recepi Rigaltii praeclaram emendationem. Pro *Unde Cassii* Oxon. mendose: *Ut Cassii.* — *et Nigri et Albini.* Cf. ad Scapulam 2. ad Nat. I, 17. De Avidio Cassio imperii usurpatore eiusque exitu v. in universum praeter Vulcat. Gallic. V. Avidii Cassii, Dio Cass. LXXI, 22 sqq. Iul. Capitol. Anton. 25. De Pescennio Nigro v. Ael. Spartiani V. Pescennii Nigri, Dio Cass. LXXIV, 6 sqq. De Clodio Albino v. Iul. Capitolini V. Clodii Albini, Dio Cass. LXIII, 15 sqq. Herodian. III, 5 sqq. Spartian. V. Severi 11. Eutrop. VIII, 18. Aurel. Vict. Caes. 20. Epit. 20. Oros. VII, 17. — *inter duas laurus* Put. Fuld. et edd. Rig. Haverk. *inter duas lauros* (*laureos* Lugd. I.) Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. alii, et edd. omnes reliquae. Innuit lauretum, quo secesserat Commodus aeris salubrioris gratia cum in urbe pestilentia grassaretur. Historiam narrat Herodianus [I, 12.]. P. Victor Regione Urbis XIII. meminit Laureti maioris et Laureti minoris. Erant duo luci et in vetustis martyrologiis legitur: *III. Id. Aug. Romae inter duas lauros*, natale S. *Tiburtii Martyris.*" Chronicon Alexandrinum, ubi de Valentiniani Imper. nece: *ἐσφάγη ἐν Ῥώμῃ μέσον δύο δαφνῶν.* (Rigalt.) Loretum maius et minus memorantur etiam in vet. lapide ap. Gruter. Corp. Inscrr. 249, 8. Murat. p. 604. Orell. Inscrr. Latt. tom. I, p. 68. n. 5. Cf. Vet. Kalendar. Marmor. ap. Orell. I. l. tom. II, p. 396. — *faucibus eius exprimendis* Put. Gorz. Oxon. Erl. Fuld. Lugdd. et edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *fascibus*

mendis palaestricam exercent? unde qui armati palatium inrumpunt, omnibus tot Sigeriis atque Partheniis audaciores? De Romanis, nisi fallor, id est de non-Christianis. Atque adeo omnes illi sub ipsa usque impietatis eruptione et sacra faciebant pro salute imperatoris et genium eius deierabant, alii foris alii intus, et utique publicorum hostium nomen Christianis dabant. Sed et qui nunc scelestarum partium socii aut plausores cotidie revelantur, post vindemiam parricidarum racematio superstes, quam recentissimis et ramosissimis lau-

eius exprimendis Goth. (sed ab eadem manu superscr. *faucibus*) Ampl. et ed. Rhen. Notatur iam mors Commodi, de quo Aurel. Victor Epit. 33.: „Ad extremum ab immisso validissimo palaestrita compressis faucibus expiravit anno vitae tricesimo secundo." Cf. Id. Caes. 17. Herodian. l. l. — *omnibus tot Sigeriis* Put. Bong. Oxon. Fuld. Goth. Ampl. ed. Rhen. *omnibus tot signis* Lugd. I. *o. tot sigeris* Lugd. II. *omnibus Sigeriis* edd. Rig. Haverk. *omnibus Stephanis* edd. Gangn. B rr. Gelen. Pam. Herald. Stephanum et Parthenium oppressores Domitiani memorant Sueton. Domitiano 16. et 17. Aurel. Victor Epit. 23. Dio Cass. LXVII. 15 sqq. alii. Sed etiam Sigerius a Dione l. l. enumeratur inter Domitiani interfectores et Sigerium cum Parthenio coniungit cum Tertulliano etiam Martial. IV, 78. *omnibus tot Sigeriis atque Partheniis audaciores* h. e. omnibus Sigeriis atque Partheniis, quorum tantus est numerus, audaciores; brachylogia Tertullianea. Minuc. Fel. Octav. 6. „— aliquid de summa rerum maiestate decernere, de qua *tot omnibus* saeculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa philosophia deliberat.," ad quem locum Davis. citat Terent. Andr. I, 1, 28., ibique Donat., et eiusdem Eunuch. I, 2, 5. Sedul. IV, 52. Lucret. III, p. 388. ed. Lambin. Verbis autem: *qui armati palatium irrumpunt* notantur Pertinacis percussores. V. Dio Cass. LXXIII, 9 sqq. Iul. Capitolin. V. Helvii Pertinacis p. 57. ed. Salm. — *eius degerabant* Put. sed *i* litera superposita literae *g* ab eadem manu. *eius degerebant* Lugd. II. Pro *nisi fallor* edd. Gelen. Gangn. Barr. (Fuld.?) Pam. habent *ni fallor*. Voc. *usque* ante *impietatis* delet Fuld. De particulae *adeo* significatu dixi ad cap. 4. cf. capp. 22. 23. 24. 25. — *alii foris alii intus* h. e. aliud in ore, aliud in pectore habentes perfidi. — *scelestarum partium socii aut plausores cotidie revelantur.* Plausores sunt fautores, auxiliatores; cf. de Paenit. 10. Heraldus aliique hunc locum intellegunt de Plautiani consciis, alii de Clodii Albini partium consortibus. Non liquet. Illam opinionem defendit etiam Casaub. ad

reis postes praestruebant, quam elatissimis et clarissimis lucernis vestibula nebulabant, quam cultissimis et superbissimis toris forum sibi dividebant, non ut gaudia publica celebrarent, sed ut vota propria iam ediscerent in aliena sollemnitate et exemplum atque imaginem spei suae inaugurarent, nomen principis in corde mutantes. Eadem officia dependunt et qui astrologos et aruspices et augures et magos de Caesarum

Ael. Spart. p. 118. n. 43. ed. Salm. Pro *praestruebant* Goth. habet vitiose *perstruebant*, et in Fuld. pro *superstes* est *superest*. In ed. Rhen. legitur *Sed qui nunc* deleta *et* particula. *qui elatissimis* Lugd. I. Post verba *praestruebant*, *nebulabant* et *dividebant* quod in omnibus editionibus comparet interrogationis signum sustuli. De laureis et lucernis dixi supra ad capitis initium. Illi autem scelestarum partium socii laureis, lucernis et lectisterniis gratulari de novo imperio simulabant, sed nova iam vota in pectore concipientes, denuo iam nomen principis in corde mutantes. — *vestibula nebulabant* Put. Bong. Goth. Ampl. ed. Rig. *vestibula nubilabant* Fuld. Oxon. ed. Haverk. Reliquae editiones omnes habent *vestibula enubilabant. vestibulabant* Erl. In Lugd. II. desunt verba *quam elatissimis — — — nebulabant.*, et in Oxon. pro *clarissimis* extat *lucentissimis*. Nebulari autem dicuntur vestibula quia etiam de clarissimis lucernis fuligo, ut recte iam Rigaltius est interpretatus. Cf. Pers. Sat. V, 180 sq.: „— unctaque fenestra Dispositae pinguem nebulam vomuere lucernae.“ — *iam edicerent in aliena* Goth. Ampl. (Lugd. II.?) et edd. Rig. Haverk. *iam ediscerent et in aliena* (Oxon.?) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *iam ediscerent in aliena* Put. Erl. *sed ut vota publica propria iam ediscerent* Fuld. In Lugd. I. totus hic locus ita habetur: *celebrent*, *sed ut v. pr. iam edisserent ne in aliena* sqq. *ediscerent* h. e. cupiebant ab aliis audire quod ipsi iam cogitabant, scilicet novum proximo tempore imperatorem. Aliena autem est solemnitas quoniam qui celebrant eam aliena ab eius salute iam vota forent cuius de imperio sibi gratulari simulant. Pro *toris* in Erl. vitiose est *choris* (cf. supra initio capitis, ubi id vitium in compluribus Codd. MSS. occurrit) verborum ordine ita inverso: *nebulabant quam superbissimis*, *cultissimis et choris forum sibi dividebant.* Pro *spei suae* Agob. et Lugd. I. praebent *speciei suae.* — *sollemnitate et exemplum* Put. Erl. Lugdd. et edd. Rig. Haverk. *sollemnitate exemplum* Goth. Ampl. Oxon. (Fuld.?) et edd. reliquae omnes. Pro *in corde mutantes* Lugd. I. habet *in corde invitantes* ed. Rhen. *in corde imitantes*, mendose. *officia dependent* Oxon. In seqq. verba *et augures* desiderantur in Lugdd. — *et*

capite consultant, quas artes ut ab angelis desertoribus proditas et a deo interdictas ne suis quidem causis adhibent Christiani. Cui autem opus est perscrutari super Caesaris salute, nisi a quo aliquid adversus illam cogitatur vel optatur, aut post illam speratur et sustinetur? Non enim ea mente de caris consulitur qua de dominis. Aliter curiosa est sollicitudo sanguinis, aliter servitutis.

36. Si haec ita sunt, ut hostes deprehendantur qui Romani vocabantur, cur nos, qui hostes existimamur, Romani negamur? non possumus et Romani non esse et hostes, esse

magos de Caesarum capite consultant (*consulant* edd. Rhen. Barr. vitiose). Hoc fuit capitale. Paul. Sentent. V, 21, 3. „Qui de salute principis vel summa republica mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit capite punitur.“ Cf. Firmic. Matern. Mathem. II, fin. Tacit. Ann. II, 27 sqq. III, 22 sqq. XVI, 23. 30 sqq. Spartiani V. Sever. 15. Amm. Marcell. XVI, 8. Sozom. Hist. Eccles. VI, 35. In seqq. in ed. Haverk. omis a est *ut* particula ante *ab angelis*, et in Lugd. I. desideratur voc. *est* ante *perscrutari*. — *super Caesaris salutem* Erl. Lugd. I. In cett. libris omnibus est *super Caesaris salute*. — *adversum illam* Lugd. I. *ad verillam* Erl. mendose. In cett. *adversus illam*. — *et sustinetur* h. e. exspectatur et differtur. Ita Liv. V, 45.: „rem in noctem *sustinuere*.“ Cf. Id. III, 33. Martial. Epigr. IX, 4.: „Exspectes et *sustineas*, Auguste, necesse est.“ Tertull. de Paenit. 6. „veniam delictorum *sustinere*“ h. e. expectare, sperare. Id. adv. Iud. 8. „regni aeterni dominator aeternus *sustinendus* est“ h. e. expectandus. Id. Scorp. 13. „quibus *sustinetis* ostentamen iusti iudicii dei.“ In seqq. particula *enim* ante *ea mente* desideratur in ed. Barr. — *de caris* (*karis* Goth.) *consulitur* Put. Oxon. Goth. Ampl. et edd. omnes. *de Caesare consulitur* Lugd. I. *de Caesaris consulitur* Fuld. (qui liber in seqq. pro *de dominis* habet *de hominis*) Lugd. II. *de Caesaribus consulitur* Erl. *Cari* quinam dicantur planum facit voc. *sanguinis* in seqq.

36. — Caput trigesimum sextum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est trigesimum quintum, in Put. inscriptum habet: DE AEQVALITATE OMNIVM PERSONARVM., plenius unus Vaticanus: QVOD CHRISTIANI TENENTVR DILIGERE NON SOLVM IMPERATORES SED ET OMNES HOMINES. In Goth. Ampl. Oxon. nulla reperitur capitis inscriptio. — *deprendantur* Erl. pro more. — *Romani vocantur* Fuld. Lugd. I. In cett. *Rom. vocabantur*. — *hostes existimantur Romani negantur* Erl. *h. existimamur Rom. negemur* edd. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?).

cum hostes reperiantur qui Romani habebantur? Adeo pietas et religio et fides imperatoribus debita non in huiusmodi officiis consistit quibus et hostilitas magis ad velamentum sui potest fungi, sed in his moribus quibus divinitas imperat tam vere quam circa omnes necesse habent exhiberi. Neque enim

— *Romani non esse et hostes esse, cum* Erl. Put. Goth. Ampl. (Lugd. I. et ed. Gelen. in quibus tamen voc. *esse* abest) Fuld. Oxon. MSS. Pamelii et edd. Rhen. Pam. Herald. *Rom. non esse et hostes reperiantur* reliquis omissis Lugd. II. *Romani esse et hostes non esse, cum* edd. Gangn. Barr. Rig. Haverk. Rigaltius adnotat: Nam minus est existimari quam deprehendi. Si ergo Romani sunt qui deprehenduntur hostes, cur non Romani erimus qui existimamar tantum hostes? Heraldus vult scribi: *Non possumus et Romani nos esse et hostes esse? cum*, quam emendationem his verbis defendit: Cum igitur qui hostes reipublicae atque imperatorum deprehensi sunt Romani nihilominus et essent et haberentur, quid impedit quominus et nos quoque, quos hostes existimatis, simus etiam nihilominus Romani? Edidi: *Non possumus et Romani non esse et hostes, esse cum* etc. h. e. non possumus Romani una esse et hostes, cum etc. Negatio duplex posita non affirmat, cuius usus a Graecis recepti qui exempla desiderat, adeat Heins. ad Virg. Ecl. V, 25. Drakenb. ad Liv. XLIII, 13. Dederich. ad. Dict. Cret. IV, 28. Gloss. Hildebr. ad Arnob. VII, 9. et ad Apul. Metam. V, 8. p. 328. — *qui Romani habebantur* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et omnes edd. praeter Rhen. Gangn. Gelen. Barr. in quibus extat *qui Romani habeantur.* — *imperatoribus debita* Fuld. Put. Erl. et edd. Gelen. Rig. Haverk. *imperatoribus dedita* Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II. MSS. aliquot Pamelii et edd. reliquae omnes. — *potest fingi* edd. Rhen. Herald. In cett. omnibus: *potest fungi.* Dicit Tertullianus: Religio et fides imperatoribus debita in huiusmodi officiis non consistit quibus vel hostilitas magis potest fungi (scilicet ad velamentum sui) quam fungitur ipsa pietas. *sed in his moribus* Put. Erl. *sed in iis* (*hiis* Goth. Ampl. pro more) *moribus* Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes. — *quibus divinitas imperat tam vere quam* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Lugd. II. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *quos divinitas imperat tam vere quam* Erl. *quibus civilitas tam vere in imperatorem quam* edd Rig. Haverk. ex emend. Fulvii Ursini. — *circa omnes necesse habet exhiberi.* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. omnes praeter Gelen. in qua extat *circa omnes exhiberi* deletis reliquis. *circa omnes necesse habent exhiberi.* Emendandum igitur erat: *quibus* (sc. offi-

haec opera bonae mentis solis imperatoribus debentur a nobis. Nullum bonum sub exceptione personarum administramus, quia nobis praestamus, qui non ab homine aut laudis aut praemii expensum captamus, sed a deo exactore et remuneratore indifferentis benignitatis. Idem sumus imperatoribus qui et vicinis nostris. Male enim velle, male facere, male dicere, male cogitare de quoquam ex aequo vetamur. Quodcunque non licet in imperatorem, id nec in quemquam; quod in neminem, eo forsitan magis nec in ipsum qui per deum tantus est.

37. Si inimicos, ut supra diximus, iubemur diligere, quem habemus odisse? Item si laesi vicem referre prohibemur, ne de facto pares simus, quem possumus laedere? Nam de isto ipsi recognoscite. Quotiens enim in Christianos desae-

ciis) *divinitas imperat* sc. fungi) *tam vere quam circa omnes necesse habent* (h. e. debent, sc. officia) *exhiberi*. — *sed exceptione* Goth. Ampl. Oxon. mendose pro *sub exceptione*. — *indifferentia benignitatis* Fuld. *in differentiis benignitatis* ed. Gelen. In cett. omnibus *indifferentis benignitatis*. — *Idem* (*Iidem* edd. omnes praeter Pamel.) *sumus imperatoribus qui* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. omnes. *Iidem (?) sumus imperatoribus ex ipso qui* Fuld. quod Haverk. emendandum putat in: *I. s. i. e. i. quia*. In seqq. Lugd. I. pro *in imperatorem* habet *in principem*. — *quod in neminem* sc. licet. Pro *eo forsitan* Lugdd. habent *et forsitan*, et porro Fuld. post *ipsum* addit *imperatorem*. Pro *per deum tantus est* Erl. praebet *praeter deum tantus est;* non male. —

37. — Caput trigesimum septimum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est trigesimum sextum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. aliisque inscriptum habet: NE MALVM CONTRA MALVM., apertius in uno Vaticano: QVOD AD CHRISTIANOS SPECTAT NEMINEM LAEDERE QVAMQVAM PRO MVLTITVDINE POSSENT SE VINDICARE. — *quem habemus odisse* Put. Fuld. Erl. Lugdd. praeterea quatuor MSS. Pamelii et ed. Pam. Rig. Haverk. *quem habebimus odisse* Goth. Ampl. Oxon. et reliquae edd. omnes. De loquendi modo v. quae adnotavi supra ad cap. 22. ad verba *habent sapere*. In seqq. ante *laesi* ed. Haverk. ex auctoritate Fuld. inserit *iidem*, ceteri libri omnes non habent. — *quem possumus* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *quem possimus* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. — *Quotiens* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. constanter ubique praebent. Edd. praeter unam Pamel. omnes exhibent *Quoties*. In

vitis, partim animis propriis, partim legibus obsequentes? Quotiens etiam praeteritis vobis suo iure nos inimicum vulgus invadit lapidibus et incendiis? Ipsis Bacchanalium furiis nec mortuis parcunt Christianis, quin illos de requie sepulturae, de asylo quodam mortis, iam alios, iam nec totos avellant, dissecent, distrahant. Quid tamen de tam conspiratis umquam denotastis, de tam animatis ád mortem usque pro iniuria repensatum, quando vel una nox pauculis faculis largiter

seqq. Erl. habet: *in Christianis desevistis*, et in seqq. delet voc. *legibus*. — *praeteritis vobis sui iure* Erl. Lugd. II. *praeteritos a vobis suo iure* edd. Gelen. Barr. *praeteritis vobis sui vice* Lugd. I. In cett. libris est *praeteritis vobis* (h. e. iussibus vestris non expectatis) *suo iure*. Mox Agob. delet voc. *nos* post *iure*, et in seqq. pro invadit habet *invasit*. Verba *lapidibus et incendiis* absunt in Fuld. — *ipsis* (*ipsi* ed. Rhen.) *Bacchanalium furiis*. Bacchanalium furiae hic sunt furores qualibus incitari et agi solent Bacchae in dei sui sacris, cum homines vivos discerpunt, quod mortis genus passum esse Orpheum vatem tradunt. Cf. supra cap. 6. Respicit fortasse ad Omophagia de quibus v. Suid. et Hesych. v. *Ταυροφάγος ὁ Διόνυσος.*, Firm. Mat. de Err. Prof. Religg. 6. Clem. Alexandr. Protr. p. 11. (Potter). Visconti in Museo Chiaramont. I, 96. Creuzer. Symbol. III, 387 sqq. Böttiger Kunsmythol. I, 388 sqq. Voss. Mythol. Briefe V, 14 sqq. Stuhr Religionssyst. d. Hellen. p. 431 sqq. Cf. me ad Arnob. V, 19. In seqq. Fuld. habet *ne mortuis quidem parcunt Chr. quin illos de reliquiis sepulturae iam alios iam nec totos avellant dissipent distrahant.* — *iam alios, iam nec totos* h. e. iam putrefactos et a vermiculis obesos. — *Quid tamen de tam conspiratis umquam denotastis* Put. Erl. (Lugdd.?) et ed. Haverk. *Quid tamen de t. c. u. denotatis* Goth. Ampl. Oxon. Gorz. et edd. Gang. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pam. Herald. *Quid tamen unquam denotastis de tam conspiratis* ed. Rig. *Quid tamen de tam conspiratis tamque denotatis* ed. Rhen. — *pro iniuria repensatis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Fuld. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *pro iniuria repensatum* Erl., et edd. Rig. Haverk. ex coni. Fulvii Ursini. Dicit: Quid tamen de nobis tam arcte disciplinae nostrae vinculis coniunctis, ut nos conspiratos potius appellandos putetis, quid, inquam, de nobis pro disciplinae nostrae fide et veritate tam animatis, ut ne mortem quidem pro Christo pati renuamus, quid umquam de talibus nostris in ultionem pro iniuria illata repensatum esse denotastis? Cum pleraque pars Codd. MSS. et quidem optimorum haberet *repensatis* pro

largiter ultionis posset operari, si malum malo dispungi penes nos liceret? Sed absit ut aut igni humano vindicetur divina secta aut doleat pati in quo probatur. Si enim et hostes exertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deesset nobis vis numerorum et copiarum? Plures nimirum Mauri et Marcomanni ipsique Parthi, vel quantaecunque unius tamen loci et suorum finium gentes quam totius orbis. Hesterni sumus et vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum; sola vobis reliquimus templa. Cui bello non

repensatum, putavi olim restituendum esse *repensati*, qui genitivus pendeat a praegresso *Quid* pronomine. Interim recepi ex Erl. *repensatum*. — *largiter ultionis* Put. Goth. Ampl. Erl. Fuld. Oxon. (Lugdd.?) et edd. Herald. Rig. Haverk. *largitatem ultionis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. De adverbio *largiter* vice substantivi cum genitivo structi exempla habes ap. Plaut. Rud. IV, 4, 144. „inesse auri et argenti *largiter*.", et V, 2, 28. „*largiter* mercedis." Apul. de Mag. 28. „*largiter* aquae." Cf. Intt. ad Virgil. Aen. XI, 338. Pro *faculis* Erl. vitiose habebat *satis*, Lugd. I. *facidis*. In Lugd. II. absunt verba: *dispungi penes nos liceret? Sed absit ut aut*. Verbum *dispungere* positum metaphora sumpta a re nummaria tabulisque accepti et expensi. Cf. supra cap. 18. et infra cap. 45. — *igni humano*, immo divino suo in gehenna vindicabit ipse deus noster. — *divina secta* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. alii et edd. omnes praeter Haverk., in qua extat *divinitas sectae*, auctoritate unius Fuld. — *Si enim et hostes exertos* Put. Goth. Fuld. Ampl. Erl. Lugdd. quattuor MSS. Pamelii et edd. Pam. Rig. *Si enim hostes exertos*, deleta particula *et*, Oxon. et edd. Herald. Haverk. *Si enim hostes exortes* ed. Gelen. mendose. *Si enim hostes extraneos* edd. Gangn. Bar. In seqq. pro *vindices* in Put. Goth. Ampl. extat *iudices*. Appellantur autem *vindices occulti* quia vindictam deo committunt. — *quam totius orbis* quem iam nos Christiani occupant. — *Hesterni sumus* Put. Bong. Oxon. et edd. Herald. Rig. Haverk. *Externi sumus* Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Fuld. (qui ante *et vestra omnia* addit *et orbem iam*) et omnes reliquae edd. *Externi* vocarentur Christiani quod ex Iudaea primum sint orti. Adiectiva *externus* et *hesternus* saepe confunduntur a librariis, de qua confusione v. Drakenb. ad Liv. XL, 14, 2. Heins. Advv. II, 4. Heins. et Burm. ad Ovid. A. A. III, 154. et ad Fast. V, 507. Hildebr. ad Apul. Metam. II, 26. p. 135. — *reliquimus templa* Put. Fuld. et ed. Haverk. *reliquamus templa*

idonei, non prompti fuissemus, etiam inpares copiis, qui tam libenter trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret quam occidere? Potuimus et inermes nec rebelles, sed tantummodo discordes solius divortii invidia adversus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus a vobis, suffudisset utique dominationem vestram tot qualiumcunque civium amissio, immo etiam et ipsa destitutione punisset. Procul dubio expavissetis ad solitudinem vestram, ad silentium rerum et stuporem quendam quasi

Lugd. II. *relinquimus templa* Goth. Ampl. Oxon. Erl. et reliquae edd. omnes. Post voc. *templa* addit Fuld. et cum eo ed. Haverk. haec verba: *Possumus dinumerare exercitus vestros: unius provinciae plures erunt.* Absunt haec in reliquis Codd. MSS. Paulo postea verba *quam occidere* omissa sunt in Lugd. I. et pro *solius divortii* Erl. praebet *totius divortii.* Voc. *divortium* hic significat secessionem. — *in aliquem orbis remoti sinum* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. et edd. omnes. *in aliquem angulum orbis remotissimum* Fuld. *in habili orbis remoti sinum* Lugd. I. vitiose. — *abrupissemus.* Verbum *abrumpere* reflexivo sensu pro *se abrumpere*, *se separare* Tertullianus usurpat etiam adv. Valent. 4. „de ecclesia authenticae regula *abrupit.*“ — *suffudisset utique dominationem vestram* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. quattuor MSS. Pamelii et ed. Pam. Herald. Rig. *diffudisset utique dominationem vestram* Lugd. II. *suffudisset utique damnationem vestram* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *suffudisset pudor* (*pudore* ed. Haverk.) *dominationem vestram* Fuld. et ed. Haverk. Verbum *suffundere* pro *rubore suffundere* absolute positum haud raro occurrit in scriptis Tertulliani, ut de Virg. Veland. 2. extr. „sancti viri est *suffundi*, si virginem viderit.“, de Resurr. Carnis 61. „Officia membrorum ludibriose de industria *suffundendae* (h. e. erubescendae et negandae) resurrectionis oblatrant.“, de Anima 38. „*suffusior* (h. e. pudori magis obnoxius) sexus.“ Hieronym. adv. Iovin. I, 48. „Haec Theophrastus disserens quem non *suffundat* Christianorum?“ Cf. supra 4. „*suffundere* maluit hominis sanguinem quam effundere.“ — *tot qualicumque civium amisso* Put. *tot qualiumcumque civium amissio* Erl. Lugd. II. *tot qualiumcunque amissio civium* Goth. Ampl. edd. omnes. — *ipsa destitutione* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *ipsa discutione* Erl. *ipsa institutione* ed. Gelen. — *ad solitudinem nostram ad silentium reorum* edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) vitiose. In Fuld. absunt verba: *tot qua-*

mortui orbis; quaesissetis quibus imperaretis. Plures hostes quam cives vobis remansissent. Nunc enim pauciores hostes habetis prae multitudine Christianorum paene omnium civium. Paene omnes cives Christianos habendo sed hostes maluistis vocare generis humani potius quam erroris humani. Quis autem vos ab illis occultis et usquequaque vastantibus mentes et valitudines vestras hostibus raperet? a daemoniorum incursibus dico, quae de vobis sine praemio, sine mercede depellimus. Suffecisset hoc solum nostrae ultioni, quod vacua exinde possessio inmundis spiritibus pateret. Porro nec tanti

liumcumque — — — *ad solitudinem vestram.* — *quasi mortui orbis* Fuld. *quasi mortui urbis* (*mortui. urbes* Put. et Bong. teste Heraldo, et ita habet ed. Gelen.) Put. Erl. Lugd. II. *quasi mortuae urbis* Goth. Ampl. Oxon. I Vatic. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. — *quibus impetraretis* Oxon. vitiose. *quibus in ea imperassetis* I Vatic. et inde ed. Pamel. *quibus in ea imperaretis* edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. *quibus imperaretis* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Fuld. et edd. Gelen. Rig. Haverk. — *Christianorum. pene omnium civium*, *pene omnis civis Christianos habendos et hostes maluistis* Put. *Chr. p. o. civium. pene omnes cives Chr. habentes. et* (Lugd. II. *habendos et* sed a m. sec. corr. in: *habetis et*) *hostes maluistis* Erl. Lugd. II. *Chr. p. o. civium*, *pene omnes cives Christianos hostes habendo. Hostes maluissetis* Fuld. *Chr. p. o. civium*, *p. omnes cives Chr. habendo. Sed hostes maluistis* Goth. Ampl. Oxon. (qui in seqq. habet *vocari*) MSS. Pamelii et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. *Chr. pene omnium civitatum*, *pene o. c. Chr. habendo. Sed hostes maluistis* ed. Haverk. praeter Codd. MSS. auctoritatem non minus quam ed. Rig. in qua prorsus deleta sunt verba: *paene omnium* — — — *vocare generis humani.* Ed. Gelen. habet: *Chr. pene omnium civium. Sed hostes maluistis* deletis ceteris. — *generis humani* (*hum. generis* Erl. Agob. Lugd. II.) *potius quam erroris humani. Quis* Fuld. Put. Erl. Agob. Lugd. II. et edd. Pam. Herald. *generis humani. Quis* Goth. Ampl. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Haverk. ceteris omissis. In edd. vulgo male distinguitur post *habendo* non post *omnium civium*, quod vitium sustuli. De *sed* particula postposita aliquot exempla ex Arnobio collecta v. ap. Hildebr. ad Arnob. I, 53. In seqq. Erl. transponit *ab occultis illis.*, et paulo post Lugd. II. pro *raperet* habet *repparet* (a m. rec. *reparet*), ed. Gelen. *eripiet.* — *sine praemio* abest Erl. In seqq. ed. Haverk. habet *pateretis* — — — *recogitantes* pro vulg. *pateret* — — —

praesidii conpensationem cogitantes non modo non molestum vobis genus, verum etiam necessarium hostes iudicare maluistis, quia sumus plane, non generis humani tamen, sed potius erroris.

38. Proinde nec paulo lenius inter licitas factiones sectam istam deputari oportebat a qua nihil tale committitur, quale de inlicitis factionibus timeri solet? Nisi fallor enim, prohibendarum factionum causa de providentia constat modestiae publicae, ne civitas in partes scinderetur, quae res

cogitantes, auctoritate unius Fuldensis. — *quia sumus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. *qui sumus* Fuld. (Lugdd.?) et edd. Gelen. Pam. Rig. Haverk. — *humani tamen, sed potius erroris.* Put. (?) (teste Heraldo Put. et Bong. habent *humani, sed potius tamen erroris.*) Erl. Lugd. II. edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *humani, tamen sed potius tamen erroris.* Goth. *h. tamen sed. p. tamen hostes erroris.* Ampl. (voc. *hostes*, quod glossatoris est, in Goth. super voc. *erroris* reperitur additum ad explicationem.) *humani hostes, sed potius erroris.* Fuld. prob. Iunio. *humani, sed potius tamen erroris* Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Barr. —

38. — Caput trigesimum octavum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est trigesimum septimum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptum est: DE COETV., plenius in Vaticano illo: QVOD CHRISTIANORVM COETVS NVLLAM POTEST PRODITIONIS GENERARE SVSPICIONEM. — *ne paulo lenius* Fuld. Erl. *nec paulo levius* 1 Vatic. edd. Rhen. Gangn. Barr. *nec paulo lenius* Put. Goth. Ampl. Oxon. edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. In seqq. pro *licitas* Fuld. habet *illicitas*, ut emendandum iam putaverant Herald. et Scalig. Sed cum reliqui libri scripti optimae notae retineant *licitas*, apparet locum sanari posse non melius quam signo interrogationis posito post *timeri solet*, id quod nemo editorum adhuc vidit. Dicit Tertullianus: Secundum haec omnia nonne aequum erat paulo lenius tractare Christianorum sectam certeque inter licitas factiones eam deputare? Pro *timeri solet* in Fuld. est *praecavetur.*, et paulo post in Lugdd. abest voc. *factionum.* — *constat modestiae publicae* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. (Lugdd.?) et edd. Herald. Rig. Haverk. *constat modestia. publice* Erl. *constat ac modestia publica* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Dicit: Causa, cur prohibendae videantur vulgo factiones, oritur de providentia modestiae publicae, quae cavet ne civitas in partes discindatur. — *qua facile* — — — *inquietarent* Fuld.

facile comitia, concilia, curias, contiones, spectacula etiam aemulis studiorum conpulsationibus inquietaret, cum iam et in quaestu habere coepissent venalem et mercenariam homines violentiae suae operam. At enim nobis ab omni gloriae et dignitatis ardore frigentibus nulla est necessitas coetus, nec ulla magis res aliena quam publica. Unam omnium rempublicam agnoscimus, mundum. Aeque spectaculis vestris in tantum renuntiamus in quantum originibus eorum, quas scimus de superstitione conceptas, cum et ipsis rebus de quibus transiguntur praetersumus. Nihil est nobis dictu, visu, auditu cum

De voc. *conpulsatio* cf. supra cap. 21. Factiones eiusmodi quales hic respicit Tertullianus, erant illae retiariorum et parmulariorum, venetorum et prasinorum et similes, quorum meminerunt Suetonius aliique scriptores. V. Lips. Saturn. II, 24. In seqq. pro *venalem* Lugd. I. vitiose praebet *vellent*, et paulo post in Fuld. abest voc. *homines* ante *violentiae*. — *nobis ab omni gloria* Fuld. *nobis omni gloriae* deleta praepositione *ab* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *nobis ab omni gloriae* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *frigere* a gloriae et dignitatis ardore est liberum esse, abstinere a gl. et d. ardore. — *omnes rempublicam cognoscimus* edd. Rhen. Gelen. Herald. *unam omnium remp. cognoscimus* edd. Gangn. Barr. *unam omnium remp. agnoscimus* Put. Fuld. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. edd. Pam. Rig. Haverk. *unam omnes remp. agnoscimus* Oxon. In Lugd. I. locus vitiose scriptus est ita: *frigentibus nulla magis res aliena. qui publicam unam omnium remp. agnoscimus mundum.* Porro Fuld. coniungit sequentia praebens: *agn. mundum atque adeo spectaculis* sqq. et Lugd. I. pro *conceptas* habet *exceptas*, mendose pro more. — *cum et ipsis* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Pam. Herald. Haverk. *quin et ipsis* ed. Rig. *cum ipsis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?). In Oxon. desiderantur verba: *de superstitione — — — praetersumus.* — *de quibus transiguntur praetersumus.* Put. Fuld. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *de quibus exiguntur praeterimus* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Res de quibus transiguntur spectacula sunt fabulae deorum. *Praetersumus* autem iis rebus quas praetermittimus, a quibus alieni sumus. In seqq. Fuld. pro *Nihil est* praebet *Nihil enim.* — *nobis dictu, visu, auditu cum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Fuld. MSS. Pamelii et edd. omnes praeter Gelen. et Rig. in quibus verba *dictu, visu, auditu* non comparent. *Dictus et auditus* pertinet ad circi clamores et voces inconditas factio-

insania circi, cum inpudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum xysti vanitate. Quo vos offendimus, si alias praesumimus voluptates? Si oblectari novisse nolumus, nostra iniuria est, si forte, non vestra. Sed reprobamus quae placent vobis, nec vos nostra delectant. Sed licuit Epicureis aliquam decernere voluptatis veritatem id est animi aequitatem, et ampla negotia Christiano.

sorum, qui cum inter se de aurigis, qui sibi placerent, certarent et tumultuarentur, acclamationibus suas quique factiones adhortabantur. *Visus* ad impudicitias et nuditates theatri et athletarum in xysto certantium gestus et ad cruenta spectacula arenae. Cf. Tertull. de Pudic. 7. „Perit igitur et fidelis elapsus in spectaculum quadrigarii furoris et gladiatorii cruoris et scenicae foeditatis et xysticae vanitatis.“ de Spectac. 18. „Non probabis usquam vanos cursus et iaculatus et saltus vaniores: Nusquam tibi vires aut iniuriosae aut vanae placebunt.“ De xystis v. Schneider. ad Varr. de R. R. III. 5. p. 509 sqq. — *cum xysti* (*systi* Put. Goth. Ampl.) *vanitate. Quo vos* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. (in quo a m. rec. pro *vanitate* correctum est *veritate*, inepte) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *cum xysti vanitate. Licuit Epicureis aliquam decernere voluptatis veritatem. Quo vos* edd. Rig. et Haverk. partim cum Fuld. qui praebet: *cum xysti vanitate. licuit Epicureis aliam decernere voluptatis veritatem id est animae aequitatem. in quo vos.* Cf. infra. — *Si oblectari novisse nolumus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. omnes praeter Gelen. in qua extat: *Si oblectari nos nolumus.* Fuld. habet: *Si oblectare novissime nolumus*, Erl.: *Si oblectare voluisse nolumus*, mendose. — *si forte nostra, non vestra* 1 Vatic. edd. Rhen. Pamel. *est forte non vestra* Erl. In cett. libris tam editis quam scriptis omnibus *si forte*, *non vestra* habetur; *si forte* sc. alicuius est iniuria. Fusius de hac formula *si forte*, apud Tertullianum frequentissima, supra ad cap. 16. Pro *reprobamus* in Lugd. II. est *probamus.* — *delectant. Sed* (*Si* Oxon.) *licuit Epicureis* (*de Epicureis* Lugd. I.) *aliquam decernere voluptatis veritatem* (*voluntatis voluptatem* Erl.) *id est animi aequitatem* (*quietem* Erl.) *et ampla negotia* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. alii et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald., quibus verbis in Put. praeterea additum est: *Christiane.*, in Lugd. IIr: *Christiano.*, in Erl.: *Christiane factionis.* Librarius Puteanei vetustissimi Codicis MS., cuius fides alias praestantissima est, verba Tertulliani non capiens, cum vitium suspicaretur, suo periculo emendaverat *Christianae*; quod vocabulum haud dubie putabat ad

39. Edam iam nunc ego ipsa negotia Christianae factionis, ut qui mala refutaverim bona ostendam. Corpus sumus de conscientia religionis et disciplinae divinitate et spei foedere. Coimus in coetum et congregationem, ut ad deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Haec vis deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministris eorum et

praegressum *voluptatis* pertinere, hoc scilicet exprimere volens, Christianae voluptatis esse non otium, quod Epicureis, sed ampla negotia. Aliter librarius Cod. Erlang., qui ad voc. *Christianae* voc. *factionis* supplebat, sensu non ita diverso. Librarii denique MSS. Gothani, Amploniani, Oxoniensis, qui libri tres pariter derivati sunt ex uno Puteaneo, voc. *Christianae* quo pertineat non magis capientes id prorsus deleverunt cum aliis. Verum hodie reperitur solo in Lugd. II., libro alias satis mendoso. Tertullianus dicit: Epicureos toleratis, qui aliquam veram voluptatem, scilicet animi aequitatem et otium, invenisse se putant, at cur non et nos, si alias quam vestras praesumimus voluptates? Quod illis licuit, licet et nobis. Illis apud vos licuit voluptatem veram ponere in otio, igitur et nobis, opinor, licet eam quaerere non in otio, immo in negotiis eisque satis amplis. His verbis transitum sibi parat ad sequens caput, in quo de ipsis hisce negotiis Christianae disciplinae. —

39. — Caput trigesimum nonum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est trigesimum octavum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. aliisque libris inscriptionem habet: DE DISCIPLINA CHRISTIANORVM. — *Eadem iam nunc* Erl. — *nunc ego ipse* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. Fuld. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *nunc ipse* deleto pronomine *ego* Lugd. I. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. In seqq. pro *ut qui* Fuld. habet *quo minus*, et post *ostendam* inserit: *si etiam veritatem revelaverim.*, quod Haverk. in suam ed. recepit. Voc. *sumus* post *Corpus* abest in Erl. — *disciplinae divinitate* Fuld. et ed. Haverk. *disciplinae unitate* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. *disciplinae veritate* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. — *Coimus in caetu* (*coetum* ed. Haverk.) *et congregationem facimus ut ad* Fuld. et ed. Haverk. *C. in coetum* (*coitum* Put. *celum* Erl.) *et congregationem ut ad* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. (Lugdd.?) et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. *C. in coetum et aggregationem, ut ad* edd. Rhen. Gangn. Barr. — *ambiamus orantes. Haec* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus abest *orantes*, auctoritate unius Fuld. *quasi manu facta.* Collectis manipulatim copiis. — *pro ministris eorum et* Put. Goth.

potestatibus, pro statu saeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Coimus ad litterarum divinarum commemorationem, si quid praesentium temporum qualitas aut praemonere cogit aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam praeceptorum nihilominus inculcationibus densamus; ibidem etiam exhortationes, castigationes et censura divina. Nam et iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de dei conspectu, summumque futuri iudicii praeiudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis et conventus et omnis sancti commercii relegetur. Praesident probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti; neque enim pretio ulla res dei constat. Etiam si quod arcae genus est, non de onera-

Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. et edd. Gelen. Pam. *pro ministris eorum ac* edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Rig. *pro ministeriis eorum ac* Fuld. et ed. Haverk. *potestatibus pro statu saeculi* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. (Lugd. II.?) et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Pam. Herald. Rig. *potestatibus saeculi*, deletis ceteris, Lugd. I. edd. Gelen. Haverk. — *Cogimur* (*Cogimus* Lugd. I.) *ad litterarum* Gorz. 1 Vatic. et edd. Gangn. Barr. Pam. Haverk. *Coimus ad litterarum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. (Lugd. II.?) aliquot MSS. Pamelii et edd. Rhen. Herald. Rig. — *spem exigimus* Goth. — *nihilominus inculcationibus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. (Lugd. I.?) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Rig. *nihilominus conculcationibus* Lugd. II. *nihilominus in compulsationibus* Fuld. et ed. Haverk.; *compulsationes* essent hic persecutiones. Cf. supra 21. 20. et 38. *densamus.* Gregorius Baeticus urgens Arianos verbis Epistolae Iohannis I, 5.: „Et adhuc amplius *densat piam fidem* dicens: hic est verus deus.“ (Rig.) Cf. supra cap. 2. „*coetus antelucanos — ad confoederandam disciplinam.*“ Tertullianus dicit: Non satis habemus fidem canendo ad deum pascere et spem erigere fiduciamque in illo figere, sed et praecepta inculcamus, quae non facienda et facienda demonstrant. Salmas. de Fenore Trapez. p. 464. — *apud ceteros de dei conspectu* habet ed. Rhen. sed in marg. Rhen. emendat *certos.* In seqq. pro *relegetur* in Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. habetur *religetur*, pro more. Pro *pretio* in Lugd. II. vitiose est *palatio*, et paulo post pro *arcae* in ed. Rhen. *artis*, et *arte* in Lugd. I. — *de honoraria* Put. Lugdd. *dehonoraria*, uno verbo scriptum, edd. Rig. et Haverk. Rigaltius ita explicat: In nostris conventibus congregatur summa, quae non sit tamen dehonestamento religioni, nec ideo

ria summa quasi redemptae religionis congregatur modicam unusquisque stipem menstrua die: vel cum velit, et si modo velit et si modo possit, apponit; nam nemo compellitur, sed sponte confert. Haec quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis nec potaculis nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque et pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, iamque domesticis senibus, item naufragis, et si qui in metallis, et si qui in insulis vel in custo-

venalis aut redempta dici debet religio nostra. *de ordinaria* 1 Vatic. et ed. Pamel. *de honeraria* Bong. Erl. *de oneraria* Goth. Ampl. Oxon. (Fuld.) alii et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Iunius et Scaliger probabant *de honoraria*, innisi nempe verbis Traiani ap. Plin. Epp. CXIV., ubi tamen quae de honorario dicuntur a nostro loco prorsus aliena sunt. Non dubium est, quin verum sit *de oneraria;* tangitur enim religio gentilium, quae mercedem pro solo templi, pro aditu sacri exigebat, ut dictum est supra cap. 13. Pro *congregatur* Lugd. I. et ed. Gelen. exhibet *congregat.* — *cum velit et si modo velit et si modo possit* Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *cum velit et si modo possit*, deletis ceteris, edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) *cum velit vel possit* Erl. *cum velit et si vel possit* Lugd. I. *cum velit et si modo vel possit* Lugd. II. Agob. In seqq. Lugd. I. habet *pietati* pro *pietatis.* — *Quippe non epulis inde potaculis* deleta *et* particula, unde Haverk. edidit: *Quippe non ep. inde nec potaculis.* Verbum *potaculum* iterum occurrit de Resurr. Carn. 3. — *in gratiis voratrinis dispensatur* Put. Bong. Goth. Ampl. edd. Rhen. (in marg. Rhen. emendat *ingratis*) Herald. *in garciis vor. dispensantur* Erl. *ingratis vor. dispensatur* Fuld. Oxon. (Lugdd.?) et edd. reliquae omnes. Voratrinas ingratas appellat heluones et gurgites misericordiae donis ingratos. In seqq. verba: *ac puellis re* absunt Fuld. In Lugd. I. deleta sunt verba *re ac*, et in Lugd. II. voc. *re* a m. rec. extinctum est. *pueris atque puellis* Goth. Ampl. *pueris ac pupillis* edd. Rhen. Gangn. Barr. In reliquis libris tam scriptis quam editis habetur *pueris ac puellis re ac* sqq. — *destitutis aetateque domitis senibus* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *iamque domesticis senibus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. quinque Pamelii et edd. reliquae omnes. Domestici senes sunt qui prae morbo et virium omnium defectione iam domi manere sunt coacti. Post *senibus* Fuld. et inde ed. Haverk. inserunt *iam otiosis*, quae verba in reliquis libris omnibus desiderantur. — *naufragiis* Put. Fuld. et ed. Haverk. Reliqui libri habent *naufragis.* In seqq. Lugd. I. *si quis in metallis* praebet. *in insulis* h. e.

diis, dumtaxat ex causa dei sectae, alumni confessionis suae fiunt. Sed eiusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. Vide, inquiunt, ut invicem se diligant; ipsi enim invicem oderunt; et ut pro alterutro mori sint parati; ipsi enim ad occidendum alterultrum paratiores erunt. Sed et quod fratres nos vocamus, non alias, opinor, insaniunt quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus,

in exilio. — *dei sectae conflictatur*, *alumni* Fuld. *dumtaxat ex causa dei sectae* h. e. modo ea patiantur quia Christianae disciplinae nomen dederunt. — *suae fiunt.* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. Lugdd. et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *suae sunt* edd. Rhen. Gangn. Barr. — *vel maxime* Put. Reliqui libri cum edd. omnibus habent *vel maxime.* — *notam nobis inurit* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd.?) Fuld. et edd. omnes praeter Rhen. quae pro *inurit* habet *meruit.* In Erl. mendose extat: *non tam irruit nobis penes quosdam. Inde inquiunt.* — *et ut pro alterutro* Put. Ampl. Oxon. Fuld. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *et pro alterutro* Goth. edd. Rhen. Gelen. *etiam ut pro alterutro* Erl. *pro alterutro* h. e. alter pro altero. Cf. sqq. et supra cap. 9., de Fuga in Persecut. 1. „*alterutra diligentia*," h. e. mutua, de Pudic. 2. „*in alterutra oppositione.*" Apul. de Dogm. Plat. III, p. 269. Buemann. ad Lactant. de Ira Dei XIII, 14. p. 1062. — *sint parati* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *sunt parati* (Fuld.?) edd. Rhen. Gangn Barr. — *paratiores erunt. Sed et quod* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *paratiores. Sed et quod*, deleto *erunt*, Fuld. et inde edd. Rig. Haverk. — *fratres nos vocamus*, *non alias* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et omnes edd. praeter Rig. et Haverk., in quibus legitur *fratrum appellatione censemur* (*censemus* Fuld.), *non alias* ex auctoritate unius Fuld. — *opinor*, *insaniunt quam* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *opinor*, *infamant quam* edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. Cf. cap. 23. *non alias* h. e. non alia de causa, de quo adverbii *alias* usu v. Hand. Tursellin. I, p. 225 sqq. qui exempla affert Tacit. Ann. III, 73. Curt. VIII, 1, 24. VIII, 14, 16. Ulpian. Dig. XXIII, 3, 29. XLVII, 4, 1, 2. Paul. XXIII, 3, 37. Martian. XXIX, 7, 6, 2. Ulpian. XXVIII, 6, 8. Martian. XX, 1, 5, 1. Paul. XXI, 1, 43, 7. — *de affectione* Put. Bong. Fuld. Erl. (Lugdd.?) et ed. Rig *de affectatione* Goth. Ampl. Oxon. et reliquae edd.

iure naturae matris unius, etsi vos parum, homines quia mali, fratres. At quanto dignius fratres et dicuntur et habentur qui unum patrem deum agnoverunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad unam lucem expaverunt veritatis. Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragoedia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quae penes vos fere dirimit fraternitatem. Itaque qui animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia

omnes *de affectione* h. e. quod adtinet ad affectionem et veros animi sensus. Pro *omne sanguinis* Agob. habet *omnis sanguinis.* — *Fratres autem etiam vestri* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pam. Rig. Haverk. *Fratres autem vestri* ed. Herald. *Fratres etiam vestri*, deleta particula *autem,* edd. reliquae omnes. — *etsi vos parum homines* Put. Goth. Ampl. Erl. Fuld. Lugdd. et edd. Gelen. Gangn. Barr. Pam. Rig. Haverk. *etsi parum homines vos* Oxon. (?) et edd. Rhen. Herald. In seqq. particulam *at* ante *quanto* delet Lugd. I., et Fuld. habet: *mali fratres. At (?) quando nunc dignius* sqq. Olim emendare volebam: *etsi vos parum* (sc. nostri fratres estis), *homines quia mali fratres.* Distinguitur vulgo in edd.: *etsi vos parum homines*, *quia m. fr.* — *expaverint veritatis* Put. (in quo etiam *biberint* erat paulo ante) Goth. Erl. Ampl. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. *expaverunt veritatis* Oxon. Fuld. Lugd. I. et edd. Rig. Haverk. *expiraverunt veritatis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *pervenerunt* (*pervenerint* Lugd. II.) *veritatis* Agob. Lugd. II. Haverkampius: Pulcherrima metaphora. Sicut enim illis qui in tenebris fuerunt diutius, si subito solem immittas, oculi nictare et quasi expavescere solent, sic illi quoque qui ex carcere tenebrarum, mortis et peccati, ad lucem veritatis et evangelii pertrahuntur, affliguntur corde et toti tremunt. Cf. ad Martyr. 3. In seqq. pro *existimamur* Erl. praebet *existimantur*, et paulo post Lugd. II. pro *exclamat* a m. pr. habuerat *exclamant*, vitiose. De tragoedia respicit Atridas et fratres Thebanos. — *ex substantia familiari*, quae indiscreta fuit primis Christianis, non possessione, sed usu. Voc. *fraternitate* abest in Goth. Ampl. Oxon. — *dirimit fraternitatem.* Quam frequentes quamque graves haud raro de hereditate dirimenda et dividenda oriuntur lites cohaeredibus fratribus! Pro *fere* Erl. et Lugdd. habent *facile.* — *Itaque quia animo* Lugdd. aliquot libri scripti Pamelii et ed. Pam. In cett. omnibus est *Itaque qui animo.* In seqq. voc. *Omnia* ante *indiscreta* abest in

indiscreta sunt apud nos praeter uxores. In isto loco consortium solvimus in quo solo ceteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant, sed et sua amicis patientissime subministrant, ex illa, credo, maiorum et sapientissimorum disciplina, Graeci Socratis et Romani Catonis, qui uxores suas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant liberorum causa et alibi creandorum nescio quidem an invitas. Quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donaverant? O sapientiae Atticae, o Roma-

Erl. — *In isto loco* Goth. Ampl. Erl. MSS. Pamelii. Oxon. Lugd. II. et edd. Pam. Herald. Haverk. *iusto loco* Lugd. I. *In illo loco* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *In isto solo* (Put.?) Fuld. et ed. Rig. In seqq. Erl. pro *solo ceteri* habet *solum ceteri*, et paulo post Fuld. *sapientiorum suorum* pro *sapientissimorum.* — *Graeci Socratis et Romani Catonis.* Cato Hortensio tradidit Marciam suam et post fata eius resumpsit. Lucan. Phars. II, 338 sqq. Appian. B. C. II, 99. Strabo XI, p. 354. Aliter rem narrat Plutarch. Cat. Min. 25. Cf. Augustin. de Fid. et Oper. 7. et de Bono Coniug. 19. Spalding. ad Quinctil. III, 5, 11. X, 5, 13. Drumann Roem. Gesch. III, p. 108. De Socrate praeter Tertullianum nemo idem tradidit. Habuit ille quidem duas, ut quidam memorant, (v. Menag. ad Diog. Laert. II, 36.) una uxores, sed quod unam earum alteramve amicis communicaverit omnes scriptores tacent. Quod si errorem commiserit Tertullianus, eius ansam fortasse praebuit praeter illud, quod duas uxores una habuerit, etiam hoc, quod apud Platonem ex huius ipsius mente de matrimonii communione disputat. Cf. Lactant. III, 21. 22. Adde locum in Luciani Vitarum Auctione tom. I, p. 380. ed. Voss., ubi Socrates Mercatori his se verbis commendat: *Ἄκουε δὴ τὸ μέγιστον ὅ περὶ τῶν γυναικῶν μοι δοκεῖ· δοκεῖ μηδεμίαν αὐτῶν μηδενὸς εἶναι μόνου, παντὶ δὲ μετεῖναι τῷ βουλομένῳ τοῦ γαμοῦ.* In seqq. Ampl. habet *que uxores* pro *qui uxores.* — *liberorum alibi creandorum gratia. nescio* sqq. Erl. In cett. libris omnibus tam scriptis quam typis excusis vulgata interpunctione habetur: *liberorum causa, et alibi creandorum, nescio quidem an invitas.*, quae vix perspicua erunt nisi mecum sustuleris signum distinctionis ante *nescio quidem.* Genitivus *creandorum* enim regitur simul ab *invitas*, qui accusativus ipse pendet non a *communicaverunt*, sed a *duxerant.* Cf. Ulpian. Dig. XVI, 3, 11. „Credidit dominum non *invitum* fore huius *solutionis.*“ Igitur structura in Tertulliani loco haec est: quas nescio quidem an duxerant invitas liberorum etiam ex aliis procreandorum. In Ampl. abest particula *quidem* post *invitas.* —

nae gravitatis exemplum! *Lenones* philosophus et censor: quid ergo mirum, si tanta caritas conviolatur? Nam et coenulas nostras praeterquam sceleris infames ut prodigas quoque suggillatis. De nobis scilicet Diogenis dictum est: Megarenses obsonant quasi crastina die morituri, aedificant vero quasi numquam morituri. Sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit quam in suo trabem. Tot tribubus et curiis et decuriis ructantibus acescit aër. Saliis coenaturis creditor

Lenon est philosophus Put. Goth. Ampl. *Leno est philosophus* Oxon. Erl. Lugd. II. Fuld. et edd. omnes praeter Rig. Haverk., in quibus: *Lenones philosophus*, quod et ipse pro genuino recipiendum duxi. Ceterum errat Tertullianus cum Catonem illum censorem appellat. Cf. Drumann l. l. Eodem modo supra cap. 11. Scipiones confuderat. — *caritas conviolatur* Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *caritas violatur* Erl. Lugd. II. (qui *est* inserit post caritas) Agob. *caritas convivatur* Fuld. et edd. Rig. Haverk. *si tanta caritas conviolatur* h. e. si fraternitas tantae caritatis, qualis est inter Christianos, conviciis vestris mendacibusque rumoribus violatur. Pro *coenulas* Lugd. II. habet *coenaculas*, et paulo post Lugd. I. *praeter quod* pro *praeterquam*. — *prodigas quoque suggillatis* (*gillatis* Oxon.) Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. Lugd. II. Fuld. et ed. Pam. *prodigas suggillatis*, deleto *quoque*, edd. omnes reliquae. Pro *Megarenses* Put. Goth. Ampl. habent *Megrenses*, et Erl. *dictum esse in egrenses* vitiose. Pro *die morituri* Lugd. I. mendose: *die moriturus est*. — *aedificant vero quasi numquam morituri*. Hanc alteram proverbii partem non habent Agob. Lugdd. nec edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Retinent contra Put. Fuld. Goth. Ampl. Oxon. Erl. quatuor MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. Pro *numquam morituri* Fuld. habet *numquam moriantur*. Aelianus V. H. XII, 29. qui Platoni adscribit hoc proverbium, et Diog. Laert. VIII, 63., qui Empedocli, ambo de Agrigentinis dictum commemorant. Plutarchus in libello de Avaritia p. 525. B. refert ad Stratonicum citharoedum de Rhodiis his verbis: *ὁ Στρατόνικος ἐπέσκωπτε τοὺς Ῥοδίους εἰς πολυτέλειαν, οἰκοδομεῖν γὰρ ὡς ἀθανάτους λέγων, ὀψωνεῖν δὲ ὡς ὀλιγοχρονίους.* Cum Tertulliano, qui de Megarensibus tradit fuisse dictum, facit Hieronymus in Ep. ad Ageruchiam, ceterum tacens de proverbii auctore, qui ita expressit: „Aedificant quasi semper victuri, vivunt quasi altera die morituri.“ In seqq. abest *quis* post *stipulam* in Oxon. — *decuriis ructantibus* Put. Fuld. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Barr. in qua extat *decuriis et ructantibus*. Pro

erit necessarius. Herculanarum decimarum et *polluctorum* sumptus tabularii supputabunt, Apaturiis, Dionysiis, mysteriis Atticis cocorum delectus indicitur, ad fumum coenae Sarapiacae

acescit Erl. vitiose praebet *accessit*, et pro *Saliis* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. (Oxon.?) Lugdd. habent *Si aliis* et edd. Rhen. Gangn. Barr. simpliciter *Aliis*. Tribus, curias et decurias certis diebus communes coenas habuisse, lautas et luxuriosas, res nota est. Cf. supra cap. 35. Magnificum eiusmodi epulum enumerat Macrob. Sat. II, 9. De Saliaribus coenis, quae in proverbium abierunt, v. Intt. ad Horat. Od. I, 37, 2. et ad Fest. s. v. *Salios*. Ursin. ad Ciacon. de Tricl. p. 177. Guthberl. de Saliis c. 27. Cf. Hildebr. ad Apul. Met. m. IV, 22. Auson. Ep. 13. Cic. ad Attic. V, 9. — *decimarum et polinctorum* (*pollinctorum* Lugdd.) Put. Lugdd. *decimanarum et polinctorum* (*pollinctorum* Oxon.) Goth. Ampl. Oxon. *decimarum et polliticorum* Erl. *decimarum et polincto lucitorum* Fuld. *decimarum, pollinctorum* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *decimarum et polluctorum* edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. De decima Herculis v. supra ad cap. 14. *Polluctum* quid sit explicat Varro de L. L. VI, 54.: „Hinc fana nominata, quod pontifices in sacrando fati sint finem; hinc profanum est quod ante fanum coniunctum fano, hinc profanatum in sacrificio, atque inde Herculi decuma appellata ab eo est, quod sacrificio quodam fanatur id est ut fani lege sit. Id dicitur polluctum, quod a porriciendo est fictum; quom enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in aram, tum polluctum est, ut, quom profanatum dicitur, id est proinde ut sit fani factum; itaque olim fano consumebatur omne quod profanum erat, ut etiam fit quod Praetor Urbis quotannis facit quom Herculi immolat publice iuvencam.“ Cf. Fest. p. 201. 216. Cato de R. R. 50. et 132. — *sumptu tabularii* Put. Oxon. *sumptu stabularii* Goth. Ampl. *sumptus stabularii* Agob. Lugd. II. edd. Rhen. Gelen. *sumptus tabularii* Fuld. Erl. et edd. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. Harverk. *sumptus tabularii supputabunt* sc. quia alii tantos supputare vix commode poterunt. De Apaturiis v. in universum Meier. de Gentilitate p. 11 sqq. de Dionysiis Casaub. ad Athen. V, p. 2180. Spanhem. Argum. ad Aristoph. Ran. tom. III, p. 12 sqq. ed. Beck. Kanngiesser kom. Bühne zu Athen. p. 245 sqq. Fr. V. Fritzsche de Lenaeis Atheniensium Festo (Rostochii 1837. 4.). Böckh. Abhandl. der Berl. Akademie a. 1816. p. 47 sqq. et Corp. Inscriptt. n. 157. de Eleusiniis Otfr. Müller in Encyclop. Halens. p. 295 sqq. Preller in Pauly Encyclop. Antiqu. tom. III, p. 83 sqq. Pro *Apaturiis* Put. habet *Appaturiis*, Erl. *Aptaturiis*, qui idem liber in seqq. delet etiam voc. *Atticis*. — *dilectus indicitur* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl.

sparteoli excitabuntur: de solo triclinio Christianorum retractatur. Coena nostra de nomine rationem sui ostendit: id vocatur quod dilectio penes Graecos. Quantiscumque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes quosque refrigerio isto iuvamus, non qua penes vos parasiti adfectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi, sed qua penes deum maior est contemplatio mediocrium. Si honesta causa

Lugd. II. et edd. Rhen. (in qua antea, ut etiam in edd. Gangn. Barr., erat *Dionysii* pro *Dionysiis*) Rig. Haverk. *delectus indicentur* edd. Gelen. Pamel. Herald. *delectus inducitur* (Fuld.?) edd. Barr. Gangn. — *Sarapiacae* Put. Bong. Goth. Ampl. MSS. Pamelii omnes. *Serapiae* Fuld. *Serapicae* Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *Serapiacae* Lugdd. et edd. Rig. Haverk. De forma nominis *Sarapis* pro *Serapis* v. Hildebr. ad Apul. Metam. XI, 9. p. 1017. Dicit Sarapiacae coenae tantum esse apparatum, ut ad fumum sparteoli ac vigiles excitentur observentque ne quid inde incendii nascatur. V. de his sparteolis Casaub. ad Sueton. August. 30. Schol. ad Iuven. Sat. IV, 303. Intt. ad Sidon. Apollinar. VI, ep. 8. Pro *excitabuntur* Lugd. I. praebet *incitabuntur*, sed superscr. alia manu *excitabuntur*. In seqq. pro *De solo* Fuld. habet *de loco*. — *de solo triclinio Christianorum retractatur* h. e. de tenui triclinio parcoque nimium Christianorum victu sermo grandis excitatur et invidiosus. Mox pro *rationem sui*, quod praeter Fuld. et mei et Pamelii omnes firmant, edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. habent *rationem suam*. — *ostendit. id vocatur quod dilectio penes Graecos. Quantiscumque* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et ed. Rig. *ostendit. id vocatur quod* quod (Fuld.: *id vocatum quo dilectio penes Graecos est. Quantiscunque* Fuld. et ed. Haverk. *ostendit*, *vocatur* (*vocatur enim* edd. Gelen. Pamel.) *ἀγάπη id quod dilectio penes Graecos est. Quantiscunque* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. De agapis citant Intt. ad Minuc. Felic. Octav. 31. Suiceri Thesaur. s. v. Muratori Anecd. Gr. p. 185. p. 218 sqq. I. A. Fabric. Bibliogr. Antiqu. p. 587. — *inopes quosque* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. (?) et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Herald. Rig. Haverk. *inopes quoque* Erl. et edd. Gelen. Pamel. In seqq. Oxon. habet: *non qua vos parasiti*, Lugd. I. *non quasi apud suos parasiti*. Ceterum adnota personae mutationem; *adfectant* sc. inopes. Verbum *famulare* pro famulatui mancipare, *δουλοῦν*, eodem sensu positum iam supra habuimus cap. 21. Voc. *contemplatio* pro respectus, quo significatu frequens est apud ICtos, occurrit eo etiam

est convivii, reliquum *ordine* disciplinae de causa aestimate quod sit: de religionis officio nihil vilitatis, nihil inmodestiae admittit; non prius discumbitur quam oratio ad deum praegustetur; editur quantum esurientes capiunt; bibitur quantum pudicis utile est. Ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui sciant dominum audire. Post aquam manualem et lumina, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium deo canere; hinc probatur quomodo biberit. Aeque oratio convivium dirimit. Inde disceditur non in catervas caesionum nec in classes discursationum nec in eruptio-

apud Iustin. VII, 5. et VIII, 3. In sqq Lugd. I. vitiose habet *convivium* pro *convivii.* — *reliquum ordinem disciplinae de causa aestimate quod sit de religionis* (*quid sit religionis* Oxon. *quid sit de religionis* Lugd. II. et ed. Gangn. Barr. Pam. *quod si de religionis* Erl.) *officio* Bong. Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. et edd. Gangn. Barr. (Fuld.) Pam. *reliquum ordinem disciplinae aestimate quid sit de religionis* edd. Rhen. Gelen. Herald. *rel. ord. disciplinae aestimate qui sit, de religionis* edd. Rig. Haverk. partim ex emend. Wowerenii. Emendavi: *reliquum ordine disciplinae de causa aestimate quod sit: de religionis officio nihil* sqq. Dicit: Iam si honesta causa est convivii, reliquum ordine vobis de disciplina nostra exponam, ut aestimare possitis et perpendere quod demum hoc sit. — *admittit* sc. disciplina nostra, religionis officio parens. Pro: *vilitatis*, *nihil inmodestiae* ed. Rhen. habet: *utilitatis nisi modestiae*, mendose., Lugd. II.: *vilitatis*, *nihil immodeste.* Pro *admittit* ed. Gelen. praebet *admittitur.* — *praegustetur* tamquam spiritalis cibus. Similiter infra dicit *coenare disciplinam.* — *esurientes capiunt* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Fuld. Lugd. II. et edd. Rhen. Gang. Gelen. Barr. Pam. Herald. *esurientes cupiunt* edd. Rig. Haverk. — *utile est.* Put. Goth. Ampl. (Oxon.?) Erl. *est utile.* edd. omnes. Verba: *meminerint* — — — *fabulantur*, *ut qui* absunt in Goth. Ampl. Oxon. Pro *ut qui meminerint* Fuld. habet *ut meminerunt.* — *sciant deum audire.* Fuld. Erl. Oxon. *sciunt dominum audire.* edd. Gangn. Barr. *sciant dominum audire.* Put. Goth. Ampl. (Lugdd.?) et edd. Rhen. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. In sqq. Fuld. habet *de deo canere.* Infinitivus more Graeco positus pro gerundio cum praepositione *ad.*, et postea Erl. habet *Et quae* vitiose pro *Aeque*, ed. Rhen. *censionum* pro *caesionum.* — *nec in inceptiones lasciviarum* Fuld. Pro *nec in*

eruptiones lasciviarum, sed ad eandem curam modestiae et pudicitiae, ut qui non tam coenam coenaverint quam disciplinam. Haec coitio Christianorum merito sane inlicita, si inlicitis par, merito damnanda, si quis de ea queritur eo titulo quo de factionibus querela est. In cuius perniciem aliquando convenimus? Hoc sumus congregati quod et dispersi, hoc universi quod et singuli, neminem laedentes, neminem contristantes. Cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia.

40. At e contrario illis nomen factionis accommodandum est qui in odium bonorum et proborum conspirant, qui adversum sanguinem innocentium conclamant, praetexentes sane ad odii defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis publicae cladis, omnis popularis incommodi Christianos

classes, quod tuentur Put. Goth. Ampl. Erl., edd. omnes habent *neque in classes*. Ceterum eius petulantiae memoriam habes apud Sueton. Nerone 26. Othone 2. Cf. supra cap. 35. Pro *coenaverint* Erl. praebet *cenarint*. In seqq. post: *merito damnanda* Fuld. inserit: *si non dissimilis damnandis*, quae verba in suas edd. receperunt Rig. et Haverk. — *Cum boni*, *cum probi coeunt* Erl. —

40. — Caput quadragesimum, quod in Goth. Ampl. Oxon. est trigesimum nonum, in Put. inscriptum est: ET CONTRA ETHNICAM RATIONEM., quae verba in Erl., qui alias non habet capitum inscriptiones, sine sensu sunt tracta et adiuncta ad capitis praecedentis finem. In Goth. et Ampl. est: CONTRA ETHNICAM RATIONEM., in Oxon. desideratur inscriptio. In Vaticano uno titulus est: QVOD POST CHRISTI ADVENTVM PAVCIORES CLADES DEO PARCENTE EVENERINT. — *accomodatum est* — — — *adversus sanguinem* Oxon. — *nomen factionis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. quinque MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *nomen factionum* edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?). Gelen. Pro *conclamant* Lugd. I. *concordant*, ed. Gelen. *clamant* praebent. Pro *illam quoque* Agob. vitiose habet *illam quamque*, Lugd. I. particulam *quoque* delet. — *popularis incommodi in primordio temporum Christianos* Fuld. plenius. — *esse in causa* Lugd. I. Fuld. Erl. edd. Gelen. Haverk. *esse causam* Goth. Ampl. Oxon. aliquot MSS. Pamelii et edd. Rhen. Gangn. Barr. Pam. Herald. Rig. *esse in causam* Put. Lugd. II., quod probatur, cum apud antiquiores et recentioris aevi qui illos imitantur scriptores accusativus pro ablativo cum *in* praepositione iunctus haud raro reperiatur. Cf. Oudendorp. ad Caes. B. C. I. 25.

esse in causam. Si Tiberis ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in arva, si caelum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim CHRISTIANOS AD LEONEM adclamatur. Tantos ad unum? Oro vos, ante Tiberium, id est ante Christi adventum, quantae clades orbem et urbes ceciderunt? Legimus ***Hieran***, ***Anaphen*** et Delon et Rhodon et Co insulas multis

Hand. Tursell. III, p. 345 sqq. Hildebr. ad Apul. de Dogm. Plat. II, 23, p. 250 sq. qui multos de hoc archaismo excitat. — *in moenia* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Pam. Herald. Haverk. *ad moenia* edd. Gelen. Rig. In seqq. pro *arva* Fuld. habet *rura*. — *si caelum stetit* h. e. si caelum diuturno ardore non solvitur in imbres, et tamquam immobile stat. Similiter dixit de Ieiun. 16. „Cum *stupet caelum et aret annus*, nudipedalia denunciantur.“ In seqq. particula *si* ante *lues* abest in Erl. — *Christianos* (*Christianus* Oxon.) *ad leonem adclamatur*. Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. I. et edd. Rhen. Gangn. Barr. *Chr. ad leonem adclamant* Lugd. II. Agob. *Chr. ad leonem inclamant* Fuld. *Chr. ad leonem* deleto verbo *adclamatur* edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. De formula „Christianos ad Leonem“ v. Ferrar. de Vett. Acclam. et Plausu VII, 18. — *Tantos ad unum?* Decimandus scilicet foret orbis terrarum. Adiectiva *tanti* et *quanti* pro *tot* et *quot* frequentissima sunt apud Tertullianum. Cf. supra cap. 2. In Goth. super *tantos* ab antiqua manu superscriptum legitur *dandos*. Pro *leonem* Goth. et Ampl. mendose habent *lenonem*. — *et urbes* Put. Goth. Ampl. Erl. (Lugdd.?) et ed. Rig. *et urbem* Oxon. (Fuld.?) reliquae edd. omnes. — *Hieranna pean et* Goth. Ampl., et Put. Oxon., sed prioribus uno verbo scriptis, ut erat etiam in Pamelii MSS. Gallicis et Belgicis. *Iherannapeam et* Bong. *Hierant napeam et* Lugd. II. et Agob. sed m. rec. in unum verbum conflatum. *iheramiapeam et* Erl. *Hienarranda penes* Fuld. *Hieramapeam et* Vatic. unus. *Hieramiapaeam et* Vatic. alter. *Hyeramcipaeam et* Lugd. I. *Hierannapen et* ed. Rig. *Hieran*, *Anaphen et* ed. Haverk. *Hierapolim et* reliquae edd. omnes. Ad Nat. I, 9. Cod. Agob. habet *Hierennapae*, nominativa forma, ex quo Gothofr. fingi vult *Hieren*, *Nean*, *Anaphen* ex Plinio H. N. II, 87. et item Salmas. ad Solin. p. 102. *Hiera* insula, una ex Aeoliis, hodie *Volcano* appellatur. V. Virgil. Aen. VIII, 415 sqq. Diod. Sic. V, 10. Scymn. 256. *Anaphe* ex Sporadibus una, de qua v. Plin. H. N. II, 87. IV, 12 Steph. Byz. s. v. *Ἀνάφη*. Cf. eundem s. v. *Ἱεράφη· ὡς Ἀνάφη, νῆσος Λιβύης. Ἑκαταῖος περιηγήσει.*, ex quo loco aliquis coniiciat hoc Tertulliani loco esse *Hiraphen* vel *Hieranaphen* restituendum.

cum milibus hominum pessum abiisse. Memorat et Plato maiorem Asiae vel Africae terram Atlantico mari ereptam. Sed et mare Corinthium terrae motus ebibit, et vis undarum Lucaniam abscisam in Siciliae nomen relegavit. Haec utique

Anaphe hodie dicitur *Namfio* et *Anafi*. Qui *Hierapolim* ediderunt, id fecerunt testimonio Eusebii Chron. a. 2080. et Orosii VII, 7., qui narrant eam anno tertio imperatoris Neronis una cum Laodicaea et Colosso terrae motu corruisse. Sed parum illi erant memores Tertullianum solummodo loqui de cladibus, quae ante Tiberii imperium et Christi adventum acciderint. De Deli casu mentionem facit Tertullianus etiam de Pall. 2. V. praeterea Plin. II, 88. 89., ubi refert Delon ac Rhodon aliquando absorptas fuisse ac postea apparuisse. Cf. Herodot. VI, 96. Eustath. ad Dionys. Perieg. 525. De Rhodo Euseb. Chron. a. 1910. Oros. IV, 13. In Co insula a. 38. Augusti Caesaris terrae motu plurima corruisse item testatur Eusebius. Pro *Co* Put. Goth. Ampl. Lugdd. et pars maior MSS. Pamelii habent *Cho*, Bong. *Choo*, Erl. *thou*, edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) *Con*, 1 Vatic. et edd. Pam. Herald. *Coon*. In edd. Rig. et Haverk. extat *Co* ex emend. Salmas. ad. Solin. p. 102. — *maiorem Asiae et Africae* Goth. Ampl. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.) Pam. Herald. Haverk. *m. Asiae vel Africae* Put. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii omnes et ed Rig. Retinui *vel* pro *et*, cum etiam de Pall. 2. Codd. optimi praebeant „Aeon in Atlantico Libyam *aut* Asiam adaequans quaeritur nunc.," et iterum ad Nat. I, 9. „maiorem Asiam *aut* Africam" (leg. *m Asia aut Africa*), quamquam ex Platone (Tim. p. 24 sqq. Critia p. 108 sqq.) vero corrigendum esset *maiorem Asiae et Africae*. V. de Atlantide insula Aristot. de Caelo II, 14. Procl. ad Tim. p. 24. Diod. Sic. V, 9. Bailly Lettres sur l'Atlantide etc. (Paris. et Amstelod. 1779.) Bory de St. Vincent Essai sur les iles fort. et l'antique Atlantide. (Paris. XI, 4.) Morgenbl. 1835. 2 — 5. Cf. Intt. ad Arnob. I, 5. *Asiae vel Africae* genitivi pro ablativis positi pendent a comparativo *maiorem*, de quo graecismo v. Stallbaum ad Ruddim. II, p. 77. Voss. ad Vellei. II, 31. Salmas. ad Spartian. Carac. 2. p. 708. Hildebr. et cett. Intt. ad Apul. Metam. III, 11. p. 170. (194.). Mox pro *ereptam* Fuld. praebet *inereptam* (leg. *interemptam*), Ampl. *abisse* pro *abiisse*, et deinde Lugd. I. *abibit* pro *ebibit*. — *mare Corinthium*. V. Plin. II, 4. et 94. Res nota est terrae motibus mare, lacus et fluvios saepius absorberi subito subitoque redire ex fontibus atque cavernis. — *Lucaniam abscisam* Fuld. Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II. *Lucaniam Italiae abscissam* (*abscisam* Erl. edd. Haverk. Pamel.) Lugd. I. Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Rig. De

non sine iniuria incolentium accidere potuerunt. Ubi vero tunc, non dicam deorum vestrorum contemptores Christiani, sed ipsi dei vestri, cum totum orbem cataclysmus abolevit, vel ut Plato putavit, campestre solummodo? Posteriores enim illos clade diluvii contestantur ipsae urbes in quibus nati mortuique sunt, etiam quas condiderunt; neque enim alias hodiernum manerent nisi et ipsae posthumae cladis illius. Nondum Iudaeum ab Aegypto examen Palaestina susceperat nec iam illic Christianae sectae origo consederat, cum regiones ad fines eius Sodoma et Gomorra igneus imber exussit. Olet adhuc incendio terra, et si qua illic arborum poma, *coenantur* oculis

hoc casu v. Sallust. Fr. 297. „Italiam coniunctam Siciliae constat fuisse, sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est aquis aut propter angustiam scissum." Plin. H. N. III, 8. Lucret. de R. N. I, 718 sqq. — *velut* (*velud* Put.) *Plato* Put. Goth. Ampl. Erl. In seqq. pro *campestre solummodo* fortasse scribendum *campestre solum modo*. Sed non tanti est. Platonis eam sententiam tangit etiam de Pall. 2. Paulo post pro *nati mortuique sunt* Fuld. habet *nati moratique sunt*. — *neque enim illae in hodiernum* Fuld. *n. enim alias in hodiernum* Erl. (Oxon.?) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *n. enim alias hodiernum*, deleta praepositione *in*, Put. Goth. Ampl. Lugdd. et edd. Rig. Haverk. Non idem est, si dicam *hodiernum manere*, si *in hodiernum manere*; illud est *per hodiernum diem*, hoc *ad hodiernum diem manere*. De frequenti ellipsi *in hodiernum* sc. diem, multa congessit Dederich. ad Dict. Cret. Introd. p. LX. — *ad fines eius* Put. *adfines eius* Bong. Oxon. et edd. Herald. Rig. Haverk. *afines eius* Ampl. *affines eius* Erl. Lugdd. Fuld. *ac fines eius* Goth. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Pro *Sodoma et Gomora* Erl. habet *sodomam et gomoram*. — *imber exussit* Put. Goth. Ampl. Oxon. (Lugdd.?) Fuld. et edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Rig. Haverk. *imber excussit* Erl. et ed. Rhen., in cuius tamen marg. Rhen. emendat *exussit*. — *poma, conantur oculis tenus* Put. Fuld. Goth. Ampl. Oxon. Gandav. Elnon. I Vatic. Agob. Lugdd. edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *poma oriantur oculis tenus* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. prob. Latinio. *p. cooriantur oc. tenus* coni. Meursius in Crit. Arnob. p. 229. *p. cernantur oculis tenus* Erl. Vulgatam *p., conantur oc. tenus* defendit Rigaltius his verbis explicans: Si quae illic forte arbores supersunt, spectantium quidem oculis promittunt, sed ea poma carpentium digitis contacta solvuntur in cineres." Nimium argute atque audaciter. Reposui ex coniectura: *et si qua illic arborum poma, coenantur oculis tenus* h. e. oculi

tenus, ceterum contacta cinerescunt. Sed nec Tuscia iam tunc atque Campania de Christianis querebantur cum Vulsinios de caelo, Pompeios de suo monte perfudit ignis. Nemo adhuc Romae deum verum adorabat cum Hannibal apud Cannas per Romanos anulos caedes suas modio metiebatur. Omnes dei vestri ab omnibus colebantur, cum ipsum Capitolium Senones occupaverant. Et bene, quod si quid adversi accidit urbibus,

quidem eis possunt frui, non item ora. In seqq. pro *cinerescunt* Fuld. Agob. et Lugd. II. habent *cinerescunt.* — *Tuscia iam tunc atque* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Rig. Haverk. *Tuscia iam atque* Fuld. *Tuscia atque* deletis ceteris edd. Gelen. Pamel. — *querebantur* Put. Fuld. Oxon. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Barr. *querebatur* edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. Pro *Vulsinios* Erl. habet *Ulscinius*, Put. et Goth. *Ulscinios*, Ampl. *Ulciscinios*, Lugd. I. *Ulsineos* (sed superscr. *Ulscinios*), ed. Gelen. *Volsinios.* De concrematione Vulsiniorum referunt Plin. H. N. II, 52. Tertull. de Pall. 2. Meminit etiam Iulius Obsequens. *Pompeios* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Haverkampii, qui Gothofredi iudicium secutus recepit *Tarpeios.* Sic enim praebet Cod. Agob. ad Nat. I, 9. Perperam. De Tarpe aliqua urbe igne caelesti exusta nemo veterum umquam memoravit; Pompeiorum contra a Tertulliano fit mentio etiam de Pall. 2. una cum eisdem cladibus quae hoc Apologetici capite enumerantur. Pro *de suo monte* Meursius in Crit. Arnob. p. 229. coni. *Vesuvio monte*, praeter omnem necessitatem. — *perfudit* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Erl. Lugdd. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *profudit* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. In seqq. *Hannibal* scribit Put., *Hanibal* Goth. et Ampl., *Annibal* Erl. et edd. omnes. — *apud Cannas per Romanos anulos caedes suas* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *apud Cannas Romanos annulos caede sua* Fuld. prob. Iunio et ed. Rig. *apud Cannas Romanos annulos*, *caedes suas*, Lugd. I. et ed. Haverk. De re cf. Liv. XXII, 46 sqq. Appian. Hannib. 20 sqq. Flor. II, 6. Polyb. III, 113 sqq. Cic. Tusc. I, 37. et de Offic. III, 11. Augustin. C. D. III, 19. Oros. IV, 16. — *vestri omnibus* Lugd. II. *vestri ab hominibus* Erl., vitiose. — *occupaverant.* Put. Erl. Goth. Ampl. Bong. (Oxon.?) In cett. libris est omnibus *occupaverunt.* De re cf. praeter Livium V, 37 sqq. etiam Augustin. C. D. II, 22. Oros. II, 19. Post *occupaverant* in Put. incipit caput quadragesimum primum, in Goth. Ampl. Oxon. quadragesimum, cui tamen utrique cum aliis inscriptum habent: DE ADVERSIS

eaedem clades templorum quae et moenium fuerunt, ut iam hoc revincam non ab eis evenire, quia et ipsis evenit. Semper humana gens male de deo meruit: primo quidem ut inofficiosa eius, quem cum intellegeret ex parte, non requisivit; sed et alios insuper sibi commentata quos coleret; dehinc quod non inquirendo innocentiae magistrum et nocentiae iudicem et exactorem omnibus vitiis et criminibus inolevit. Cete-

VRBIVM. — *Est bene quod* ed. Gelen. Pro *si quid adversi.* Erl. habet *si aliquid adversi.* — *urbibus accidit* Put. Goth. Ampl. Erl. (Oxon.? Fuld.? Lugdd.?) et ed. Rig. *accidit urbibus* edd. reliquae omnes. Pro *eaedem clades* Fuld. habet *eadem clades*, edd. Rhen. Gangn. Barr. *aedium clades.* — *templorum quae et moenium* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Oxon. Lugd. II. et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *templorumque et moenium* Lugd. I. et edd. Rhen. Gangn. Barr. In seqq. Lugd. I. habet: *ut iam hoc revincat*, mendose, Fuld.: *ut iam et hoc revincam.* — *ab eis evenire quia et ipsis evenit.* Put. Goth. Ampl. Oxon. Bong. Erl. Lugdd. *a deis evenire quia et ipsis evenit* edd. omnes. *ab his evenire quae et ipsis similia evenerunt.* Fuld. — *semper. Et humana gens* edd. Rhen. *Semper et humana gens* ed. Herald. *Semper enim hum. g.* edd. Gangn. Barr. (Fuld.?) *Semper humana gens* Put. Goth. Oxon. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Pam. Rig. Haverk. In seqq. ed. Gelen. praebet *in officia eius quemcumque* pro *inofficiosa eius quem cum*, quod reliqui libri tenent omnes, nisi quod Lugd. II. delet voc. *eius*, Lugd. I. voc. *ut.* — *non requisivit timendum sed et alios insuper sibi commentata* (*commentata est* Gorz. Lugd. II. edd. Gangn. Barr. Gelen. Pam. Herald. Rig. *commentaret*, deletis seqq. verbis *quos coleret*, ed. Rhen., ad cuius marg. Rhen. emendandum putat *commentaretur* aut *commenta est. commenta* aliquot MSS. Pamelii) *quos coleret* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Bong. et edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Rig. *non solum non requisivit timendum, sed et alios sibi citius commenta* (*commenta est* ed. Haverk.) *quos coleret* Fuld. et ed. Haverk. Retinui *commentata*, cum etiam apud Plautum Casin. II, 3, 25. reperiatur verbum *commentari* pro *comminisci* usurpatum. — *nocentiae iudicem exactorem*, deleta *et* particula, Erl. *nocentiae vindicem et exactorem* coni. Fulv. Ursinus. Voc. *nocentia* obviam est etiam adv. Marcion. II, 13. — *omnibus vitiis et criminibus inolevit* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugdd. (nisi quod in Lugd. I. omissum est voc. *inolevit*) MSS. Pam. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *o. v. et criminibus incoluit* ed. Rhen. *omnibus se vitiis et cerimoniis involvit* edd. Gangn. Gelen. Barr. — *si re-*

rum si requisisset, sequebatur, ut cognosceret requisitum et recognitum observaret et observatum propitium magis experiretur quam iratum. Eundem igitur nunc quoque scire debet iratum quem et retro semper, priusquam Christiani nominarentur. Cuius bonis utebatur ante editis quam deos sibi fingeret, cur non ab eo etiam mala intellegat evenire cuius bona esse non sensit? Illius rea est cuius et ingrata. Et tamen si pristinas clades comparemus, leviora nunc accidunt, ex quo Christianos a deo orbis accepit. Ex eo enim et innocentia saeculi iniquitates temperavit et deprecatores dei esse coeperunt. Denique cum ab imbribus aestiva hiberna suspendunt

quisisset, sequebatur ut cognosceret requisitum et recognitum Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. *si requisisset, sequebatur ut recognosceret et recognitum* ed. Rig. *si requisisset, sequebatur, ut recognosceret requisitum et recognitum* Agob., teste Haverk. Erl. et ed. Haverk. *si requisisset sequeretur, ut cognosceret et recognosceret requisitum et recognitum* ed. Pamel. *si requisisset et* (Lugdd. *ut*) *recognosceret requisitum et recognitum* Lugdd. et ed. Gelen. deleto verbo *sequebatur.* — *propitium magis* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. Herald. Rig. Haverk. Reliquae edd. habent *magis propitium.* — *Eundem igitur* Put. Goth. Ampl. Bong. Erl. Lugdd. et ed. Rig. *Eundem ergo* (Fuld.? Oxon.? edd. reliquae omnes. In seqq. pro *Cuius bonis* ed. Rhen. *Quibus bonis* (sed Rhen. in marg. emend. *Cuius bonis*) habet. Paulo post pro *sibi deos*, quod tenent Put. Erl. Lugd. II. Oxon. edd. Herald. Rig. Haverk., in Goth. Ampl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pam. extat *deos sibi.* In Erl. hic locus ita legitur: *utebantur* (punctis suppositis emendatum est: *utebatur*) *ante editis* — — *cur non etiam ab eo mala intelligant evenire* sqq. — *Illius cuius et ingrata.* Erl. deletis ceteris. *Illius rea est cuius bonis ingrata est.* Fuld. In cett. omnibus: *Illius rea est cuius et ingrata* h. e. illius irae rea est cuius beneficiis est ingrata. Structura Graeca. Virgil. Aen. X, 666. „*Ingratus salutis.*" — *Et tamen si* Put. Fuld. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *Etiam tamen si* Goth. Ampl. Oxon. et reliquae edd. In seqq. Fuld. praebet: *ex quo Christianos adeo* (ita etiam Lugd. I. pro *a deo*) *orbis accepit. Exinde* (Lugd. II. vitiose: *ex quo*) *enim* sqq. Pro *iniquitates* Erl. habet *iniquitatem*, et paulo post delet voc. *dei* ante *esse coeperunt.* — *ab imbribus aestiva hiberna suspendunt* h. e. per aestiva nubila quoad imbres differuntur hiberna et suspenduntur, vel: per aestivalis temporis longam

et annus in cura est, vos quidem cotidie pasti statimque pransuri, balneis et cauponiis et lupanaribus operantibus, aquilicia Iovi immolatis, nudipedalia populo denuntiatis, caelum apud Capitolium quaeritis, nubila de laquearibus exspectatis, aversi

serenitatem differuntur imbres hiemales. Apte Heraldus citat Cyprian. ad Demetr.: „Quod lues, quod fames saeviant, quodque *imbres et pluvias serena longa suspendant.*", et de Mortalitate: „Et quando *imbres nubila serena longa suspendunt*, omnibus siccitas una est." — *vos quidem cotidie pasti statimque pransuri, balneis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugd. I. Agob. Lugd. II. (sed in his duobus abest *statimque*) et edd. omnes praeter Rig., in qua deleta sunt verba *cotidie pasti statimque pransuri*, praeter omnem rationem. Vituperatur luxuria et gulositas Romanorum in summis anni angustiis. Pro vulg. *cauponis* Erl. et Put. habent *cauponiis*, Goth. et Ampl. *cauponeis*, ed. Gelen. *caponis*. Formam *cauponium* servant Notae Tiron. 156. et Gloss. Cyrilli. Cf. Glossar. Lat. Erfurt. proximo anno a me editum in Jahn et Klotz Archiv. p. 291. 22. „*Cauponum*, *stabularium hospitum*," quod emendandum in: „*Cauponium*, *st. hospitum.*" Pompon. Digest. XXXIII, 7, 15. „*et in cauponio* (*cauponia* ed. Haloander) *institores.*" — *et lupanaribus operantibus* Fuld. Cod. Ursini, Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Rig. Haverk. *et lupanaribus operati* (Oxon.?) reliquae edd. omnes. Recte interpretatur Haverkampius: Vos, inquit, aquilicia Iovi immolatis, nudipedalia populo denuntiatis, caste et religiose sacra obire vultis videri, dum interea balnea tepent, cauponae frequentantur et lupanaria fervent. *aquiliciae* Lugd. II. vitiose. Festus: „Aquilicium dicitur cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur, ut quondam, si creditur, manali lapide in urbem deducto.", ad quem locum v. Intt. De aquilicibus v. Otfr. Müller Etrusc. IV, 8, 2. tom. II, p. 340. Cf. Ios. Scalig. ad Eusebii Chron. p. 80 sqq. Aquilicia Iovi immolare est Iovi sacrificia facere ad pluvias ab eo impetrandas et tamquam de caelo eliciendas. De nudipedalibus egregius extat locus apud Petron. Fragm. Tragur. 44. ed. Burm.: „Antea stolatae matronae ibant nudis pedibus in clivum, passis capillis, mentibus puris, et Iovem aquam exorabant; itaque statim urceatim pluebat." Tertull. de Ieiun. 16. med.: „Sed et omnem *ταπεινοφρόνησιν* ethnici agnoscunt; cum stupet caelum et aret annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigetant, hostiam instaurant." De Iove Pluvio, Graecorum *Ὀμβρίῳ*, in vulgus constat. In seqq. praepositio *apud* ante *Capitolium* abest in Lugd. II. — *de laquearibus*

ab ipso et deo et caelo. Nos vero ieiuniis aridi et omni continentia expressi, ab omni vitae fruge dilati, in sacco et cinere volutantes invidia caelum tundimus, deum tangimus, et cum misericordiam extorserimus, Iuppiter honoratur.

41. Vos igitur inportuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum inlices semper, apud quos deus sperni-

sc. templi. In seqq. Lugd. II. habet *ab ipso deo caelo*, se a m. rec., Goth. et Ampl. Oxon. *adversi* pro *aversi*. — *continentia expressi* Put. Goth. Ampl. Erl. Fuld. Oxon. Lugdd. et edd. omnes praeter Rhen. Gangn. Barr. quae habent *continentia aspersi*. Recte Iunius *expressus* explicat per ἐκπεπιεσμένος, vi intensiva praepositionis *ex*. — *ab omni vitae fruge dilati* sc. alimentis in serum aut etiam crastinum dilatis. Pro *fruge* m. rec. in Lugd. II. correxit *frugalitate*, inepte; Erl. habet *frugi*. — *volvitantes, invidia caelum* Put. *volutantes membra caelum* Erl. In cett. tam scriptis quam editis omnibus extat: *volvitantes, invidia caelum*. Rhen. ad marg. ed. suae coni. *volvitantes*, *inedia caelum*, probante Pfaffio. Recte Heraldus docet *invidia caelum tundere* idem esse quod alias *invidiam diis facere*. Supplices autem diis faciunt invidiam, quando orantes et venerantes eos non exaudiuntur; eo enim fit, ut homines deos non esse aut humanum et pietatem non curare aut saltem male agere, quod pietatem non honorent, precantes non audiant, conquerantur. V. Cort. ad Lucan. II, 36. qui nubem exemplorum collegit. Herald. ad Senec. Hercul. Oet. 1861. et ad Arnob. IV, p. 150. (ed. Lugd. Bat.). Alii *invidiam* referebant ad asperitatem severitatemque Christianorum qua in se utebantur ad misericordiam dei extundendam. Alii aliter. *tangimus* h. e. movemus. Verba *deum tangimus* delevit in sua ed. Rigaltius. Retinent cett. edd. et omnes Codd. MSS. Pro *misericordiam* Lugd. II. a m. rec. habet *pluviam*, quod est glossatoris inepti. Post verba *Iuppiter honoratur* addit ed. Haverk. *a vobis*, *deus negligitur*, auctoritate Fuld. Reliqui libri tam scripti quam typis excusi non habent. —

41. — Caput quadragesimum primum, quod in Put. est quadragesimum secundum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptum est: QVOD DEVS SPERNITVR ET STATVAE ADORANTVR (ADORENTVR Goth. Ampl.; plenius in Vatic. uno: QVOD MERITO DEVS IN GENVS HVMANVM IRASCI DEBVIT CVM SPERNATVR ET STATVAE ADORENTVR. — *vos publicorum incommodorum inlices semper* Fuld. *vos rei publicorum incommodorum, vos malorum illices semper* edd. omnes praeter Rig., in qua extat: *vos rei publ. incommodorum inlices semper*, quod

tur, statuae adorantur. Etenim credibilius haberi debet eum irasci qui neglegatur quam qui coluntur. *At nae* illi iniquissimi, si propter Christianos etiam cultores suos laedunt, quos separare deberent a meritis Christianorum. Hoc, inquitis, et in deum vestrum repercutere est, si quod et ipse patiatur propter profanos etiam suos cultores laedi. Admittite prius dispositiones eius, et non retorquebitis. Qui enim semel aeternum iudicium destinavit post saeculi finem, non praecipitat discretionem, quae est condicio iudicii, ante saeculi finem. Aequalis est interim super omne hominum genus et indulgens et increpans; communia voluit esse et commoda profanis et incommoda suis, ut pari consortio omnes et lenitatem eius et

tuentur Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. (Lugdd.?). Ed. Rhen. sequentia corrupte ita exhibet: *illices. semper apud vos spernitur*, omisso voc. *deus*. Voc. *rei* vulgo habent pro genitivo nominativi *res* h. e. respublica, quo inclinat etiam Salm. ad Tertull. de Pall. p. 423. Quid? si pro nominativo plurali voc. *reus* habeamus distinguentes: *importuni r. h.*, *vos rei*, *publ. inc. inl. s.* Mox pro *Et enim* Fuld. et ed. Haverk. *Utique enim.* — *An ne illi* Goth. Ampl. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Barr. *Aut ne* (*nae* edd.) *illi* Put. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *Sed ne illi* Fuld. Recepi *At nae illi*, quod necessarium videbatur esse. In seqq. pro *si propter* Fuld. habet *qui propter*, et paulo post pronomen *suos* delent Erl. et Lugdd. — *est*, *si quod* (*quid* Erl.) *et ipse patiatur* Goth. Ampl. Erl. Lugdd. *est*, *quod et ipse patiatur* Put. (?) et ed. Rig. *est*, *qui et ipse patitur* Fuld. et ed. Haverk. *est*, *si quidem et ipse patitur* (Oxon.?) et edd. reliquae omnes. — *etiam cultores suos* edd. omnes. *etiam suos cultores* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. Oxon. *si quod* h. e. si quo modo. *etiam cultores* deleto *suo* Lugd. I. *cultores suos etiam cultores* Erl. vitiose. In seqq. voc. *eius* post *dispositiones* delent Erl. et Lugd. II., qui liber etiam post *prius* paulo ante inserit *ad*; mendose. *Admittite* h. e. appropinquare sinite. — *non praecipitat discretionem. quae est condicio. Iudicio* (Haverk. emendat *condicio iudicic.*) *ante seculi finem aequalis est. Interim* sqq. Lugd. I. — *et increpitans* edd. Gelen. Pam. (ex MSS., uti videtur) *et incessens* Fuld. In reliquis edd. et meis libris manu scriptis omnibus, ut etiam in duobus Vaticanis: *et increpans.* — *esse et commoda* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Lugdd. et edd. Pam. Rig. Haverk. *esse commoda* (Oxon.?) reliquae edd. omnes. Mox pro *lenitatem* Lugd. II. *lenitates*, et pro *experiremur* Lugd. I. a m. pr. *experirentur*, a m. sec. *experire-*

severitatem experiremur. Quia haec ita didicimus apud ipsum, diligimus lenitatem, metuimus severitatem, vos contra utramque despicitis: et sequitur ut omnes saeculi plagae nobis, si forte, in admonitionem, vobis in castigationem a deo obveniant. Atquin nos nullo modo laedimur: inprimis quia nihil nostra refert in hoc aevo nisi de eo quam celeriter excedere, dehinc quia si quid adversi infligitur, vestris meritis deputatur. Sed etsi aliqua nos quoque praestringunt ut vobis cohaerentes, laetamur magis recognitione divinarum praedicationum, confirmantium scilicet fiduciam et fidem spei nostrae. Sin

tur. — *Quia hoc ita didicimus* Erl. *Qui autem ita discimus* Fuld. *Quia aequitatem didicimus* Gorz. Lugd. I. edd. Gangn. Barr. Pam. (ex aliquot MSS.) Herald. *Qui aequitatem didicimus* ed. Gelen. *Quia haec ita didicimus* Put. Goth. Ampl. Bong. Oxon. Lugd. II. et edd. Rhen. Rig. Haverk. — *utrunque despicitis: etiam* Lugd. I. et ed. Gelen. *utramque despicitis: etiam* Goth. Ampl. edd. Rhen. Gangn. Barr. *utramque despicitis* (*dispicitis* Put.): *etiam* Put. Erl. Oxon. Lugd. II. Fuld. et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. — *si forte* h. e. nempe, utique. Diximus de hac formula Tertullianea uberius supra ad cap. 16. Solve ellipsin: si forte in aliquem finem a deo obveniant. Particulam *si* ante forte delent edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Codd. MSS. (etiam Fuld.), uno Lugd. I. excepto, et reliquae edd. omnes retinent. Post *admonitionem* Fuld. inserit: *a deo obveniunt.* Pro *admonitionem* Put: *ammonitionem.*, pro *obveniant* Oxon.: *eveniant.* — *Atquin nos* Put. Goth. Ampl. Oxon. (Lugdd.?) MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *Atqui nos* Erl. (Fuld.?) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. In seqq. pro *nihil nostra* Erl. habet *nostra nil.*, et paulo post *iusti* pro *nihil.* Lugd. II. vitiose: *aevo, nisi de eis quae celeriter* sqq. — *vestris id meritis* Fuld. et ed. Haverk. Voc. *id* in reliquis libris desideratur. *veris meritis* ed. Gelen. vitiose. *Meritum* pro peccato quam frequens est apud scriptores ecclesiasticos inprimis Afros. Exempla invenies apud Hildebr. ad Arnob. II, 63. p. 225. In seqq. Erl. habet *Sed si aliqua* pro *Sed etsi aliqua.* — *prestringunt* Goth. Erl. *praestringunt* Put. Ampl. In edd. est *perstringunt.* A librariis quam saepe confusa sint *perstringere* et *praestringere* docent exempla a Drakenb. adlata ad Sil. Ital. I, 358. V, 548. VI, 43. Particula *quoque* ante *praestringunt* desideratur in ed. Gelen. — *confirmamur: ut scilicet fiduciam et fidem spei nostrae agnoscentes.* Fuld. et postea pro: *Sin vero ab eis quos colitis* praebet: *Iam vero si ab his molitis.* In Lugd. I. mendose extat: *recognitiones*

vero ab eis quos colitis omnia vobis mala eveniunt nostri causa, quid colere perseveratis tam ingratos, tam iniustos, qui magis vos in dolore Christianorum iuvare et adserere debuerant, quos separare deberent a meritis Christianorum?

42. Sed alio quoque iniuriarum titulo postulamur, et infructuosi in negotiis dicimur. Quo pacto homines vobiscum degentes, eiusdem victus, habitus, instructus, eiusdem ad vitam necessitatis? Neque enim Brachmanae aut Indorum gymnosophistae sumus, silvicolae et exules vitae. Meminimus gra-

divinarum praedicationum confirmantes scilicet, et ed. Gelen. pro *praedicationum* habet *praedictionum*. — *Sin vero* Put. Erl. Lugd. II. ed. Pamel. ex MSS. *Si vero* Goth. Ampl. Oxon. alii, et edd. omnes reliquae. — *omnia mala vobis eveniunt* Erl. *omnia vobis male veniunt* Fuld. In cett. libris: *omnia vobis mala eveniunt*. In seqq. pro *quid* Fuld. habet *cur* et post *colere* inserit *eos*. Lugd. II. *ingratis* pro *ingratos*. — *in dolore Christianorum* Put. Goth. Ampl. (Oxon.?) Erl. Lugd. II. MSS. aliquot Pamelii et ed. Pam. In reliquis libris est *in dolorem Christianorum*. Mox pro *adserere* Erl. habet *assistere*. Verba *quos* (*quam nos* ed. Gelen.) *separare* (*seperare* Put. constanter) *deberent a meritis Christianorum?*, quae reperiuntur in omnibus Codd. MSS. et Edd. Vett., delerunt in suis edd. Rigalt. et Haverk. auctoritate unius Fuld., qui illa non agnoscit. Etiam mihi perquam suspecta est illa repetitio, nec tamen mihi id iuris sumere volui, ut illa expungerem. —

42. — Caput quadragesimum secundum, quod in Put. est quadragesimum tertium, in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptionem habet: QVOD INFRVCTVOSOS NOS DICVNT. — *Sed alio adhuc iniuriarum* Fuld., qui in seqq. etiam delet *in* praepositionem ante *negotiis*, cuius loco Oxon. Lugd. I. et ed. Gelen. habent *negotio*. — *Bracmane* Goth. Ampl. *Brahmanae* Put. *bragmanni* Erl., quam masculinam secundae declinationis formam tuentur etiam Codd. Apuleii Florid. II, 15. p. 60. tom. II. ed. Hildebr. cuius ibi cf. adnot. Theodoret. Graec. Aff. Cur. p. 172.: *καὶ τοὺς Βραχμᾶνας ἱστοροῦσιν ἕτεροι ἐν ταῖς ὕλαις διάγειν, φύλλοις τὸ σῶμα καλύπτοντας.* De Brachmanis et Gymnosophistis cf. Diod. Sic. XVII, 102 seqq. Plin. H. N. VI, 21. Arriani Exp. Alex. VI, 7. Schneider ad Aristot. de Animal. tom. II, p. 475 seqq. Suid. et Steph. Byzant. s. v. Philostrat. V. Apoll. Tyan. I, 2 et 19 et III, 6, 7. Salm. ad Solin. p. 210. Augustin. C. D. IV, 16. Arriani Ind. II. Strabo XV, p. 712 seqq. Euseb. Praep. Evang. VI, 10. IX, 6. Porphyr. de Abstin. IV, 17. 18. Clem. Alexandr. Strom. p. 538 et

tiam debere nos deo, domino, creatori; nullum fructum operum eius repudiamus; plane temperamus, ne ultra modum aut perperam utamur. Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis, nundinis vestris ceterisque commerciis cohabitamus in hoc saeculo. Navigamus et nos vobiscum, vobiscum et militamus et rusticamur et mercatus proinde miscemus, artes, operas nostras publicamus usui vestro. Quomodo infructuosi videmur negotiis vestris, cum quibus et de quibus vivimus, non scio. Sed si caerimonias tuas non frequento, attamen et illa die homo sum. Non lavor

571. ed. Potter. Bohlen Indien I, 350 seqq. — *debere nos* Put. Erl. Lugd. II. et edd. Rig. Haverk. *nos debere* Goth. Oxon. Ampl. et reliquae edd. — *deo, domino* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. et edd. Rig. Haverk. *domino, deo* (Oxon. Lugd. I. Fuld.?) reliquae edd. omnes. — *nec ultra* Put. Oxon. Goth. Ampl. Lugd. II. *nec ullum ultra* Erl. Edd. habent: *ne ultra.* In seqq. Goth. et Ampl. *mutamur* pro *utamur*, et deinceps Erl. *Ita* pro *Itaque.* — *mundanis vestris* pro *nundinis vestris* Lugd. II. Stabula hic esse diversoria iam alii adnotarunt. — *cohabitamus in hoc seculum* Erl. *cohabitamus. Hoc* (edd. Rig. Haverk.: *cohabitamus hoc*) *saeculum* Fuld. edd. Rig. Haverk. *coh. in hoc saeculo* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. et edd. reliquae omnes. — *nos vobiscum, vobiscum et militamus* Put. *nos vobiscum et vobiscum militamus* Fuld. edd. Rig. Haverk. *nos vobiscum et militamus* Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. reliquae. Pro *militamus* ed. Barr. *militamur.* — *et mercatus proinde miscemus, artes* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II. a m. pr. et ed. Haverk. probante et Salmasio de Usuris p. 660. *et mercamur, proinde miscemus artes* Fuld. Lugd. II. a m. rec. et edd. reliquae omnes. *mercatus miscere* h. e. promiscue exercere mercatus. — *opera nostra* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. Haverk. ubi extat *operas nostras*, auctoritate unius Fuld. — *infructuosi videmur* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. Edd. habent *infructuosi videamur.* Afri in interrogatione indirecta saepissime utuntur indicativo pro coniunctivo. Eius usus apud Tertullianum exempla innumera sunt; ex Arnobio collegit Hildebr. ad Arnob. III, 6. (quibus adde II, 28. 52. V, 33.) Cf. Hildebr. ad Apul. Metam. I, 25. p. 70. Cort. ad Lucan. I, 26. — *nescio et si caerimonias* Fuld. *non scio. Sed si caerimonias* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. et Lugd. I. (qui habet *n. sc. Sed sincerimonias* vitiose) una cum edd. Rhen. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *non scio. Sed ceremonias* edd.

diluculo Saturnalibus, ne et noctem et diem perdam; attamen lavor honesta hora et salubri, quae mihi et calorem et sanguinem servet; rigere et pallere post lavacrum mortuus possum. Non in publico Liberalibus discumbo, quod bestiariis supremam coenantibus mos est; attamen ubi de copiis tuis coeno.

Gangn. Barr. — *attamen et illa* Fuld. Put. (in quo et hic et in seqq. *adtamen* scriptum) Goth. Erl. Lugdd. edd. Pam. Rig. Haverk. *attamen ex illa* Ampl. *attamen illa* (Oxon.?) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. — *lavor diluculo Saturnalibus* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. I. edd. omnes praeter Rig. et Haverk., quae habent: *lavo sub noctem Saturnalibus*, auctoritate unius Fuld. *lavor Saturnalibus* Lugd. II. deleto voc. *diluculo*. — *attamen lavor honesta hora* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Erl. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk. quae praebent: *attamen lavo et debita hora*, partim ex Fuld. in quo est: *sed lavo et debita hora*. Diluculum non est honesta hora ad lavandum, neque salubris, inprimis mense Decembri, quo celebrabantur Saturnalia. — *et calorem* Put. Goth. Ampl. Erl. (qui particulam *et* delet) Oxon. Lugd. II. Gandav. Elnon. I Vatic. et edd. Rhen. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *et colorem* Lugd. I. (Fuld.) Gorz. et edd. Gangn. Gelen. Barr. In seqq. pro *rigere* Fuld. habet *frigere*. Lavare mortuum pollinctoris erat. Becker Gall. II, 273 sq. — *supremam coenantibus* Put. (in quo *subp̄mam* h. e. *subpraemam*, non vero *sub primam*, ut Pamel. testatur et quomodo reperitur in Bong. teste Heraldo.) Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Rig. Haverk. *suprema coenantibus* Goth. Ampl. Oxon. I Vatic. edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Pam. Herald. *supremam* sc. coenam. De Liberalibus, quae mensis Martii die decimo septimo celebrabantur, cf. Cic. ad Fam. XII, 25. Ovid. Fast. III, 713 seqq. Varro L. L. VI, 14. (ed. Müller): „Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi, anus ederae coronatae, cum libis et foculo pro emptore sacrificantes." *bestiariis supremam coenantibus*. Suid. s. v. *Εἴποις τὰ τρία. Τοῖς ἐπὶ θάνατον ἀγομένοις ἐξῆν σίτου καὶ οἴνου πληρωθεῖσι τρία λέγειν ἃ βούλοιντο, μεθ' ἃ φιμωθέντες ἀπήγοντο τὴν πρὸς θάνατον.* Eum morem etiam apud nostrates obtinuisse et hodie obtinere notum est. De bestiariis h. e. noxiis ad bestias damnatis cf. cap. 9. — *attamen ubi ubi de copiis tuis coeno.* Put. (?) edd. Herald. Rig. Haverk. *attamen ubi de c. t. coeno.* Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Agob. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. *attamen ubicunque de c. t. coeno.* Fuld. Dicit: etsi non Liberalibus cum vobis discumbam in publico ad coenandum, attamen cum discumbo, semper vobis sum fructuosus, quan-

Non emo capiti coronam. Quid tua interest, emptis nihilominus floribus quomodo utar? Puto gratius esse liberis et solutis et undique vagis. Sed etsi in coronam coactis, nos coronam naribus novimus; viderint qui per capillum odorantur. Spectaculis non convenimus; quae tamen apud illos coetus venditantur si desideravero, liberius de propriis locis sumam. Thura plane non emimus; si Arabiae queruntur, sciant Sabaei pluris et carioris suas merces Christianis sepeliendis pro-

doquidem de copiis vestris cibos emo. — *emptis nihilominus floribus* h. e. cum tamen flores ipsos a vobis emam. — *gratius esse liberis* (sc. uti) Put. Goth. Ampl. Oxon. (Lugdd.?) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *gratius liberis*, deleto *esse*, Fuld. et edd. Rig. Haverk. *gratius esse liberalibus* Erl. In Oxon. supra vitiose scriptum erat *capiti tuo coronam* et in seqq. in eodem libro abest *in* ante *coronam*. De usu coronarum apud veteres v. Mader. de Coronis in Graevii Thesauro Antiqu. Rom. tom. VIII. Sirmond. ad Sidon. Apollinar. I, I. Intt. ad Minuc. Fel. Octav. 38. Becker Gallus II, 211 seqq. — *nos coronam naribus novimus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *vos enim non novimus* Fuld. quod non intellego *nos* (*non* edd. Rhen. Gangn. Barr. vitiose.) *coronam naribus admovimus* edd. Rhen. Gangn. Barr. Gelen. *viderint qui* seqq. Dixi de hac locutione supra ad cap. 16. cf. capp. 42. et 25. Pro *odorantur* Ampl. mendose *adorantur*. — *vendicantur si desideravero* Erl. *venditantur quod ego si desideravero* Fuld. Ex hoc loco patet nundinatores non aliter atque hodie fit ad theatra confluere solitos. — *liberius* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Agob. Fuld. Gorz. MSS. Pamelii et edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. *libentius* edd. Rhen. Herald. Rig. Haverk. Liberius autem illa de propriis locis emuntur quia pretia ibi viliora. — *de propriis locis sumantur plane* Put. Goth. Erl. Ampl. Lugd. II. Agob. aliquot MSS. Pamelii *de propriis locis sumo. Thura plane* Gorz. et edd. Gangn. Barr. Gelen. *de pr. locis sumantur. Thura plane* (*plane* abest in ed. Herald.) edd. Pam. Herald. *de suis de propriis locis sumam. Thura plane* Fuld. *de pr. locis sumere plane* ed. Rhen. *de propriis locis sumam. Thura plane* Oxon. et edd. Rig. et Haverk. (in qua altera voc. *plane* non legitur.) — *si Arabiae queruntur* sc. quia thura, eius terrae praecipuam mercem, minus emimus. — *sciant Sabaei* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Fuld. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus: *scient Sabaei*. Pro *carioris* ed. Gelen. *carius*. A Sabaeis petebantur aromata et unguenta quibus mortui condi solebant. De dativo finali *mortuis*

fligari quam deis fumigandis. Certe, inquitis, templorum vectigalia cotidie decoquunt: stipes quotusquisque iam iactat? Non enim sufficimus et hominibus et deis vestris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quam petentibus inpertiendum. Denique porrigat manum Iuppiter et accipiat, cum interim plus nostra misericordia insumit vicatim quam vestra religio templatim. Sed cetera vectigalia gratias Christianis agent ex fide dependentibus debitum, qua alieno fraudando abstinemus, ut, si ineatur quantum vectigalibus pereat fraude et mendacio vestra-

sepeliendis cf. supra capp. 25. „fingendis simulacris.“, et 28. „divinae rei faciundae.“ *profligari* h. e. pessumdari, prodigi, impendi, consumi. In seqq. pro *quotusquisque* Erl. habet *cocus quisque.* — *Non enim sufficimus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. et edd. Pamel. Rig. Haverk. Reliquae edd. delent particulam *enim.* Sensus: Queruntur gentiles templis non pendi a nobis vectigalia ante dari solita, immo in alium usum a nobis decoqui atque impendi; neminem enim nostrum iam amplius stipes iactare et conferre templorum gazis. Verum hoc, inquit Christianus, non enim sufficimus neque numero neque opibus unicuique vestrorum aut hominum aut deorum mendicanti opem ferre. De deis mendicantibus cf. supra cap. 13. In compluribus edd. perperam non comparet interrogationis signum post *iactat.* In seqq. pro *inpertiendum* Lugd. II. vitiose praebet *impercipiendum.*, Goth. et Ampl. *inpartiendum*, de qua forma verbi cf. supra ad cap. 29. initium. — *Denique* h. e. ut breviter dicam. Dicit: Sed, ne multus sim, si vester deus stipem expectat, si mendicis sese vult adnumerari, euge, manum porrigat et id fortasse de nostra misericordia, quae omnibus pauperibus iugis fluit, impetrabit, ut numum accipiat. *vicatim* h. e. per vicos; cf. cap. 35. et Iuret. ad Symmach. p. 183. Religio autem gentilis templatim insumere pecunias emendicatas intelligitur non aliam in rem quam in epulas luxuriosas et comessationes. Cf. supra cap. 39. — *Sed et cetera* Fuld. Lugd. II. Agob. In reliquis libris omnibus desideratur media vox. — *Christianis agent* Put. Bong. Oxon. Goth. Ampl. Lugdd. Erl. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Rig. Haverk. *Christianis agunt* edd. Gelen. Pam. In seqq. Lugd. I. praebet *quia alieno* pro *qua alieno*, et Erl. habet: *quo alieno fraudando abstinemus. At si metiatur quantum* seqq. Pro *vectigalibus* Haverkamp. edidit *publico*, auctoritate Fuldensis, in quo totus hic locus ita habetur: *Sed et cetera vectigalia laeduntur. sufficit si cetera gratias Christianis agunt ex fide dep. debitum, cum al. fr. abst., ut si ineatur quan-*

vestrarum professionum, facile ratio haberi possit, unius speciei querela conpensata pro commodo ceterarum rationum.

43. Plane confitebor, quinam, si forte, vere de sterilitate Christianorum conqueri possint. Primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum sicarii, venenarii, magi, item ha-

tum publico pereat et fr. et m. v. pr. f. r. h. p., u. sp. qu. compensato pro ceterarum rationum securitate. In Lugd. I. absunt verba *unius speciei.* Quid sint *professiones*, notum vel ex Ciceronis scriptis. Sunt denotationes aut publicae descriptiones census. Cf. Intt. ad Liv. XXXV, 7. et ad Cic. Verr. II, 3, 47. extr., pro Arch. 4. fin. Sensum totius loci ceteroquin non ita obscurum, ita explicat Haverkampius: tanta est fides Christianorum in solvendis illis quae iusta sunt et vectigalium publicorum et reipublicae nomine imponuntur, ut exiguum damnum quod templorum vectigalia ab illis non cultoribus suis capiunt, facile contemni debeat, illis ipsis, qui de hoc Christianorum crimine conqueruntur, quotidie multo plura sacrilegia committentibus, cum omnibus modis vectigalia publica defraudare lucro habeant. —

43. — Caput quadragesimum tertium, quod in Put. est quadragesimum quartum, in Put. Goth. Ampl. Oxon. inscriptum est: DE LENOCINIO. — *Plane confitebor* (*confiteor* Oxon.) *quinam*, (*quoniam* Fuld. *quidnam* Lugd. I.) *si forte, vere* (*vere* abest Oxon.) *de* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Lugdd. Erl. et edd. Herald. Rig. Haverk. *Plane confitebor: qui conqueruntur. Nam si qui forte vere de* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. De formula *si forte* v. supra ad cap. 16. — *possint* Put. Erl. Agob. Lugd. II. MSS. Pamelii et ed. Pam. *possunt* Goth. (in quo tamen ab eadem manu antiqua superscr. *possint*) Ampl. Oxon. (Lugd. I.? Fuld.) et edd. omnes reliquae. Verba *de sterilitate* absunt Lugd. II. — *primi sunt* Erl. et ed. Gelen. In cett. *primi erunt.* — *aquarioli tum* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. Oxon. et edd. omnes. *harioli tum* Fuld. *egarioli tum* Lugd. I. *aquariolorum* Erl. mendose. Pro *sicarii* in Put. et Erl. scriptum est *secarii*, in Lugd. II. Agob. *sequarii.* De aquariolis Festus s. v. „*Aquarioli*, inquit, dicebantur mulierum inpudicarum asseclae.“ Glossar. Vet. in Ang. Maii Auctt. Class. tom. VIII, p. 11. „Aquariolus, socius meretricis, qui crebro defert aquam ad eam venustandam. V. praeterea Turneb. Adv. XIV, 12. XXVIII, 5. Lips. Elect. I, 12. Salmas. ad Vopisc. Carin. 21. et ad Tertull. de Pall. p. 347. Rupert. ad Iuvenal. Sat. VI, 332. Burm. ad Anthol. Lat. II, p. 505. Intt. ad Fest. p. 332. Lindem. et ad Petron. 27. p. 134. (ed. sec. Burm.). Pro *venenarii* Lugd. II. praebet *venerarii*, in quod olim incidisse

ruspices, arioli, mathematici. His infructuosos esse magnus est fructus. Et tamen quodcunque dispendium est rei vestrae per hanc sectam, cum aliquo utique praesidio conpensari potest. Quanti habetis, non dico qui iam de vobis daemonia excutiant, non dico iam qui pro vobis quoque vero deo preces sternant, quia forte non creditis, sed a quibus nihil timere possitis.

44. At enim illud detrimentum reipublicae tam grande quam verum nemo circumspicit, illam iniuriam civitatis nullus expendit, cum tot iusti impendimur, cum tot innocentes ero-

video Bapt. Pium in Annott. Poster. Syll. III, 120. (in Gruteri Lamp. Crit. tom. I, p. 511.), quem adeas si placet. Venerarii essent illi qui sacrilego cultu planetas, ut lunam aut solem colunt et ex illis vaticinantur. — *aruspices harioli* Put. Ampl. Oxon. Goth. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Herald. Rig. *arioli aruspices* edd. Gelen. Pam. Haverk. — *est fructus* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. *fructus est* edd. omnes. In seqq. pro *dispendium* Vatic. unus habet *disperdium*. — *cum aliquo utique* (Put.?) Fuld. et edd. Rig. Haverk. Reliqui Codd. MSS. et Edd. delent voc. *utique*. Post verba *conpensari potest* in Put. incipit quadragesimum quintum, in Goth. Ampl. Oxon. quadragesimum quartum caput, in utrisque quidem inscriptum: DE EXORCISMATE. — *Quanti habetis* Put. Goth. Ampl. Fuld. Erl. Bong. (Oxon.?) Lugdd. edd. Rig. Haverk. *Quantos habetis* 1 Vatic. et edd. reliquae omnes. In seqq. Fuld. *discutiant* pro *excutiant*. — *habetis, non dico qui iam de vobis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus extat: *habetis, non dico iam qui de vobis*, ex auctoritate Fuld. In sqq. pro *pro vobis* Lugd. II. habet *de vobis*, et Fuld. *fundant* pro *sternant*. Erl. invertit: *deo quoque vero preces sternant*. Verba *quia forte non creditis* absunt in solo Fuld. et inde in ed. Rig. Reliqui libri tam scripti quam editi tuentur omnes. —

44. — Caput quadragesimum quartum, quod in Put. est quadragesimum sextum, in Goth. Ampl. Oxon. quadragesimum quintum, in utrisque inscriptum est: DE CVSTODIIS ETHNICORVM. — Pro *reipublicae* Erl. habet *rei*, Fuld. *tam verum tam grande nemo* pro *quam verum nemo*, Oxon. *circumscribit* pro *circumspicit* et in seqq. *erogamus* cum Goth. et Ampl. pro *erogamur*, mendose. De verbo *erogare* v. infra ad cap. 48. fin. *Impendere* est consumere, perdere, ut saepius apud Tertullianum. Ita adv. Marc. II, 14.: „*Impendit* et ipsum populum." II, 26. „me una cum iis *impende*." — *illam incuriam* Erl., et idem in

gamur. Vestros enim iam contestamur actus, qui cotidie iudicandis custodiis praesidetis, qui sententiis elogia dispungitis. Tot a vobis nocentes variis criminum elogiis recensentur: quis illic sicarius, quis manticularius, quis sacrilegus aut corruptor aut lavantium praedo, quis ex illis etiam Christianus adscribitur? aut cum Christiani suo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis quales tot nocentes? De vestris semper aestuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestiae saginantur, de vestris semper munerarii noxiorum

seqq. *nemo expedit* pro *nullus expendit.* — *elogia dispungitis.* De voc. *elogium* (Tertulliani Codd. passim habent *eulogia*, passim *eologia*, passim *eclogia*) dixi supra ad cap. 2. cf. cap. 15. De verbo *dispungere* cf. capp. 18. et 45. 37. et fragm. Fuld. insertum adnn. ad cap. 19. *custodiis* h. e. carceribus. In Fuld. est *quot a vobis nocentes* pro *tot a vobis nocentes.* — *lavantium* (*laniantium* Lugdd. II. mendose.) *praedo*, *quis ex illis etiam* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *lavantium praedo*, *idem etiam* Fuld. et inde edd. Rig. Haverk. Dicit Tertullianus: Cum tot a vobis nocentes variis criminum elogiis recensentur, dicite, num quis in illis custodiis sicarius, quis manticularius, quis sacrilegus aut corruptor aut lavantium praedo, num quis, inquam, ex hoc pleno gravissimorum et vilissimorum nocentium numero etiam Christianus adscribatur in libellis vestris et recenseatur. *manticularius.* Fest. p. 97. „Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Unde *manticulari* dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant." ad quem locum v. Intt. Gloss. Vet. in Ang. Maii Auctt. Class. tom. VI, p. 533. et Gloss. Isid. col. 687. „Manticulare, fraudare, decipere." Gloss. Arabico-Lat. col. 707. ed. Vulc. et Gloss. Placidi: „Manticulatio, fallacia vel lenocinium." Intt. ad Plaut. Captiv. IV, 2, 118. Apul. de Magia 45. *Lavantium praedones* memorant Plaut. Rud. II, 3, 51. Tertull. de Idol. 5. et de Fuga in Persec. 13. Ovid. A. A. III, 639. Petron. 30. Diog. Laert. VI, 52. Pro *aut cum Christiani* in Fuld. est *proinde cum Christiani*, et in seqq. *qualis etiam notatur nomine?* pro *quales tot nocentes?* — *carcer aestuat* h. e. fervet, plenus est. Minuc. Fel. Octav. 35. fin. „denique de vestro numero carcer *exaestuat*, Christianus ibi nullus nisi aut reus suae religionis aut profugus." Cf. Tertull. ad Scap. 2. Lactant. V, 9. In seqq. pro *semper* ante *bestiae* Fuld. habet *etiam*, Lugd. II. voc. bestiae delet mendose. *Munerarii* (Erl. vitiose: *varii*) sunt qui munera exhibent. Sic apud Sueton. Domit. 10.

greges pascunt. Nemo illic Christianus, nisi plane tantum Christianus, aut si et aliud, iam non Christianus.

45. Nos ergo soli innocentes. Quid mirum, si necesse est? Enimvero necesse est. Innocentiam a deo edocti et perfecte eam novimus, ut a perfecto magistro revelatam, et fideliter custodimus, ut ab incontemptibili dispectore mandatam. Vobis autem humana aestimatio innocentiam tradidit, humana item dominatio imperavit; inde nec plenae nec adeo timendae

Qui autem munera erant edituri noxios ad gladium redimebant et saginabant, ut essent robustiores. Res nota. — *nisi plane tantum Christianus* (sc. non simul et noxius) Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus extat *nisi hoc tantum*, ex auctoritate unius Fuld.

45. — Caput quadragesimum quintum in Put. est quadragesimum septimum, in Goth. Ampl. Oxon. quadragesimum sextum, sed in utrisque eandem fert inscriptionem: DE INNOCENTIA CHRISTIANORVM. — *Quid si mirum* Agob. Lugd. II. mendose. Pro *innocentiam* Erl. praebet *innocentiã.* — *a deo edocti* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. I. et edd. omnes. *a deo doctore* Fuld. *a deo et edocti* Agob. Lugd. II. In seqq. Lugd. I. invertit: *et custodimus fideliter.* — *ut ab incontemptibili dispectore mandatam.* Put. Goth. Ampl. Gorz. Erl. Gandav. Elnon. 1 Vatic. Lugd. II. Agob. et edd. Gangn. Barr. Pam. Rig. Haverk. *ut ab incontemptibili* (*inconceptibili* ed. Rhen.) *dispensatore mandatam* Oxon. Lugd. I. edd. Rhen. Gelen. Herald. *ut ab intemptibili deo doctore praeceptam* Fuld. Ad voc. *dispector* cf. supra cap. I. et de Testim. Animae 2. „Sunt qui etsi deum non negent, *dispectorem* plane et arbitrum et iudicem non putent." de Anima 15. „dispector cordis deus." ad Uxor. II, 8. „Dispectores divinarum sententiarum." Cf. de Resurr. Carnis 19. Incontemptibilis dispector dicitur deus, quia qui non servant eius mandata, severitatem eius iudicii patientur. — *humana existimatio* ed. Gelen. *humana doctrina* Fuld. In reliquis omnibus est *humana aestimatio.* In seqq. verbum *tradere* significat: docere, praecipere. Pro *dominatio* ed. Rhen. praebet *damnatio.* — *inde nec plene adeo* ed. Rhen. *inde nec plane nec adeo* Erl. *dein nec plenae nec adeo* Oxon. In cett. *inde nec plenae nec adeo.* Sensus: Nihil mirum si nos magis innocentes quam vos; nam nos a divina institutione sumus edocti, vos ab humana, inde est quod vestra disciplina non sufficiat nec debitam reverentiam exigat, quas vos innocentes praestet, quod sola potest facere divinitas sectae nostrae. (Haverk.). — *Tanta*

estis disciplinae ad innocentiae veritatem. Tanta est prudentia hominis ad demonstrandum bonum quanta auctoritas ad exigendum; tam illa falli facilis quam ista contemni. Atque adeo quid plenius, dicere: Non occides, an docere: Ne irascaris quidem? Quid perfectius, prohibere adulterium, an etiam ab oculorum solitaria concupiscentia arcere? Quid eruditius, de maleficio, an et de maleloquio interdicere? Quid instructius, iniuriam non permittere, an nec vicem iniuriae sinere? `dum tamen sciatis ipsas leges quoque vestras quae videntur ad

est prudentia Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus extat *Quanta est prudentia*, ex auctoritate Fuld., qui habet *Quanta prudentia*, deleto *est* vocabulo. — *estis o disciplinae* Goth. Ampl. Oxon., quae scriptura fortasse non est spernenda. V. quae Hildebr. adnotavit ad Arnob. II, 13. p. 135. In reliquis libris *o* interiectio abest. — *ad demonstrandum bonum quanta* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig et Haverk., in quibus est: *ad demonstrandum quid vere bonum? quanta — — — exigendum?*, ex auctoritate Fuld., qui tamen pro *bonum? quanta* exhibet *bonum tanta.* In Oxon. legitur: *ad demonstrandum veritatem*, *quanta.* In seqq. *ad* abest ante *exigendum* in Lugd. II. — *tam ita falli facilis* Erl. *tam illa falli fallacilis* Lugd. II. *tam illa facilis*, omisso voc. *falli*, ed. Rhen. In reliquis omnibus *tam illa falli facilis.* Adiectivum *facilis* structum cum infinitivo. Ita Sil. Ital. XII, 163. „Planities facilis adiri.“ V. quos excitat Hildebr. ad Apul. Flor. I, 3. p. 11. Cf. Dederich. Glossar. ad Dict. Cret. II, 21. p. 286. — *quid plenius, dicere* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus est *quid plenius dictum est* ex auctoritate Fuld. — *an docere* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus extat *an vero*, ex auctoritate Fuld. Pro *irascaris* ed. Rhen. habet *irasceris.* — *ab oculorum solitaria concupiscentia arcere? quid* Put. Fuld. Goth. Ampl. Oxon. Agob. Lugd. II. MSS. Pamelii et edd. Rhen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *ab oculis solitariam concupiscentiam arcere? quid* Gorz. Lugd. I. et edd. Gangn. Gelen. Barr. *ab oculorum solitaria concupiscentia. Arcetur quis* Erl. Solitaria oculorum dicitur concupiscentia quia non est coniuncta cum actu. — *an et de maliloquio* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. edd. Gelen. Pamel. Herald. Rig. *an de maleloquio*, deleta *et* particula, edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) Haverk. In seqq. Lugd. II. habet *ac ne vicem* pro *an nec vicem.* — *ipsas leges quo-*

innocentiam pergere de divina lege ut antiquiore forma mutuatas. Diximus iam de Moysi aetate. Sed quanta auctoritas legum humanarum, cum illas et evadere homini contingat, *ut* plerumque in admissis delitiscenti, et aliquando contemnere ex voluntate vel necessitate delinquenti, recogitate etiam pro

que Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. ed. Rig. *ipsas quoque leges* reliquae edd. omnes. Lugd. I. delet voc. *quoque.* — *de divina lege ut* (*et* Erl.) *antiquiore* (*antiquiora* Lugd. II.) *forma mutuatas* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. et ed. Herald. *de d. l. ut antiquiores formas mutuatas* Lugd. I. *de d. l. ut antiquioris formae mutuatas* Gorz. I Vatic. et edd. Gangn. Barr. Pamel. *de d. l. ut antiquiorem formam mutuatas* Fuld. *de d. l. ut antiquiore ferme mutuatas* ed. Rhen. *de d. l. ut antiquiore formam mutuatas* edd. Gelen. Rig. Haverk. ex emend. Latinii. In seqq. ex Put. (qui habet *Moysei*) Goth. Ampl. Fuld. Erl. MSS. Pamelii et ed. Pam. reposui *Moysi* pro vulg. *Moysis.* V. de illa formatione genitivi Eckstein. ad Voss. Aristarch. II, p. 597. — *humanarum cum illa? sed evadere homini contingat et plerumque* Put. Lugd. I. Bong. *hum. cum illa. Sed si evadere h. contingat et plerumque* Goth. Ampl. (Agob. qui tamen delet voc. *Sed*) *hum. cum illas et evadere h. contingat plerumque* (*et plerumque* Erl. Lugd. II. Fuld. et edd. Rig. Haverk. *hum. cum istas* (*ista* ed. Gelen.) *evadere h. contingat et plerumque* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *hum. cum illas etsi evadere h. cont. et plerumque* ed. Pam. *hum. quam illas etsi evadere hom. contingat et plerumque* ed. Herald. *ut plerumqne* mea est emendatio. — *in admissis delitiscendi* Put. Oxon. et Goth. Ampl. Fuld. Erl. Lugdd. Agob. qui tamen *delitescendi* praebent. *in admissis delitescenti* edd. Rig. Haverk. *in admissis delitescere* edd. reliquae omnes. — *contemnere ex voluntate* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Bong. Fuld. Lugdd. edd. Gelen. Pam. Herald. *contemnere? in voluntate* edd. Rhen. Gangn. Barr. *contemnere ex involuntate* edd. Rig. Haverk. ex emend. Latinii. Rigaltius explicat *involuntate* per: *casu*, contra *necessitate* per: „cum aliter vitam tueri non posset.“ — *delinquendi. recogitate* (*recogitata* Lugd. I.) *ea etiam pro brevitate* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. I. *delinquendi recogitata etiam pro brevitate* Erl. Lugd. II. Agob. *delinquendi. Recogitate etiam pro veritate* Fuld. *delinquendi recogitata etiam brevitate* edd. Gelen. Pam. Herald. *delinquendi recogitat etiam pro brevitate* edd. Rhen. Gangn. Barr. *delinquenti*, *recogitata* (*recogitate* ed. Rig.) *etiam pro brevitate* edd. Rig. Haverk. Delevi illud *ea* quod post *recogitate* pars optt. librorum inserit ex Fuld. Erl. Lugd. II.; quod ex errore librario-

brevitate supplicii cuiuslibet, non tamen ultra mortem remansuri? Sic et Epicurus omnem cruciatum doloremque depretiat, modicum quidem contemptibilem pronuntiando, magnum vero non diuturnum. Enimvero nos qui sub deo omnium speculatore dispungimur, quique aeternam ab eo poenam providemus merito, soli innocentiae occurrimus, et pro scientiae plenitudine et pro latebrarum difficultate et pro magnitudine cruciatus non diuturni, verum sempiterni, eum timentes quem timere debebit et ipse qui timentes iudicat, deum, non proconsulem timentes.

rum ortum esse videtur, qui cum *recogitate* pro imperativo, non pro adverbio haberent, desideraverint quod cum eo verbo struerent. Hoc igitur dicit Tertullianus: Nulla est auctoritas legum humanarum, quas et evadere homini contingit saepius, utpote qui plerumque in admissis suis delitescit nec solet peccati sui reus fieri aut convinci, et aliquando aperte contemnere, cum vel nuda voluntate sua mala impellitur ad peccandum vel etiam necessitate et angustiis vitae cogitur, qua in re fit interdum etiam, ut peccaturus recogitet simul brevitatem suppliciorum, recogitet, horum si forte aliquod tolerandum, id certe non ultra mortem remansurum. Fortasse rectius interpungendum *vel necessitate*, *delinquenti recogitate etiam pro br. s.* seqq. — *depretiat* h. e. detrahendo imminuit. Lugd. I. vitiose habet *depredicat*. Cf. ad Natt. I, 10. de Spectac. 22. ad Uxor. I. 3. adv. Marcion I, 6. Symmach. Epp. VIII, 41. Sidon. Apollin. Epp. II, 10. De Epicuri de dolore sententia hac v. Diog. Laert. X, 31, 4. (n. 140.) Cic. de Finn. II, 7, 22. Plutarch. de Audiend. Poet. p. 36. B. M. Antonin. *τῶν Εἰς Ἑαυτὸν* VII, 5. et 38. — *dispungimur* h. e. iudicamur. Cf. supra ad cap. 44. In seqq. in edd. vulgo comma comparet positum post *providemus*, quod sustuli ego et post *merito* collocavi, id quod loci ratio et sententia postulabat. Pro *soli* teste Haverkampio Agob. habet *caeli*, Lugd. II. *caeci*. — *occurrimus* h. e. petimus. — *et pro scientiae* (Fuld.) edd. omnes. *et pro patientiae* Erl. *et prospicientiae* Put. Bong. Oxon. Goth. Ampl. Lugdd. Agob. MSS. Gallici et Belgici et unus Vatic. ap. Pamel. In seqq. pro *debebit* Erl. habet *debebat*. In Fuld. totus hic locus ita habetur: *non diuturni*, *verumtamen semper ternum deum timentes*, *quem timere debebit ipse qui iudicat deum non proconsulem timentes*. Ille qui timentes iudicare dicitur, ut patet ex sequentibus, est ipse proconsul. —

46. Constitimus, ut opinor, adversus omnium criminum intentationem, quae Christianorum sanguinem flagitat. Ostendimus totum statum nostrum, et quibus modis probare possimus ita esse sicut ostendimus, ex fide scilicet et antiquitate divinarum litterarum, item ex confessione spiritualium potestatum. Qui nos revincere audebit, non arte verborum, sed eadem forma qua probationem constituimus, de veritate? Sed dum unicuique manifestatur veritas nostra, interim incredulitas, dum de bono sectae huius obducitur, quod usui iam et de commercio innotuit, non utique divinum negotium existimat, sed magis philosophiae genus. Eadem, inquit, et philosophi

46. — *Constituimus* Erl. Lugdd. edd. Rhen. Gangn. Barr. *Constitimus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. et edd. reliquae. Cf. supra cap. 4. — *intentationem* Put. Goth. Ampl. Oxon. MSS. Pamelii et edd. Rig. Haverk. *intentionem* Fuld. Erl. Lugdd. et edd. omnes reliquae. Cf. supra cap. 27. init. — *probare possimus* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. MSS. Belg. et Gall. et unus Vatic. ap. Pamel. Lugd. II. et edd. omnes praeter Gelen. in qua est *probare possumus*, ut est etiam in Lugd. I. Voc. *modis* ante *probare* delet Fuld. et in seqq. Lugd. II. vitiose exhibet *scilicet antiquitatem* pro *scilicet et antiquitate.* — *spiritualium* Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Agob. *spiritalium* Put. Erl. Editiones variant. — *potestatum. Qui nos* (*Quis nos* Lugd. II. a m. rec. *Qui vos* Erl. mendose.) *revincere* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et ed. Rig. *potestatum. nos revincere* Oxon. voc. *qui* prave omisso. *potestatum. Existat qui nos revincere* Fuld. et ed. Haverk. *potestatum. Quis nos revincere* edd. praeter Rig. et Haverk. omnes. — *de veritate debebit reniti* (*renidi* Fuld.). *Sed dum unicuique* (*Sed dum tamen unicuique* Fuld.) *manifestatur veritas nostra*, *interim* Fuld. et ed. Haverk. In ed. Rig. est *de veritate debebit reniti. Sed interim* reliquis omnibus deletis, nescio qua de causa. *de veritate? sed dum unicuique manifestatur* (*manifestetur* Erl. Agob. et Lugdd.) *veritas nostra*, *interim* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Agob. (qui cum Lugd. II. *forma* inserit post *unicuique*) alii et edd. praeter Rig. et Haverk. omnes. — *obducitur* h. e. convincitur. Ita usurpat Tertullianus hoc verbum adv. Marc. I, 21. V, 10. de Pudic. 7. de Ieiun. 11. de Resurr. Carnis 2. de Carne Chr. 19. Apol. infra cap. 50. — *quod usui iam* Gorz. Fuld. Put. Goth. Ampl. (Oxon.?) MSS. Belg. et Gall. Pamelii et edd. Pam. Haverk. *quod usu iam* Erl. Lugdd. et reliquae edd. omnes. Pro *existimat* in seqq. Fuld. praebet *existimatis.* — *monent et profitentur* Erl. et edd. omnes praeter Rig.

monent atque profitentur, innocentiam, iustitiam, patientiam, sobrietatem, pudicitiam. Cur ergo quibus comparamur de disciplina, non proinde illis adaequamur ad licentiam impunitatemque disciplinae? vel cur et illi ut pares nostri non urgentur ad officia quae nos non obeuntes periclitamur? Quis enim philosophum sacrificare aut deierare aut lucernas meridie vanas proferre conpellit? Quinimmo et deos vestros palam destruunt et superstitiones vestras commentariis quoque accusant laudantibus vobis. Plerique etiam in principes latrant sustinentibus vobis, et facilius statuis et salariis remunerantur quam ad bestias pronuntiantur. Sed merito; philosophi enim non Christiani

monent ante profitentur Lugd. II. vitiose. *monent atque profitentur* Oxon. Put. ed. Rig. *manent atque profitentur* Goth. Ampl. — *non* (*num* Goth. Ampl. Oxon.) *proinde illis adaequamur* Put. Erl. Agob. Lugdd. Oxon. Ampl. Goth. *proinde* (*perinde* ed. Gelen.) *illis non adaequamur* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. Haverk. *non proinde adaequamur* ed. Rig. auctoritate Fuld., qui habet: *non proinde adaequamur diligentia* (Iun. coni. *de licentia*) *et immunitate disciplinae?* In seqq. Fuld. praebet *illud pares*, Lugd. II. *illi ut patres* pro *illi ut pares.* — *quae non obeuntes* ed. Gelen. *quae nos obeuntes* ed. Rhen. In cett. libris est recte: *quae nos non obeuntes.* — *aut lucernas meridie vanas prostituere conpellit?* Fuld. et edd. Rig. Haverk. In cett. libris tam editis quam scriptis omnibus legitur *lucernas meridie vanas proferre conpellit?*, praeter unum Lugd. I. qui liber vitiose exhibet: *l. m. v. ferre compellitur.* Respicit ad illud quod cap. 35. dixerat „*nec lucernis diem infringimus.*“ In seqq. Fuld. pro *superstitiones vestras* habet *superstitiones publicas.* — *et salaribus honorantur* Erl. sed vocabuli *honorantur* quattuor prioribus litteris compunctatis et ab eadem manu in marg. emend. *remunerantur.* Lugd. I. habet *et solariis remunerantur*, quod teste La Cerda olim Lipsio in mentem venerat, qui explicat de vectigalibus pro aedibus quas nonnulli in solo reipublicae exstruxerint, sive tributum pro solo. Cf. Bulenger. de Vectigalibus cap. 36. *et salutariis remunerantur* ed. Gelen. Lugd. II. pro *facilius statuis* mendose praebet *facilibus*, superscr. a m. sec. *fallacibus.* Vatic. unus supra pro *in principes latrant* habebat *principes lacerant.* — *quam ad bestias proiciantur* Erl. *quam bestiis pronuntiantur* Lugd. I. In cett. libris *quam ad beatias pronuntiantur.* Exemplum philosophi in principem latrantis habes apud Sueton. Vespas. 13. Salariis donatos esse philosophos passim ab imperatoribus disces ex Diog. Laert. X, 9., ex

cognominantur. Nomen hoc philosophorum daemonia non fugat. Quidni, cum secundum deos philosophi daemonas deputent? Socratis vox est: Si daemonium permittat. Idem et cum aliquid de veritate sapiebat deos negans, Aesculapio tamen gallinaceum prosecari iam in fine iubebat, credo ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo sapientissimum omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum! Sapientiae testimonium reddidit ei viro qui negabat deos esse. In quantum odium flagrat veritas, in tantum qui eam ex fide praestat offendit;

Luciani Eunuch. 3. Vol. II. p. 352., ex Philostr. Vitt. Sophist. I, 8, 2. p. 490. ed. Olear., ex Tatian Or. ad Gr. 32., ex Iul. Capitol. V. Antonini Pii p. 21. C. ed. Salm. (ad quem locum v. Salmas. p. 72. et Casaub. p. 76). In seqq. pro *pronuntiantur* Oxon. praebet *renunciantur*. — *Sed merito philosophi*, *non enim Christiani* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *Sed merito; ph. enim non Christiani* omnes reliqui libri tam scripti quam editi. In seqq. pro *fugat* Fuld. habet *fugiunt.*, et edd. Gelen. Pamel. *deputant* pro *deputent.* Goth. et Ampl.: *Nomen enim philosophorum* pro *nomen hoc philosophorum.* De re cf. supra cap. 24. „ut Plato Iovem magnum in caelo comitatum exercitu describit daemonum pariter et deorum.“ Dicit autem ironice philosophos posse fugare daemones, cum possint vel ipsos deos destruere. Pro *secundum deos* Erl. vitiose habet *etiam deos.* et Lugd. I. *Quidni non* pro *Quidni cum.* — *Si daemonium permittat.* Cf. supra cap. 22. Tertull. de Anima. 1. Plat. Apol. Socr. 21. p. 31. D. Phaedr. 20. p. 242. ibique Intt. Cic. de Divin. I, 54. In seqq. pro *cum aliquid* Fuld. praebet *qui aliquid.*, et pro *sapiebat* edd. Rhen. et Gelen. habent *sapiat.* — *Aesculapio tamen gallinaceum prosecari* (*prosecrari* Erl. in quo abest voc. *gallinaceum.*) *in fine iubebat* (*mandabat* Fuld.). V. Plat. Phaedon. p. 118. fin. et ibi Intt. Cf. Theodoret. Serm. VII, p. 590. B. Artemid. Oneirocrit. V, 9. Cur id sacrificium Aesculapio fieri iusserit Socrates hodie res est in vulgus nota. In seqq. Lugd. II. praebet *Credo ad honorem* sqq. — *quia Socratem Apollo sapientissimum omnium cecinit.* V. Intt. ad Plat. Apol. Socr. p. 21. A. et ad Minuc. Felic. Octav. 13. Diog. Laert. II, 5, 18. ibique Menag. Pro *cecinit. O Apollinem* Lugd. II. vitiose habet *cecinit Apollo.* — *In quantum odium flagrat* (*fraglat* Erl.) Put. Goth. Ampl. Oxon. Boug. Erl. Fuld. Gandav. Elnon. Agob. Lugdd. et edd. Rhen. Rig. Haverk. *In quantum odio flàgrat* edd. reliquae omnes. Verbi *flagrare* cum accusativo structi pro: *accendere* habes exemplum ap. Statium Silv. V, 2. 119. „noverca-

qui autem adulterat et adfectat, hoc maxime nomine gratiam pangit apud insectatores veritatis. Quam inlusores et corruptores mimice philosophi adfectant veritatem et adfectando corrumpunt, ut qui gloriam captant, Christiani et necessario appetunt et integre praestant, ut qui saluti suae curant. Adeo neque de scientia neque de disciplina, ut putatis, aequamur.

les ibat venator in agros Ascanius miseramque patri flagrabat Elisam." Nota est gnome illa: Veritas odium parit. *ex fide*. Cf. supra cap. 30. „religiosi *ex fide*." cap. 42. „Christianis *ex fide* dependentibus debitum. — *adulterat et affectat*, *hoc* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Agob. Fuld. et edd. omnes praeter Rig. in qua verba *et affectat* deleta sunt, nescio qua causa. *adulterat et affectat* sc. veritatem. Voc. *apud* post *pangit* non est in Goth. Ampl. Oxon. Ampl. ante verba *gratiam pangit* inserit: *sc. veritatis*, quae glossa in Goth. super voc. *nomine* superscripta deprehenditur. — *veritatis quam* (*qua* Lugd. II. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald.) *inlusores et corruptores. Inimice* (*inimicae* Put. Agob. quorum prior neque punctum agnoscit post voc. *corruptores*. marg. Goth. *Mimice*, eadem manu antiqua) *philosophi adfectant* Put. Goth. Ampl. Oxon. Agob. Lugdd. (sed in Lugd. I. ultimum vocabulum non comparet, posita sola littera *m* et spatio vacuo relicto) et edd. omnes (in quibus tamen *Mimice* est) praeter Rig., quae habet *veritatis. Philosophi affectant*, ceteris deletis, et Haverk., in qua extat: *veritatis qua et illusores et contemptores. Mimice phil. affectant*, partim auctoritate Fuld. *qua et illusores et contemptores inimici phil. affectant Fuld. veritatis*, *qua et illusores et corruptores. Imminute* (?) *phil. affectant* Erl. Sanavi locum auctoritate optt. librorum scriptorum scribendo et distinguendo: *veritatis. Quam inlusores et corruptores mimice philosophi affectant veritatem — — — Christiani et necessario appetunt* sqq. — *Christiani et necessario* Put. Bong. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugd. II. et edd. Rig. Haverk. *Christiani necessario* Lugd. I. *Christiani eam necessario* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.? Pam. Herald. In seqq. Erl. *ut qui salutis* praebet. — *neque de scientia neque de disciplina* Put. Fuld. aliquot MSS. Pamelii et edd. Rig. Haverk. *neque de scientia neque disciplina* Goth. Ampl. Oxon. et ed. Rhen. *neque de conscientia neque de disciplina* Gorz. Erl. Lugdd. aliquot MSS. Pamelii et edd. Gangn. Gelen. Barr. (quae tamen edd. praepositionem *de* ante *disciplina* delent.) Pamel. Herald. De particula *adeo* cf. quae adnotavi ad capp. 4. et 35. Pro *aequamur* Lugd. I. habet *adaequamur*, ed. Haverk. mendose *aequamus*. Mox Erl. *philosopho-*

Quid enim Thales ille princeps physicorum sciscitanti Croeso de divinitate certum renuntiavit, commeatus deliberandi saepe frustratus? Deum quilibet opifex Christianus et invenit et ostendit et exinde totum quod in deum quaeritur re quoque adsignat; licet Plato adfirmet factitatorem universitatis neque inveniri facilem et inventum enarrari in omnes difficilem. Ceterum si de pudicitia provocemus, lego partem sententiae Atticae in Socratem: corruptorem adolescentium pronuntiatum.

rum habet pro *physicorum* et paulo post. Lugd. II. *deliberandis* mendose pro *deliberandi.* Pro *frustratus* Erl. exhibet *frustatus,* Gandav. *frustratur.* De voc. *commeatus*, quod hic significat spatia deliberandi, dixi ad cap. 32. cf. adv. Praxean. 1. Quod Tertullianus et hic et ad Nat. II, 2. Thaleti Milesio adscribit, id. Cic. N. D. I, 21. et Minuc. Fel. Octav. 13. Simonidem tradunt Hieroni tyranno sciscitanti respondisse. In Oxon. abest voc. *Croeso* et paulo post etiam voc. *certum.* — *quod in deum quaeritur* Put. Bong. Oxon. Ampl. Erl. Lugdd. *quod in deo quaeritur* Goth. edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Rig. Haverk. *quod a deo quaeritur* edd. Gelen. Pam. Herald. Reposui: *quod in deum quaeritur.* Dicit enim Tertullianus: Christianus omne quod quaeritur praestandum deo et postulatur ab eius cultoribus, non statuit solum, ut philosophi fere faciunt, sed re quoque ei adsignat atque praestat. Hunc verum esse sensum verborum sequentia probant. Post *licet* Ampl. inserit: *in thimeo,* quae glossa in Gothani libri margine reperitur. V. Plat. Timaeum p. 28. C. Cf. Cic. N. D. I, 12. de Universo 2. Apul. de Dogm. Plat. I, 5. p. 572. Minuc. Fel. Octav. 19. ibique Intt. Ioseph. c. Apion. II, 31. Verba Platonis sunt: *τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον.* In seqq. pro *factitatorem* Erl. praebet *factorem*, Lugd. II. *factitorem.* Pro *adsignat* in Lugd. I. extat *affirmat.* — *invenire facile* Erl. *invenire facilem.* Lugdd. *inveniri facile* Fuld. Cett. libri exhibent *inveniri facilem.* In seqq. Oxon. delet verba *in omnes.* — *difficilem esse. Ceterum* Erl. *difficile. Ceterum* Fuld. In cett. libris est: *difficilem. Ceterum*, praeter Lugd I. qui liber delet voc. *difficilem.* — *provocemus* (sc. philosophos) Goth. Ampl. Put. Bong. Oxon. MSS. Pamelii (Lugdd.?) et edd. Pamel. Herald. Haverk. *provocemur* Erl. et reliquae edd. omnes. — *in Socratem corruptorem adolescentium pronuntiatum* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Oxon. *corruptor adolescentium pronunciatur* Fuld. et edd. Rig. Haverk. In reliquis edd. omnibus extat: *corruptorem adolescentium pronunciatam.* — *sexum nec femineum* (*feminae* Lugd. II.) *mutat Christianus* Put.

Sexum nec femineum mutat Christianus. Novi et Phrynen meretricem Diogenis supra recumbentis ardori subantem, audio et quendam Speusippum de Platonis schola in adulterio perisse. Christianus uxori suae soli masculus nascitur. Democritus excaecando semetipsum, quod mulieres sine concupiscentia aspicere non posset et doleret si non esset potitus, incontinentiam emendatione profitetur. At Christianus salvis oculis feminas non videt; animo adversus libidinem caecus est. Si de pro-

Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus est: *Christianus ad sexum nec feminae mutat*, auctoritate Fuld., quae tamen verba rectius scribenda puto: *Chr. at sexum nec. f. mutat.* Christianum dicit nec feminas mutare sed una et quidem uxore contentum esse. — *recumbentis ardorem* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Agob. *recubantis ardorem* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *recumbentis ardori* Erl. Fuld. et edd. Rig. Haverk. De verbo *subare* quod de femina usurpatur ut de masculo *surire* v. Intt. ad Apul. de Magia 38. p. 481. cf. ad Arnob. I, 2. Occurrit id verbum saepius apud Tertullianum, ut de Exhortat. ad Castit. 9. de Monogamia 15. adv. Valentin. 17. de Pudic. 22. Cum Laide rem habuisse Diogenem narrant Lucian. Ver. Hist. II, 18. tom. II, p. 115. ed. Voss. Schol. Aristoph. Plut. p. 58. ed. Hemsterhus., quem vide. Cf. Intt. ad Diog. Laert. VI, 29. De Phryne hoc solum modo memorat Diog. Laert. VI, 60., simulacrum eius a Graecis esse Delphis consecratum, cui Diogenes Cynicus inscripserit: *Τῆς Ἑλληνικῆς Ἀκρασίας Τὸ Τρόπαιον.* Dedit hoc fortasse ansam erroris Tertulliano. — *Speudipsum* Fuld. *Spesippum* Put. Goth. Ampl. In cett. *Speusippum.* Iterum esse falsum Tertullianum de morte Speusippi vidit iam Scalig. ad Euseb. Chronic. p. 125. Narrat de eo Diog. Laert. IV, 3. quod *ὑπὸ ἀθυμίας ἑκὼν τὸν βίον μετήλλαξεν.* Pro *adulterio* Erl. mendose *adultorio.* Pro *soli masculus* in Oxon. est *solius masculus.* — *Democritus excaecando* (*exsecando* Ampl.). Oculis quidem sese privasse Democritum Abderitam sed alia de causa testantur Gell. N. A. X, 17. Diog. Laert. IX, 43, 3. Plutarch. *περὶ Πολυπραγμοσύνης* p. 521. D. Cic. de Finn. V. 39, 87. Tertulliani narratiunculam de causa excaecationis eius refert Vincent. Bellovac. Specul. Doctr. V, 98 et 178. Pro *concupiscentia* Lugd. I. mendose praebet *in innocentia.* Verba: *et* (*sed.* Erl.) *doleret si non esset potitus* (*potius* Erl.) absunt in Fuld. — *feminas non videt* Put. Goth. Ampl. (in quo *vidit* pro *videt*) Oxon. Fuld. Erl. Lugd. II. (in quo negatio *non* subducta est m. rec.) Agob. edd. Rig. Haverk. *feminas videt*, deleto *non* vocabulo, Lugd. I. ed. Rhen. *feminam videt* edd.

bitate defendam, ecce lutulentis pedibus Diogenes superbos Platonis toros alia superbia deculcat: Christianus nec in pauperem superbit. Si de modestia certem, ecce Pythagoras apud Thurios, Zenon apud Prienenses tyrannidem adfectant, Christianus vero nec aedilitatem. Si de aequanimitate congrediar, Lycurgus apocarteresin optavit, quod leges eius

Gangn. Gelen. Barr. Herald. Pamel. In Lugdd. abest voc. *animo.* Recte stat *feminas non videt* sc. ad concupiscendum. Nos: er sieht in den Weibern keine Weiber, vel: der Christ dagegen sieht keine Weiber und behält seine Augen gesund und unverletzt. Non enim necesse habet sese oculis privare, quia animo adversus libidinem est caecus. Oculos ad quicquid aliud potius quam ad feminas dirigit, ne concupiscentia sibi oriatur. — *alia superbia deculcat (decalcat* Fuld. *conculcat* Erl.) *alia* sc. quam Platonis est, qui pretioso supellectili superbiebat. Pro *alia* Lugd II. Ampl. habent *alta*, quae scriptura etiam in Goth. ab eadem antiqua manu super adnotata est. Diogenis negotium cum Platone narrat Diog. Laert. VI, 4, 25. Memorant etiam Tertull. de Pall. 4. Hieronym. adv. Iovin. I, 15. Post verba *Christianus nec* Fuld. inserit *contumeliosus.* Pro *de modestia* Erl. habet mendose *domesticam*, Lugd. II. *de domestica.* *Tyrios* Put. Erl. Goth. Ampl. alii (cf. Hildebr. ad Arnob. I, 40. p. 63.) *Thyrios* ed. Pam. ex MSS. suis, quos putaverim item *tyrios* exhibuisse. In cett. edd. omnibus recte *Thurios.* De re cf. Diog. Laert. VIII, 21, 39 et 40. et ibi Intt. Iustin. XX, 4. Plutarch. de Socr. Daemon. tom. II, p. 583. A. et inprimis Arnob. adv. Nat. I, 40. et ibi Intt. — *Zenon* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. alii, et edd. omnes praeter Gelen. et Pamel. quae habent *Zeno.* Pro *Prienenses* Codd. MSS. mei omnes et alii praebent *Priennenses.* Zenonem aliquem philosophum tyrannidem adfectasse apud Prienenses ab nullo alio scriptore memoratur. Pro *adfectant* Lugd. II. habet *affectat.* Mox pro *aedilitatem* unus Vatic. et ed. Rhen. habet *civitatem*, Goth. et Ampl. *civilitatem.* Aedilitatem apud Romanos fuisse infimum magistratum res nota est. — *Si de aequanimitate* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. alii, et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus legitur *Si de animi aequitate*, auctoritate Fuld. Pro *apocarteresin* (quod vocabulum quaedam edd. graecis litteris exhibent scriptum) *optavit* in Ampl. est *apocartores inoptavit*, in Erl. *apo carceres inoptavit* reperitur. *ἀποκαρτερεῖν optavit* Cod. Contii teste Rig. *apocarteresin optare* est inediae mortem sibi eligere. V. supra cap. 4., ubi mentio fit de hac morte Lycurgi. Voc. apocarteresis occurrit iterum adv. Marcion. I, 14. „Hypocrita, ut *apocarteresi* probes te Mar-

Lacones emendassent: Christianus etiam damnatus gratias agit. Si de fide conparem, Anaxagoras depositum hostibus denegavit: Christianus etiam extra fidelis vocatur. Si de simplicitate consistam, Aristoteles familiarem suum Hermian turpiter loco excedere fecit: Christianus nec inimicum suum laedit. Idem Aristoteles tam turpiter Alexandro regendo potius adulatur, quam Plato a Dionysio ventris gratia venditatur. Ari-

cionitam." Cf. Davis. ad Cic. Tuscul. I, 34. Pro *emendassent* Fuld. habet *emendaverint*, pro *damnatus* Oxon. *emendatus*. Voc. *gratias* ante *agit* in Lugd. II. a. m. rec. additum. Idem liber cum Erl. pro *etiam damnatus* habet *vero damnatus*. — *hostibus denegavit* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk. *hospitibus denegavit* Fuld. et ed. Haverk. *denegavit hospitibus* ed. Rig. Anaxagoram depositum hostibus sive hospitibus denegasse nemo vett. scriptorum memorat praeter Tertullianum. — *Christianus et extra* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et ed. Rig. *Christianus etiam extra* (Oxon. Fuld.?) reliquae edd. omnes. *extra* h. e. erga exteros et qui non sunt religionis Christianae. — *consistam*. Cf. supra cap. 4. init. et fragm. Fuld. in adn. ad cap. 19. — *Hermian* (*Hermiam* edd. *Heriman* Erl.) *turpiter loco* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. II. et edd. omnes. *Herimantra putriculo* Lugd. I. Haverk. vult scribi: *Hermiam turpiter toro*, fretus auctoritate Diog. Laertii, qui libri quinti capite quinto refert ex Aristippi *περὶ Παλαιᾶς Τρυφῆς* libro Aristotelem Hermiae, Atarnensium tyranni, adamasse concubinam eamque ab illo sibi permissam in matrimonium duxisse. Secutus sum Codd. MSS. auctoritatem scribendo *Hermian turpiter loco excedere fecit;* quae verba ad quam rem spectent nescimus. De Hermiae et Aristotelis familiaritate olim extabat liber peculiaris Apelliconis Teii, philosophi peripatetici, teste Aristocle peripatetico op. Euseb. Praep. Evang. XV, 2. p. 793. ed. Colon. — *tam turpiter* Codd. MSS. et edd. omnes praeter Haverk. in qua extat *tam indecore*, auctoritate unius Fuld. In seqq. pro *regendo* Lugd. II. a m. rec. cum Fuld. praebet *regi*. In cett. libris omnibus est *regendo*. De Aristotele Alexandri adulatore apud neminem vett. scriptorum fit mentio praeter Tertullianum et Tatianum Or. ad Gr. 3. Pro *adulatur* Goth. et Ampl. habent *adulatus*. *regendo potius* h. e. quem potius regere debebat educator. — *quam Plato a Dionysio* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *quam Dionysio*, emisso voc. *Plato*, Fuld. *quam Plato Dionysio* edd. Rig. Haverk. De causa cur venditus sit Plato a Dionysio concinit cum Tertulliano Tatian. Or. ad Graecos 3. Cyrillus c.

stippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur, et *Hippias* dum civitati insidias disponit, occiditur. Hoc pro suis omni atrocitate dissipatis nemo unquam temptavit Christianus. Sed dicet aliquis etiam de nostris excedere quosdam a regula disciplinae; desinunt tamen Christiani haberi penes nos,

Iulian. II, p. 300. haec de ea re profert: *Ὁποῖός γε μὴν ὁ Πλάτων ἦν, κἂν εἰ μή τις λέγοι, διαβοήσειεν ἂν ἡ ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ Σικελίαν ἄφοδος. οὐ γὰρ ἀρεσθέντα ταῖς παρ' αὐτοῦ θωπείαις τὸν Διονύσιον, ἀποδόσθαι φασὶν αὐτὸν, ὡς ἀνελευθέρῳ που πάντως ποινὴν ἐπιθέντα τὴν ἀνδραπόδῳ πρεπωδεστάτην.* Cf. de eius venditione praeterea Diog. Laert. III, 19. Plutarch. V. Dion. 5. med. Diodor. Sic. XV, 7. Cornel. Nep. Dion. 2. Senec. Epist. 47. Lactant. III, 24. Theodoret. de Virtute Activa tom. IV. p. 674. Ceterum adnota breviloquentiam Tertullianeam. Vult enim hoc exprimere scriptor: Idem Aristoteles tam turpiter adulatur Alexandro, quem potius regere debebat, quam gulae causa Plato Dionysio, a quo demum venditus est. Pro *venditatur* Erl. praebet *vendicatur*. Perperam. In Goth. ab eadem manu antiqua super voc. *ventris* scriptum legitur *vestris*. — *Aristippus*. De eius mollitie et luxuria v. Diog. Laert. II, 66 sqq. et ibi Intt. Tatian. Or. ad. Gr. 8. „*Ἀρίστιππος ἐν πορφυρίδι περιπατῶν ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο. Πλάτων φιλοσοφῶν ὑπὸ Διονυσίου διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκετο, καὶ Ἀριστοτέλης ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θεὶς καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκετο περιγράψας λίαν ἀπαιδεύτως Ἀλέξανδρόν τε μεμνημένος μειράκιον ἐκολάκευεν*, quem locum Tatiani ante oculos habuisse videtur Tertullianus. Pro *superficie nepotatur* Erl. vitiose habet *superstitione potatur*. — *et Hippias* edd. omnes. *et hydias* Goth. Ampl. Oxon. *et hidias* I Vatic. *icthidias* Erl. *icthydias* Put. *ichtidias* Vatic. alter. *Iethydias* Gandav. Elnon. *Iethiclyas* Lugd. II. *Iethiclias* Lugd. I. *et Ycthyas* Fuld. Confundit Tertullianus Hippiam Eleum Sophistam, quem ex Platone et Philostrato (Vitt. Sophist. I, 11. p. 594 sq.) novimus, cum Hippia Pisistrati filio, quem constat arma contra patram tulisse. V. Herodot. V, 55. 91. 93. Cic. ad Attic. IX, 181. In seqq. Lugd. II. exhibet *occiditur pro sui omnibus atrocitate*, vitiose Oxon. pro *atrocitate* item vitiose habet *auctoritate*. — *temptavit Christianus* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. Rig. Haverk. *Christianus tentavit* (*tentavit* non *temptavit* est in edd. omnibus) edd. Gelen. Pamel. Pro *dicet aliquis* in Erl. est *diceret aliquis*. Mox Fuld. habet *excidere quosdam a regula*, Lugd. I. *excedere quosdam regulam*. In cett. *excedere quosdam a regula*. — *Desinunt tamen Christiani haberi* (*haberi Christiani* Erl.) Put.

nos, philosophi vero illi cum talibus factis in nomine et honore sapientiae perseverant. Adeo quid simile philosophus et Christianus, Graeciae discipulus et caeli, famae negotiator et vitae, verborum et factorum operator, et rerum aedificator et destructor, amicus et inimicus erroris, veritatis interpolator et expressor, et furator eius et custos?

47. Antiquior omnibus veritas, nisi fallor, et hoc mihi proficit antiquitas praestructa divinae litteraturae, quo facile credatur

Erl. Agob. Lugdd. et ed. Rig. *Desinunt tum Chr. haberi* Goth. Ampl. Oxon. et edd. Gangn. Barr. (Fuld.?) Pam. Herald. Haverk. *Desinunt tum Christiani* omisso voc. *haberi* edd. Rhen. Gelen. Pro *penes nos* ed. Gelen. praebent *penes vos*, Lugd. I. *penes suos.* — *et honore* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. *et in honore* edd. omnes. — *perseverant. adeo quid* Put. Goth. Ampl. Gorz. Oxon. Lugd. II. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (in qua tamen est *perseverent*, puto vitio typographi) Haverk. *perseverant. Quid adeo* edd. Gelen. Pam. Herald. *perseverant. Alii quid adeo* Lugd. I. *perseverant apud vos. Adeo* (*Ideo* Erl.) *quid* Fuld. Erl. et ed. Rig. In seqq. ed. Rhen. praebet *philosophis et Christianis?* Pro *Graeciae* (Put. *gretie*) Erl. habet *gracie* (h. e. *gratiae*) una cum ed. Rhen. in cuius tamen marg. ipse Rhenanus emendat *Graeciae.* Eadem editio pro *discipulus* praebet *discipulis.* — *famae* (*et famae* ed. Barr.) *negotiator et vitae* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. alii (ap. Hildebr. ad Arnob. III, 38. p. 313.) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *famae negotiator et salutis vitae* Fuld. *famae negotiator et salutis* edd. Rig. Haverk. — *et rerum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Erl. Lugdd. alii et edd. Rhen. Herald. Haverk. *rerum*, deleta particula *et*, edd. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Rig. — *destructor* (*distructor* Put.), *amicus et inimicus erroris*, *veritatis interpolator* (*interpellator* Erl.) *et integrator et expressor*, *et furator eius et custos?* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Bong. alii (ap. Hildebr. ad Arnob. I. l.) edd. Rhen. Gangn. Barr. Gelen. Herald. Item Lugd. II. et ed. Pamel., in quibus tamen verba: *et expressor* absunt. *destructor et* (*et* abest in edd. Rig. Haverk.) *interpolator erroris et integrator veritatis, furator eius et custos.* Fuld. et inde edd. Rig. et Haverk. —

47. — *Antiquior omnibus veritas*, *nisi* (*ni* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald.) *fallor*, *et hoc* (*hec* Erl. *hic* Lugd. I.) *mihi proficit* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. In edd. Gelen. et Pamel. verba *Antiquior omnibus veritas* verba proxime praegressa trahuntur. *Adhuc enim mihi proficit*, ceteris deletis, Fuld. et edd. Rig.

thesaurum eam fuisse posteriori cuique sapientiae. Et si non onus iam voluminis temperarem, excurrerem in hanc quoque probationem. Quis poëtarum, quis sophistarum, qui non omnino de prophetarum fonte potaverit? Inde igitur philosophi sitim ingenii sui rigaverunt, ut quae de nostris habent, ea nos conparent illis. Inde, opinor, et a quibusdam philosophia quoque eiecta est, a Thebaeis dico et a Spartiatis et Argi-

Haverk. In seqq. pro *praestructa* in Oxon. est *structa*, pro *litteraturae* in Lugd. II. *litterae*, mendose. — *quo* (*quod* Oxon. Lugd. II.) *facile credatur* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Erl. Lugdd. Agob. et edd. Gelen. Pam. Rig. Haverk. *quo facile credam* edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. In seqq. voc. *posteriori* omissum est in ed. Haverk. — *Et si non onus tamen voluminis* ed. Rhen. *et si onus iam voluminis*, omissa negatione, Erl. In seqq. post *temperarem* edd. Rhen. Gangn. Barr. Gelen. Pamel. Herald. Haverk. inserunt *etiam*, quod abest in ed. Rig. et libris scriptis omnibus. Pro *excurrerem* Fuld. praebet *excucurrissem*. Porro *in hac quoque probatione* (*probationem* Fuld.) habent Fuld. et Lugd. II. — *qui non omnino de* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Agob. edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus deletum est illud *omnino*, ex auctoritate unius Fuld. Item in seqq. eaedem edd. ex eodem libro manu scripto post *Inde igitur* inserunt particulam *et*, quae in reliquis omnibus abest. — *ut quae de nostris habent, ea nos conparent illis.* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *Num* (*Nam* ed. Haverk.) *quia quaedam de nostris habent, ea propter nos comparent illis?* Fuld. et ed. Haverk. (in qua tamen deletum est signum interrogationis et omnia sunt parenthetice posita. In ed. Rig. haec verba prorsus sunt deleta. *ea nos conparent illis* h. e. ea nos illis faciant conpares, adaequent illis. — *Inde opinor et a* (in Lugd. II. abest particula *et*, in Erl. praepositio *a*) *quibusdam philosophia quoque eiecta est* (*est* desideratur in Lugd. I.) Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et ed. Pamel. *Inde opinor et* (*et* abest ed. Gelen.) *a quibusdam quoque eiecta philosophia* (*eiecta est* ed. Gelen.) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Herald. *Inde et a quibusdam quoque eiecta philosophia* ed. Rig. *Inde, opinor, et a quibusdam philosophia legibus quoque eiecta est* Fuld. et ed. Haverk. — *Thebaeis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Fuld. alii et edd. Pamel. Herald. Haverk. *Thebanis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Rig. — *dico et a* (*ab* Fuld.) *Spartiatis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. (Lugdd.?) *dico, a Spartiatis*, deleta particula *et*, edd. omnes. — *et Argivis.* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter

vis. Dum ad nostra conantur, et homines gloriae, ut diximus, et eloquentiae solius libidinosi si quid in sanctis scripturis offenderunt digestis, pro instituto curiositatis ad propria ver-

Haverk., in qua extat *et Argivis*, ex auctoritate Fuld. De forma *Argaei* et *Thebaei* pro *Argivi* et *Thebani* cf. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 129. Adde Spartian. Nigr. 12. „a rege *Thebaeorum*" Claudian. Idyll. I, 91. „columnae *Thebaeo* monte revulsae." Sic etiam *Athenaeus* pro *Atheniensis* ap. Lucret. VI, 749. Plin. H. N. I. Ind. et VIII, 11, 12. et aliis locis. Sophoclem, Amphiclidae filium, legem tulisse qua philosophi Athenis sint pulsi memorat Athenaeus Deipnos. XIII, 9. p. 610. cf. Diog. Laert. V, 38. De Spartanis cf. Perizon. ad Aelian. V. H. XII, 50. et de la Nauze: sur l'état des sciences chez les Lacédémoniens in Mem. de l'Acad. des Inscr. tom. XIX, p. 166 sqq. Ceterum de legibus quibus Thebani, Spartiani, Argivi philosophos urbibus suis prohibuerint aliunde non constat. — *et Argivis. Dum ad nostra conantur et homines* Put. Erl. Oxon. Lugdd. et ed. Haverk. *et Argivis* (*Argaeis* Fuld.), *dum ad nostra conantur*, *et* (*conantur. sed* Fuld.) *homines* Fuld. et ed. Herald. *et Argivis*, *dum a vestra* (*a nostra* Agob. edd. Gangn. Barr.) *conantur. Et homines* edd. Rhen. Gangn. Barr. et Cod. Agob. *et Argivis*, *dum nostra conantur*, *et homines* ed. Pamel. *et Argivis*, *dum nostra contaminantur*, *et homines* ed. Gelen. *et Argivis*, *dum ad nostra contaminantur. Sed homines* ed. Rig. ex emend. Fulvii Ursini. *et Argivis, dum auram conantur et homines* Goth. Ampl. *Dum ad nostra conantur* h. e. dum philosophi ad nostras litteras, ad nostram disciplinam conata sua faciunt atque instituunt, dum nostra imitantur et sequuntur in sua disciplina. Recte igitur Haverkampius: Philosophi homines et gloriae et eloquentiae solius studiosi, dum aliquid de nostro sapere volunt, sacram scripturam et cognitionem dei corrumpunt. Particula *et* ante *eloquentiae* abest in Goth. Ampl. — *si quid in sanctis scripturis* (*scripturis sanctis* Erl.) *offenderunt* Erl. Lugdd. Put. Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus abest voc. *scripturis*, auctoritate unius Fuld. *digestis ex pro instituto* Put. Goth. Ampl. Oxon. *de gestis et pro instituto* Erl. *digestis ex inprostituto* Lugd. I. et ed. Rhen. *digestis*, *pro instituto* edd. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.) Pamel. Herald. (in qua comma comparet ante *digestis*). *digestis*, *exinde regestum pro instituto* edd. Rig. et Haverk. ex coni. Fulvii Ursini. Olim volui emendare *digestis*, *exin pro instituto*, vel etiam *digestis*, *ea pro instituto;* postea non dubitavi quin esset reponendum aut: *digestis*, *ex instituto*, aut: *digestis*, *pro instituto*, satis persuasus scripturam illam optimorum vetustissimorumque *digestis*, *ex pro*

terunt, neque satis credentes divina esse, quo minus interpolarent, neque satis intellegentes, ut adhuc tunc subnubila, etiam ipsis Iudaeis obumbrata, quorum propria videbantur. Nam et si qua simplicitas erat veritatis, eo magis scrupulositas humana fidem aspernata nutabat, per quod in incertum miscuerunt etiam quod invenerant certum. Inventum enim solummodo deum non ut invenerant disputaverunt, ut et de qualitate et de natura eius et de sede disceptent. Alii incor-

instituto esse ortam per errorem librariorum, qui cum in aliquo exemplo archetypo invenissent praepositionem *ex* vel *pro* alteri superscriptam, eam rationem male perspicientes ambas iuxta collocatas in textum receperint. Aliter Iunius qui Codd. MSS. auctoritatem secutus *digestis* pro ablativo absoluto sumendum censet, insolentiori quidem modo posito pro accusativo *digesta*, ita ut post *offenderunt* incidendum sit, non post *digestis*. Audaciter quidem nec tamen insulse. *Proinstitutum* autem interpretatur praeconceptum vel ante informatum in animo institutum curiositatis, proinstitutum animi vel voluntatis esse dicens, ut mentis praeiudicium. *ad propria verterunt* Put. edd. Rhen. Gelen. Herald. Rig. Haverk. *ad propria opera verterunt* Goth. Ampl. Oxon Erl. Agob. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Gangn. Barr. (Fuld.) Pamel. Verba *credentes* — — — *neque satis* absunt Erl. In Lugd. I. post *intellegentes* abest particula *ut*, mendose. — *subnubila* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *sub nubilo* Erl. et edd. Rhen. Gangn. Barr. *sublimia* ed. Gelen. In seqq. pro *Nam et si qua* Erl. habet *Nam et quia*. — *aspernata mutabat per quod incertum* Put. Bong. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pamel. Herald. *aspernata nutabat per quod incertum* Erl. Agob. *aspernata nutabat per quod in incertum* Fuld. et edd. Rig. Haverk. *mutabat*, *per quod incertum* vulgata lectio etiam potest defendi; *mutare* esset interpolare, *incertum* contra *miscere* rem certam miscendo incertam reddere. Ceterum cf. ad Nat. II, 2. — *solummodo deum nostrum*, *non ut* Fuld. *solummodo nostrum*, *non ut* Lugd. II. In cett. *solummodo deum*, *non ut*. In seqq. ante *de qualitate* in aliquot edd. desideratur particula *et*, quae in omnibus Codd. MSS. reperitur, et paulo post pro verbis *et de sede*, quae non sunt in ed. Gelen., Erl. praebet vitiose *et de se*. Dicit Tertullianus: Inventum deum philosophi non ut invenerant disputaverunt, scilicet non ut simplicem humanisque sensibus maiorem et incomprehensibilem, sed ita disputarunt, quasi in hoc solum inventum haberent, ut de natura, de qualitate et sede eius disceptare possent. —

poralem adseverant, alii corporalem, ut tam Platonici quam Stoici; alii ex atomis, alii ex numeris, qua Epicurus et Pythagoras, alius ex igne, qua Heraclito visum est: et Platonici quidem curantem rerum, contra Epicurei otiosum et inexercitum, et ut ita dixerim, neminem humanis rebus, positum vero extra mundum Stoici, qui figuli modo extrinsecus torqueat molem hanc, intra mundum Platonici, qui gubernatoris exemplo intra id maneat quod regat. Sic et de ipso mundo

asseverant qua Platonici et Stoici Fuld. *asseverant*, *alii corporalem qua Platonici et Stoici* edd. Rig. *asseverant*, *a. c. qua Platonici, qua et Stoici* ed. Haverk. praeter librorum scriptorum auctoritatem. *adserant*, *alii corporalem*, *ut tam Platonici quam Stoici* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. reliquae omnes. De Stoicorum deo corporeo v. Lips. Physiol. Stoic. I, 8. Menag. ad Diog. Laert. VII, 135 sqq. De Platonicorum deo incorporeo Diog. Laert. III, 77. Intt. ad Cic. N. D. I, 12. Maxim. Tyr. diss. I. quae est περὶ τοῦ τίς ὁ θεὸς κατὰ Πλάτωνα. Alcin. Doctr. Plat. 10. Apul. de Dogm. Plat. I, 5. Platonis Tim. p. 51. A. Cf. Minuc. Fel. Octav. 19. et ibi Intt. — *qua Epicurus et Pythagoras.* De Epicuri de deo sententia v. Diog. Laert. X, 139. Cic. N. D. I, 10 sqq. et Intt. Lucret. V, 157 sqq. 1168. De Pythogorae Diog. Laert. VIII, 25. 26. et Intt. Plutarch. de Plac. Philos. II, 3. 6. Pro *qua Epicurus*, quod tuentur Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II., in edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. est *sicut Epicurus.* — *alius ex igne* Put. Erl. *alius igni* Fuld. *alii ex igni* (*igne* edd.) Goth. Ampl. Oxon. (Lugdd.?) et edd. omnes. — *qua Heraclito* (*Heracleto* Fuld. et ed. Rhen.) Put. Fuld. Goth. Ampl. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Rig. Haverk. *qualiter Heraclito* (*Heracleto* edd. Gelen. Pam.) edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. De Heracliti de igne sententia v. Diog. Laert. IX, 7 sqq. Plut. de Placit. Philos. I, 3. — *curantem rerum.* Cf. Plat. Tim. p. 28. Apul. de Dogm. Plat. I, 5. Minuc. Fel. Octav. 19. et ibi Intt. Lactant. III, 17. De Epicuri deo otioso v. Diog. Laert. X, 77. et ibi Intt. Lucret. I, 60 sqq. II, 646 sqq. Cic. N. D. I, 37 sqq. et ibi Dav. et Creuzer. Cf. Minuc. Fel. Octav. I, I. In Fuld. totus hic locus ita se habet: *alius igni*, *qua Heracleto visum et Platoni: et quidem curantem rerum factorem et actorem rerum contra Epicuri otiosum et inexercitatum et ut ita dixerim*, *neminem in rebus humanis.* Pro vulg. *inexercitum* in Lugd. I. item est *inexercitatum.* — *intra id maneat quod* (*quos* Goth. Ampl. Put.) *regat* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. *intra illud maneat quod regat* edd. omnes. In seqq. pro *decessurus* Lugd. II. habet *discessurus.*

natus innatusve sit, decessurus mansurusve sit, variant; sic et de animae statu, quam alii divinam et aeternam, alii dissolubilem contendunt, ut quis sensit, ita et intulit aut reformavit. Nec mirum, si vetus instrumentum ingenia philosophorum interverterunt. Ex horum semine etiam nostram hanc novitiolam paraturam viri quidam suis opinionibus ad philosophicas sententias adulteraverunt et de una via obliquos multos et inexplicabiles tramites sciderunt. Quod ideo suggesserim, ne cui nota varietas sectae huius in hoc quoque nos philosophis adaequare videatur et ex varietate defensionum iudicet

De his et similibus philosophorum de mundi natura opinionibus v. Plut. de Plac. Philos. II. 4. Clem. Alex. p. 711. ed. Potter. Philargyr. ad Virg. Georg. II, 6. Plin. H. N. I, 1. Lactant. II, 10. Arnob. II, 56. Min. Fel. Octav. 34. et Intt. Cic. Tuscul. I, 29. Lips. Physiol. Stoic. II, 20. vol. IV. p. 951 sqq. ed. Vesal. Apul. de Dogm. Plat. I, 8. Plato Tim. p. 41. Senec. Consol. ad Polyb. 20. et Nat. Quaest. III, 29. Tatian. Or. ad Gr. 41. — *de animae statu* Put. Erl. Lugdd. et edd. omnes. *deam maiestatem* Goth. Ampl. *de animae maiestate* Oxon. vitiose utrique. De re v. Intt. ad Arnob. I, 25 sqq. Davis. et alios ad Minuc. Fel. Octav. 34. — *ita aut intulit quid aut reformavit* Fuld. *ita et intulit aut reformavit* (*reformaverit* Lugd. II.) reliqui libri omnes, praeter edd. Rhen. Gangn. Barr. Gelen. Pam. in quibus extat: *ita intulit aut reformavit.* Supple tacite *sententiam.* — *vetus instrumentum* h. e. vetus testamentum, ut habet diserte Erl. Cf. supra cap. 18. initio. — *etiam nostram* Put. Erl. et ed. Rig. *et nostram* reliqui libri tam scripti quam editi omnes. — *novitiolam paraturam.* Innuit novum testamentum. De voc. *paratura* cf. supra cap. 27. Erl. habet *parituram.* — *obliquos multos et inexplicabiles tramites sciderunt* Put. (Lugd. II.?) et edd. Rig. Haverk. *aliquos multos et inexplicabiles tramites sciderunt.* Goth. Ampl. Oxon. *obliquos multos tramites et inexplicabiles exciderunt* (*exciderunt* est etiam in Lugd. I.) Fuld. *obliquos multos et inexplicabiles sciderunt* Erl. deleto voc. *tramites.* In reliquis edd. omnibus est: *obliquos multos tramites et inexplicabiles sciderunt.* In seqq. pro *ideo suggesserim* Fuld. praebet *ideo suggerimus.* — *nota varietas sectae huius.* Significat haereticos religionis Christianae. In seqq. pro *adaequare* Fuld. habet *aequare.* — *et ex varietate defensionum iudicet* Put. Gandav. Elnon. (Oxon.?) et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *et* (*ut* ed. Gelen.) *ex varietate defensionum vindicet* (*videlicet* Goth. Ampl.) *veritatem* Goth. Ampl. Lugdd. Agob. Erl.

veritatem. Expedite autem praescribimus adulteris nostris illam esse regulam veritatis quae veniat a Christo transmissa per comites ipsius, quibus aliquanto posteriores diversi isti commentatores probabuntur. Omnia adversus veritatem de ipsa veritate constructa sunt, operantibus aemulationem istam spiritibus erroris. Ab his adulteria huiusmodi salutaris disciplinae subornata, ab his quaedam etiam fabulae inmissae quae de similitudine fidem infirmarent veritatis vel eam sibi potius evincerent, ut quis ideo non putet Christianis credendum quia nec poëtis nec philosophis, vel ideo magis poëtis et philosophis existimet credendum quia non Christianis. Itaque ridemur praedicantes deum iudicaturum. Sic enim et poëtae et

Gorz. et edd. Gangn. Barr. Gelen. *et ex varietate defectionem vindicet veritatis* Fuld. prob. Iunio. *et ex veritate defensionum vindicet veritatem* ed. Rhen. *iudicare* h. e. est idem quod damnare vel condemnare, quo sensu iam supra cap. 4. habuimus. Defensionum varietatem dicit haereticorum, sententia aperta. In seqq. pro vulg. *adulteris* Haverk. in suam editionem ex Lugd. I. recepit *adulteriis*. Paulo post Lugd. II. pro *quae veniat* a m. rec. habet correctum *quae vera est.* — *aliquando posteriores* Lugd. I. Mox pro *probabuntur* Fuld. praebet *deprehenduntur*. Verbum *praescribere* apud Tertullianum fere esse exceptionem producere, opponere, res nota est. Exempla suppeditabunt lexica atque glossaria. De interpolatione sacrarum scripturarum daemonum ope patrata cf. Arnob. I, 56. — *Ab his* (*hiis* Goth. Ampl.) *adulteria* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. Lugdd. *Ab iis adulteria* edd. omnes. — *disciplinae* (*disciplina* Oxon.) *subornata* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. Lugdd. Agob. et edd. Rig. Haverk. *disciplinae suborta* reliquae edd. omnes. — *quae de similitudine* Fuld. Put. Erl. Lugd. II. Agob. et Cod. Ursini (teste Latinio) cum edd. Herald. Rig. Haverk. *quae dissimilitudine* Goth. Ampl. Oxon. Lugd. I. (in quo *dissimilitudinem*) et reliquae edd. omnes. — *vel eam sibi potius evincerent* Put. Oxon. Erl. Gorz. Lugdd. Agob. MSS. Pamelii et edd. Gangn. Pam. Rig. Haverk. *vel etiam sibi potius evincerent* Goth. Ampl. *vel etiam si possent evincerent* edd. Rhen. Gelen. Barr. *vel eadem sibi potius fidem raperent* Fuld. — *nec poetis nec philosophis* Put. Fuld. Erl. Lugdd. et edd. Pam. Rig. Haverk. *nec poetis et philosophis* Goth. Ampl. Oxon. et edd. reliquae omnes. Negatio *non* ante *putet Christianis* abest in Ampl., vitiose. — *Itaque ridemur praedicantes* Erl. *Itaque et ridemur deum praeiudicantes* (Iun. coni. *praeindicantes*) Fuld. *Itaque ri-*

philosophi tribunal apud inferos ponunt. Et gehennam si comminemur, quae est ignis arcani subterraneam ad poenam thesaurus, proinde decachinnamur. Sic enim et Pyriphlegethon apud mortuos amnis est. Et si paradisum nominemus, locum divinae amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneae illius zonae a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt. Unde haec, oro vos, philosophis aut poëtis tam consimilia? non nisi de nostris sacramentis: si de nostris sacramentis, ut de prioribus, ergo fideliora sunt nostra magisque credenda, quorum imagines quoque fidem inveniunt: si de suis sensibus, iam ergo

demur (*videmur* Lugd. I.) *praedicantes deum* Lugdd. Put. Goth. Ampl. Oxon. *Itaque ridemur deum praedicantes* Put. ed. Rig. *Itaque et ridemur deum praedicantes* edd. reliquae omnes. In seqq. Erl. transponit: *apud inferos ponunt tribunal.* — *Et gehennam* (*gehennae* Fuld.) *si comminemur* Put. Goth. Ampl. Fuld. et ed. Rig. *et gehennam si* (*sic* Lugd. I.) *comminentur* (*comminantur* Lugd. II. Agob.) Lugdd. Agob. *et si gehennam comminemur* Oxon. *et iehennam sic comminantur* Erl. *Si gehennam comminemur* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. — *subterraneam ad poenam* Goth. Ampl. prob. Heraldo. *subterranea ad poenam* Put. Erl. Lugd. I. et ed. Rig. *subterraneus ad poenam* (Lugd. II.? Fuld.? Oxon.?) edd. omnes reliquae. Bong. praebet *subterraneum a poenam.* In sqq. Ampl. praebet vitiose: *Sic enim de* pro *Sic enim et.* et paulo post Lugd. I. *decachinantur.* — *ad mortuos amnis* Fuld. et inde ed. Haverk. In cett. *apud mortuos amnis.* — *materia quadam* Erl. Lugd. II. Agob. et edd. Rhen. Gelen. In cett. *maceria quadam.* Pro *occupaverunt*, quod tuentur Put. Goth. Ampl. Erl. alii, et edd. Rhen. Pam. Rig., in (Oxon. Fuld. Lugdd.?) edd. Gangn. Barr. Gelen. Herald. Haverk. extat *occuparunt.* Pro *consimilia* Goth. vitiose praebet *consilia.* — *sacramentis: si de nostris sacramentis, ut de prioribus* Put. Oxon. Gandav. Elnon. Fuld. (in quo tamen *de proprioribus* pro *de prioribus*) et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *sacramentis, ut de* (*de* delet Erl.) *prioribus. ergo*, ceteris deletis, Goth. Ampl. Erl. Lugdd. Agob. alii et edd. reliquae omnes. *ut de prioribus* h. e. ut quae antiquiora sunt monumenta vestris. Sacramenta vocat sacras scripturas, ut et alibi saepius. Pro *magisque credenda* in Erl. Lugd. II. extat *magis credenda.* — *inveniunt* (*invenerunt.* Fuld.). *Si de suis sensibus* (sc. poetae et philosophi illa invenerunt.) Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Erl. Lugd. I. edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk.

sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur, quod rerum forma non sustinet; nunquam enim corpus umbra aut veritatem imago praecedit.

48. Age iam, si qui philosophus adfirmet, ut ait Laberius de sententia Pythagorae, hominem fieri ex mulo, colubram ex muliere, et in eam opinionem omnia argumenta eloquii virtute distorserit, nonne consensum movebit et fidem infiget etiam ab animalibus abstinendi? propterea persuasum quis ha-

inveniunt de suis sensibus edd. Rhen. Gangn. Barr. In Lugd. II. et Agob. absunt verba: *imagines — — — sacramenta nostra.* — *iam ergo* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Erl. et edd. omnes praeter Herald., in qua item atque in Lugd. I. est *ergo iam.* Pro *rerum forma* in ed. Rhen. vitiose extat *verum forma*, item pro *veritatem* in Oxon. *varietatem.* Sensus est: Sequetur ergo veritates nostras quas praestruximus antiquissimas, Inachumque Danaumque omnesque vestras memorias longe praecessisse, de vestris fabulis esse mutuatas, quae illis longe postumant; quod fieri non potest, quia corpus ante umbram, veritas ante imaginem eius necessario concipi debet. (Haverk.). —

48. — *si qui* Put. Goth. Ampl. et edd. Pam. Rig. Haverk. *si quid* Lugd. II. Agob. *si quis* Erl. (Fuld. Oxon. Lugd. I.?) et reliquae edd. omnes. Pro *Laberius* in Erl. et Ampl. mendose habetur *Liberius.* — *colubram* Put. Erl. Fuld. Agob. et edd. Rig. Haverk. *colubrum* Goth. Ampl. Lugd. II. (Oxon.? Lugd. I.?) et reliquae edd. De metempsychosi Pythagorae v. Menag. ad Diog. Laert. VIII, 1. 4. Laberii versus quos respicit Tertullianus, noti sunt illi: „Et audio mala multa etiam ex bonis geni: Par illud, ut nos olim mutant philosophi, Et nunc de mulo hominem, colubram de muliere Faciunt et ex diversis diversa alia.“ V. Bothe Fragmm. Comic. Latt. p. 205 sqq. Cf. Becher: Dec. Laberii Prologus. Praecedit Hist. Poes. Mim. Lips. 1787. p. 17 sqq. — *eloquii sui virtute distorserit* Fuld. *eloquii virtute distorserit* (*distorserint* Erl.) Put. Goth. Ampl. Agob. Lugdd. Erl. MSS. Pamelii et edd. Pam. Rig. Haverk. *eloquii virtute detorserit* Oxon. et reliquae edd. omnes. — *nonne consensum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Erl. MSS. Pamelii et edd. Pam. Rig. Haverk. *nonne concessu* Agob. Lugd. II. *nonne consessum* ed. Gelen. *nonne et sensum* edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. In seqq. Lugd. II. vitiose *infinget* pro *infiget.* Fuld. praebet: *infiget, ut etiam ab animalibus sit abstinendum.* Secuti sumus vulgatam. — *propterea persuasum quis* (*si quis* Lugd. I.) *habeat* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Agob. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Herald. *propterea persuasum quis hoc habeat*

beat, ne forte bubulam de aliquo proavo suo obsonet? At enim Christianus si de homine hominem ipsumque de Gaio Gaium reducem repromittat, lapidibus magis, nec saltim coeti-

edd. Gelen. Pam. *proptereaque persuasum quis habeat* edd. Rig. Haverk. De usu particulae *ne* cf. ad capp. 7. 9. et 15. Post *obsonet* ed. Gelen. addit: *et prandeat*, quae verba desiderantur in reliquis libris omnibus. *de Gaio Gaium reducem* Put Fuld. Erl. Lugdd. (Oxon.?) Agob. et edd. Gelen. Herald. Rig. Haverk. *de Gaio Gaium reducere* Goth. Ampl. et reliquae edd. Gaium nomen apud ICtos adhiberi solere in exemplum ad res singulas notum est. Cf. supra cap. 3. Post *repromittat* in Fuld. et inde in ed. Haverk. inserta sunt verba: *statim illic vesica quaeritur et* (*queritur* deleta particula *et* ed. Haverk.), quae quidem in reliquis omnibus desiderantur. Proverbium id explicat Haverkampius de puerulis qui mingendi necessitatem ultra ferre non possint, vesica lotio impleta, adeoque saepe virgam metuentes exclament. Cui explicationi accedere valde dubito, immo toto caelo aberrasse virum bonum persuasum habeo. Quid enim verisimile sit Tertullianum ridiculo tali proverbio hic usum esse? Apud Martialem Epigr. IV, 49. *vesica* ponitur pro tumore, vaniloquentia, nec quid aliud h. l. a Tertulliano significatur eo vocabulo. Dicit enim: si quis nostrum ex fide religionis Christianae verba facit de resurrectione mortuorum, statim in ea repromissione tumor a vobis et vaniloquentia quaeritur atque deprehenditur. Scribendum igitur *quaeritur* cum ipso Cod. Fuld. quam *queritur* cum Haverkampio. — *nec saltim* (edd. *saltem*) *caedibus* Goth. Ampl. Oxon. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *nec saltim coetibus* (*cetibus* Erl. Agob. *ceodibus* Lugd. II. *caetibus* Lugd. I.) Boug. Put. *nec saltim copiis* Fuld. *nec saltem caestibus* edd. Rig. Haverk. Qui *caestibus* scribunt, cogitant de pugnis callosis vilis plebeculae. Codd. optt. fidem secutus edidi *coetibus*. Dicit enim hoc Tertullianus: Si quis Christianus de resurrectione et vita aeterna a Christo repromissa loquitur, pretium verborum non coetus frequentes erunt, id quod philosophis allucinantibus nescio quibus contingere solet, sed lapides, non coetus auditorum circum se convocabit, sed lapides in se provocabit. Lapidatio et coetus coniunguntur adv. Marc. IV, 39. „Nemo in praedicatione bellorum legitimis armis debellandorum lapidationem enumerat popularibus coetibus magis et inermi tumultui familiarem.“ Si Fuld. secutus fueris *copiae* erunt divitiae et opes. Particula *saltim* coniuncta cum negatione significat fere *ne* — *quidem* Exempla larga manu suppeditabunt Spalding. ad Quinctil. I, 1, 24. et inprimis Hildebr. ad Apul. Metam. IX, 26. p. 846. — *Si quaecunque* Codd. MSS. et edd omnes praeter Fuld.

bus a populo exigetur. Si quaecunque ratio praeest animarum humanarum reciprocandarum in corpora, cur non in eandem substantiam redeant, cum hoc sit restitui, id esse quod fuerat? Iam non ipsae sunt quae fuerant, quia non potuerunt esse quod non erant, nisi desinant esse quod fuerant. Multis etiam *iocis* ex otio opus erit, si velimus ad hanc partem lascivire, quis in quam bestiam reformari videretur. Sed de nostra magis defensione, qui proponimus multo utique dignius credi hominem ex homine rediturum. Quemlibet pro quolibet, dum hominem, ut eadem qualitas animae in eandem restauretur condicionem, etsi non effigiem? Certe quia ratio restitutionis

et ed. Haverk. in quibus extat *Quasi non quaecunque.* Mox pro *praeest* Erl. habet *subest.* Fuld. et inde ed. Haverk. invertunt *humanarum in corpora reciprocandarum* et pergunt: *ipsa exigat illas in eadem corpora revocari: quia hoc sit revocari id est* (verba *id est* in ed. Haverk. absunt; legendum sine dubio *id esse*) *esse quod fuerant. Nam si non id sunt quod fuerant, id est humanum et id ipsum corpus indutae, iam non ipsae erunt quae fuerant. Porro quae iam non erunt ipsae, quomodo redisse dicentur? Aut aliud factae non erunt ipsae, aut manentes ipsae non erunt aliunde.* — *in eadem? Iam non ipsae sunt* Erl. intermediis omissis. — *locis ex otio* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Lugdd. Agob. (quorum librorum pars iunctim habet scriptum *exotio*) MSS. Pamelii, et edd. Pam. Herald. *locis exitio* Erl. *locis exoptio* edd. Rhen. Gangn. Barr. *locis et ocio* ed. Gelen. *iocis et otio* edd. Rig. Haverk. ex coni. Fulvii Ursini. Alii proposuerunt emendandum *iocis ex ocio*, alii *locis exodio.* Edidi *iocis ex otio opus erit*, quo idem efficitur sensus ac si dicat: multis iocis a t q u e otio opus erit, si velim uberius demonstrare ad hanc partem quaestionis quis in quam bestiam reformari videretur. Vocabula *iocus* et *locus* saepissime inter sese commutari a librariis innumera possent exempla afferri. Cf. modo de hac confusione Spalding. ad Quinctil. VI, 3, 29. — *Quis inquam* (*unquam* ed. Gelen.) *bestiam reformari vidit?* Lugd. I. edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *Quis in quam bestiam reformari videatur* Cod. Ursin. teste Latinio. *quis in quam* (aliquot Codd. MSS. *inquam*) *bestiam reformari videretur.* Put. Fuld. Goth. Ampl. Agob. Lugd. II. (Oxon.?) Bong. edd. Rig. Haverk. — *Sed de nostra magis defensione* sc. iam dicemus, quod cogitatione facile suppletur. In seqq. post *redilurum* punctum posuimus. Quae sequuntur verba: *Quemlibet pro quolibet — — — effigiem?* continent adversarii inepte interpre-

destinatio iudicii est, necessario idem ipse qui fuerat exhibebitur, ut boni seu contrarii meriti iudicium a deo referat. Ideoque repraesentabuntur et corpora, quia neque pati quicquam potest anima sola sine materia stabili, id est carne, et quod omnino de iudicio dei pati debent animae, non sine carne meruerunt intra quam omnia egerunt. Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera temetipsum, o homo, et fidem rei invenies. Recogita quid fueris antequam esses: utique nihil; meminisses enim, si quid fuisses.

tantis obiectionem ironicam, unde signum interrogationis posuimus. Sensus iam apertus est. In edd. hic totus locus perperam interpungitur: *Sed de nostra magis — — — rediturum*, *quemlibet pro quolibet*, *dum hominem: ut eadem qualitas — — — etsi non effigiem. Certe quia* sqq. Alii verba *qui proponimus — — — iudicii est* uncinis incluserunt, praeter omnem sensum. — *quilibet* (*qui et* Fuld. mendose.) *pro quolibet*, *dum hominem*, *ut eadem qualitas* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Gorz. Erl. Lugdd. Agob. et edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Rig. Haverk. *quemlibet pro quolibet, dum eadem qualitas*, omissis verbis *hominem*, *ut*, edd. Rhen. Herald. Mox pro *restauretur* Goth. Ampl. Erl. habent *restauraretur*, et pro *in eandem restauretur condicionem*, *etsi non effigiem. Certe quia ratio* in Fuld. extat: *in eadem restauretur etsi non effigem*, *certe condicionem. Sed qui ratio.* — *necessario ipse — — — meritum iudicii* Oxon. vitiose. In Goth. et Ampl. in seqq. pro *referat* mendose *reserat.* Pro *exhibebitur* Erl. et Lugd. I. habent *exhibetur.* — *materia stabili* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. et edd. omnes praeter Gelen. Pamel., in quibus *stabili materia.* Pro *quicquam potest* Erl. praebet *quicquam possit.* Lugd. II. delet voc. *quicquam.* — *et quod omnino* Put. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Herald. Rig. Haverk. *eo quod omnino* Goth. Ampl. Oxon. et edd. reliquae omnes. *et omnino*, deleto *quod*, Fuld. Pro *id est carne* Erl. habet *idem carne*, et ab eadem manu antiqua in margine libri adscriptum est: *Dubium.* In ed. Gelenii totus hic locus ita inversus est: *iudicii est*, *eo quod omnino de iudicio dei pati debent*, *necessario idem ipse qui fuerat — — — — — sine stabili materia*, *id est carne: et animae non sine carne meruerunt*, *intra quam omnia egerunt.* Ita etiam ed. Pam., in qua tamen verba: *quod omnino de iudicio dei pati debent* legitimo suo loco sunt repetita. — *teipsum o homo* et Erl. *temetipsum homo es* Fuld. *temetipsum homo*, *et* Lugd. II. et ed. Gelen. In cett. libris tam scriptis quam editis omnibus habetur *temetipsum o homo*,

Qui ergo nihil fueras priusquam esses, idem nihil factus cum esse desieris, cur non possis esse rursus de nihilo eiusdem ipsius auctoris voluntate qui te voluit esse de nihilo? Quid novi tibi eveniet? qui non eras, factus es; cum iterum non eris, fies. Redde si potes rationem qua factus es, et tunc require qua fies. Et tamen facilius utique fies quod fuisti aliquando, quia aeque non difficile factus es quod nunquam fuisti aliquando. Dubitabitur, credo, de dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo quod non fuerat non minus quam de morte vacationis et inanitatis *sibi posuit* animatum spiritu

et. In seqq. Oxon. mendose: *Quid ergo nihil fueras.* Mox ed. Rhen.: *idem nihil fueris cum esse desieris* pro: *idem nihil factus cum esse desieris.* — *cur non possis rursus esse* Put. Lugd. II. et ed. Rig. *cur non possis* (*posses* edd. Rhen. Herald.) *esse rursus* Goth. Ampl. Oxon. Gorz. Fuld. Erl. (in quo abest *rursus*) et reliquae edd. omnes. In seqq. voc. *ipsius* ante *auctoris* non habent edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pam. Retinent Goth. Ampl. (in quibus *eiusdem auctoris ipsius*) Put. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Herald. Rig. Haverk. — *esse de nihilo.* Put. Goth. Ampl. Erl. et edd. Pam. Rig. Haverk. *esse ex nihilo.* (Oxon.?) Lugd. II. et reliquae edd. omnes. Pro *Quid novi tibi eveniet?* Fuld. habet: *Nihil ergo novi tibi eveniet.*, et pergit deinde: *qui non eras, factus es, et iterum cum non eris, fies.* — *Redde rationem si potes* edd. Rhen. Gangn. Barr. In cett. tam. scriptis quam editis libris: *Redde, si potes, rationem,* praeter ed. Gelen. in qua verba: *Redde* — — — *require qua fies* omnino non extant, ut etiam in Oxon. desiderantur. Pro *require* edd. Rhen. Gangn. Barr. habent *requires.* — *Dubitatur credo* Erl. et edd. Gelen. Pamel. In cett. omnibus *Dubitabitur credo.* Erl. in seqq. invertit *hoc corpus.* — *et inanitatis, inposuit* Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.) Pam. Herald. *et inanitatis conposuit* (Put.?) edd. Rig. et Haverk. ex coni. Fulvii Ursini. Emendavi *et inanitatis sibi posuit*, quam veram et genuinam esse scripturam si litterarum ductus pressius fueris secutus, mecum persuasum habebis. Littera finalis voc. *inanitatis* absorbuit initialem sequentis vocabuli, quod deinde pro more librariorum mutandi *b* et *v* characteres in *iui* mutatum paulatim cum sequente *posuit* in unum coaluit. *Ponere* autem verbum pro aedificare, exstruere satis frequens reperitur apud scriptores etiam melioris aetatis, ut lexica docent. — *animatum* (*animatum* abest Lugd. I.) *spiritu* (*spiritum* Goth. Ampl. Lugd. II.) *omnium animarum* (in Lugdd. pro

omnium animarum animatore, signatum et ipsum humanae resurrectionis exemplum in testimonium vobis. Lux cotidie interfecta resplendet et tenebrae pari vice decedendo succedunt, sidera defuncta vivescunt, tempora ubi finiuntur incipiunt, fructus consummantur et redeunt; certe semina non nisi cor-

animarum legitur *animatum*) *animatore* (*animator* Put.) Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Gorz. MSS. Pamelii, edd. Gangn. Barr. Pam. Herald. Haverk. *animatum spiritum omnium animarum animatione signatum*, ed. Rhen. *animatum spiritu omnium animantum animatore* ed. Gelen. *animatum spiritu omnium animatore.*, deleto voc. *animarum*, Fuld. et inde ed. Rig. — *signatum et* (*ac* Lugd. II. a m. rec.) *ipsum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Erl. et edd. omnes praeter Rig. et Haverk., in quibus auctoritate Fuld. et Agob. (?): *signatum et per ipsum* extat. *Signatum* significat h. l. apertum, evidens, ut saepius. Sic Tertull. de Resurr. Carnis 13. „Quid expressius atque *signatius* in hanc causam? aut cui alii rei tale documentum?“ Fuerunt vero qui interpungebant: *composuit animatum, spiritu omnium animarum animatore signatum, et ipsum* sqq. Non ita male. In seqq. pro *vobis* edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.?) Gelen. Herald. (Oxon.?) Haverk. habent *nobis;* illud retinent Put. Goth. Ampl. Erl. (Lugdd.?) MSS. Pamelii et edd. Rig. Haverk. Pro *interfecta* mox Erl. praebet *intersecta.* Verbum *interficere* de re inanima. Sic Apul. Metam. V, 4. „*interfectae* virginitatis.“, (ad quem locum v. Intt.) Id. de Deo Socr. 17., ubi pars edd. praefert „*interfectis sapientiae officiis*“ pars „*intersectis sap. officiis.*“ Arnob. III, 23. „*interficit* nocentissimum frigus.“ Cf. Non. Marcell. p. 449. Hildebr. ad Apul. l. l. — *defuncta vivescunt* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. Oxon. Fuld. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Gelen. Pamel. Herald. *defuncta viviscunt* Agob. Lugd. I. *defuncta reviviscunt* edd. Rig. Haverk. ex coni. Fulvii Ursini. *defuncta iuvenescunt* Erl. — *fructus consummantur* (*consumantur* edd. Rhen. Gangn. et Lugd. II.) Put. Fuld. Goth. Ampl. Oxon. Lugd. I. et edd. Gelen. Pam. Herald. *fructus consumuntur* Erl. Agob. et edd. Barr. Rig. Haverk. *consummari* est ad maturitatem et confectionem pervenire. Minuc. Felix in Octavii sui cap. 48. hunc locum ita expressit: „Vide adeo quam in solatium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol demergit et nascitur, astra labuntur et redeunt, flores occidunt et revivescunt, post senium arbusta frondescunt, semina nonnisi corrupta revirescunt: ita corpus in saeculo, ut arbores in hiberno occultant virorem ariditate mentita. Quid festinas, ut cruda adhuc hieme revivescat et redeat? exspectandum etiam nobis cor-

rupta et dissoluta fecundius surgunt, omnia pereundo servantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo, tantum nomen, si intellegas te vel de titulo Pythiae discens, dominus omnium morientium et resurgentium, ad hoc morieris, ut pereas? Ubicumque resolutus fueris, quaecunque te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet te. Eius est nihilum ipsum cuius et totum. Ergo, inquitis, semper moriendum erit et semper resurgendum. Si ita rerum dominus destinasset, ingratis experireris condicionis tuae legem. At nunc non aliter destinavit quam praedicavit. Quae ratio universitatem ex diversitate conposuit, ut omnia ex aemulis substantiis

poris ver est." Cf. Paul. Ep. ad Corinth. I, 15, 36. Clem. Rom. Ep. I, 24. Tertull. de Resurr. Carnis 12. Ambros. Hexaem. III, 8. — *si intellegas te* h. e. an intellegas te. Ed. Gelen. habet *si intelligis te*. — *de titulo Pythiae dicens* Erl. Lugd. II. Agob. Goth. Ampl. et ed. Rhen. *de titulo Pythiae diceris* ed. Gelen. *de titulo Pythiae disces deum* Fuld. *de titulo Pythiae discens* Put. Oxon. (Lugd. I.?) MSS. Pamelii et reliquae edd. omnes. In seqq. pro *dominus* Erl. habet *domus*, ed. Rhen. *dominum*, mendose. Mox edd. Gangn. Barr. (Fuld.?) *morientium resurgentiumve* pro *morientium et resurgentium*. Refer Tertulliani verba ad Delphicam illam inscriptionem: *ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ.* Plin. H. N. VII, 32. Plutarch. de EI apud Delphos 2. Cf. quae protuli in adnot. ad Varron. Sat. XXXIX. p. 137. In seqq. Fuld. habet: *ad hoc morieris ut pereas? resurgas? Ubicumque* sqq., pro quo Iun. coni. *ad h. m. u. pereas? Resurges ubicunque* sqq. — *hauserit et aboleverit* Erl. *hauserit*, *absorpserit* Fuld. *hauserit*, *aboleverit* (*adoleverit* Put. mendose) reliqui libri tam scripti quam editi. In seqq. pro *prodegerit* Fuld. (in quo etiam abest *te* post *reddet.*) et Lugd. I. habent *redegerit*. Mox Erl. *cuius est totum* pro *cuius et totum*. — *ingratis* (*ingratus* Erl. Lugd. I. Scribe: *ingratiis*) *experireris* Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Erl. Lugd. I. et edd. omnes praeter Rhen., in qua est *ingratis experieris*, ut habet etiam Lugd. II., a m. sec., cum a m. pr. esset *ingratis experiens*. Adverbium *ingratis* significatu Graecorum *ἀκουσίως* iam supra habuimus capp. 4. et 26. Fortasse scribendum: *destinasses et ingratis*; facile enim particula *et* repetitur ex finali syllaba vocabuli praegressi. — *ut omnia ex aemulis* Fuld. et inde edd. Rig. Haverk. *ut omnia aemulis*, deleta praepositione, reliqui libri tam scripti quam editi omnes. Adiectivum *aemulus*, *a*, *um* apud Tertullianum plerumque esse *inimicus*, *a*, *um* notum est. Sic supra cap. 38. „*aemu-*

sub unitate *tecum* constarent ex vacuo et solido, ex animali et inanimali, ex conprehensibili et inconprehensibili, ex luce et tenebris, ex ipsa vita et morte: eadem aevum quoque ita destinata et distincta condicione conseruit, ut prima haec pars ab exordio rerum quam incolimus temporali aetate ad finem defluat, sequens vero quam expectamus in infinitam aeternitatem propagetur. Cum ergo finis et limes, medius qui interhiat, adfuerit, ut etiam ipsius mundi species transferatur aeque temporalis, quae illi dispositioni aeternitatis aulaei vice oppansa est: tunc restituetur omne humanum genus ad expungendum quod

lis studiorum compulsationibus inquietare." — *sub unitate constarent* Fuld. Erl. (Lugdd.?) et edd. omnes praeter Barr. in qua *constarent* omissum est. *sub unitate cum constarent* Put. Goth. Ampl. Oxon., unde emendandum putavi: *sub unitate tecum constarent.* Mox Fuld. praebet: *ipsa* (*et ipsa* ed. Barr.) *vita et morte* - *eadem. Aevum quoque ita distincta condicione conservatur*, *ut prima autem pars* sqq. — *ita destinata et distincta* Put. *ista* (*ita* Erl. Lugd. II.) *destinata distincta* Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. edd. Rhen. Gangn. Barr. *ita destinata ac distincta* (Oxon.?) edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. Fortasse cum Fuld. et Put. distinguendum: *ex morte eadem. Aevum quoque* et in seqq. cum parte Codd. MSS. et edd. scribendum: *ista* (sc. ratio) *destinata distincta* sqq. — *temporalitate* Lugd. II. (qui idem liber in seqq. pro *aeternitatem* a m. rec. habet correctum *aeternitatemque*) Agob. In cett. *temporali aetate.* — *ipsius mundi* Put. Ampl. Erl. (in quo libro paulo ante abfuit voc. *medius*). In reliquis omnibus tam editis quam scriptis extat: *mundi ipsius.* Sensus: Cum ergo finis aevi aderit et ipsius iam mundi quoque species, quae aeque temporalis est atque aevum ipsum et hactenus quasi densum velum et maceria ingens prohibet aeternitatis usum, transeat et immutetur, tunc restituetur omne humanum genus etc. — *aulae vice* Put. Erl. Goth. Ampl., quae lectio fortasse non omnino respuenda. Voc. *aulae* in Goth. adscriptum est manu antiqua „*i. e. habitaculi spatiosi.*" *aulaei vice* edd. omnes. In seqq. pro *omne humanum genus* Fuld. praebet *omnium hominum genus.* — *ad expungendum* Put. Goth. Ampl. Erl. et edd. omnes praeter Gelen., in qua extat *ad persolvendum*, quod reperitur etiam in Lugd. I. et Gorz. Sed recte adnotarunt iam Barraeus aliique hoc glossatoris esse, non Tertulliani. Cf. de vocabulo *expungere* supra capp. 2. 21. 35. Adde quae adnotavi de vocc. *dispunctio* et *dispungere* ad cap. 44.

quod in isto aevo boni seu mali meruit, et exinde dependendum in immensam aeternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors iam, nec rursus ac rursus resurrectio, sed erimus idem qui nunc, nec alii post: dei quidem cultores apud deum semper, superinduti substantia propria aeternitatis; profani vero et qui non integre ad deum, in poena aeque iugis ignis, habentes ex ipsa natura eius, divina scilicet, subministrationem incorruptibilitatis. Noverunt et philosophi diversitatem arcani

ad expurgandum habet Lugd. II. a m. sec., *ad expugnandum* a m. pr. — *et exinde pendendum* (*pendendam* Oxon.) Put. Ampl. Gorz. Lugdd. Oxon. MSS. Pamelii et edd. Gangn. Barr. (Fuld.) Pam. *et exinde dependendum* Goth. *et exin dependendum* edd. Rig. Haverk. In ed. Heraldi *et exinde*, sed voc. *pendendum* omisso, neque in erratis restituto. *et exinde deprehendendum* ed. Rhen. *et exinde prehendendum* ed. Gelen. In seqq. praepositio *in* desideratur in Erl. et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Comparet in reliquis edd. et libris manu exaratis, etiam in Fuld. Mox Erl. habet *perpetuitatis aeternitatem.* — *nec mors iam rursus*, deleta negatione, Fuld. In seqq. *idem* edidi pro vulg. *iidem*, ex Put. Goth. et Erl. Mox ed. Gelen. *qui et nunc* pro *qui nunc.* — *apud deum, superinduti*, deleto voc. *semper*, Fuld. prob. Iunio. — *et qui non integre ad deum* Put. Goth. Ampl. Lugd. II. (a m. pr.) Agob. Lugd. I. et edd. Rig. Haverk. *et qui non integre deum*, deleta praepositione *ad*, Oxon. et Lugd. II. a m. rec. *et qui non integri ad deum* MSS. aliquot Pamelii et ed. Pam. *et qui non integri apud deum* ed. Herald. *et non integri* (*integre* ed. Rhen. , deleto pronomine *qui*, edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld. ?). *et qui non integre ad deum* sc. probabuntur; *ad* praepositio pro *apud*, uti supra cap. 47. „*ad* mortuos amnis." Adverbium *integre* positum pro adiectivum *integri.* Similiter ad Nat. I, 7. „nos hostes *publice*" pro „nos hostes *publici.*" — *in poena aeque* (*aque* Erl. mendose) *iugis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Rig., qui edidit: *in poenam aeque iugis* ex Fuld. V. de *in* praepositione cum accusativo structa pro ablativo quae dederunt Hand. Tursell. III, p. 344. Hildebr. ad Apul. de Dogm. Plat. II, 23. p. 251. *aeque iugis* sc. ut bonorum et dei cultorum apud eum beatitudo. — *habentis ex ipsa* edd. Gelen. Pam. Haverk. *habentes ex ipsa* Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Agob. Erl. Fuld. et reliquae edd. omnes. — *divinam scilicet* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. Agob. et edd. omnes praeter Rig. Haverk., in quibus extat *divina scilicet*, ex auctoritate Fuld., qui in seqq. praebet etiam *subministratione*, sed mendose hoc. *Πῦρ σωφρονοῦν* dicit Clem. Alex. Protr. p. 35. ed.

et publici ignis. Ita longe alius est qui usui humano, alius qui iudicio dei apparet, sive de caelo fulmina stringens, sive de terra per vertices montium eructans; non enim absumit quod exurit, sed dum erogat, reparat. Adeo manent montes semper ardentes, et qui de caelo tangitur, salvus est, ut nullo iam igni decinerescat. Et hoc erit testimonium ignis aeterni, hoc exemplum iugis iudicii poenam nutrientis: montes uruntur et durant. Quid nocentes et dei hostes?

49. Hac sunt quae in nobis solis praesumptiones vocantur, in philosophis et poëtis summae scientiae et insignia ingenia. Illi prudentes, nos inepti; illi honorandi, nos inri-

Potter. Minuc. Fel. Octav. 34. „Illic *sapiens ignis* membra urit et reficit, carpit et nutrit.“ Cf. Hieron. in Daniel. 3. fol. 503. Paulin. Ep. ad Sever. 9. Tertull. adv. Gnost. 3. — *alius est ignis qui usui* Fuld. In cett. libris omnibus: *alius est qui usui.* De re cf. Plat. Phaed. p. 112. (et adn. Wyttenb. p. 318.) sqq. Cf. Euseb. Praepar. Evang. XIII, 7. In seqq. pro *apparet* (h. e. apparitor est, ministrat.) in Erl. simplex est *paret*, et mox Goth. et Ampl. *flumina* pro *fulmina* habent librarii errore. — *per verticem montium eructans* Erl. *per vertices m. eructuans* Fuld. Verbi *eructare* formam alteram *eructuare* vix minus illa in usu fuisse vett. scriptt. etiam alii Codd. MSS. testantur. — *assumit quod exurit* edd. Rhen. Gelen. Herald. *absumit quod esurit* Erl. In cett. libris omnibus *absumit quod exurit.* — Post *exurit* in Lugd. I. abest particulo *sed.* Verbum *erogare* Tertullianeo usu positum pro interimere, extinguere, pessumdare habuimus iam supra cap. 44. init. Item adv. Iud. 2. „*erogat* hominem febris“ de Anima 51. „corruptelae materias *erogarat.*“ In seqq. pro *Adeo* Erl. habet *Ideo.* Cf. ad capp. 4. et 35. de illa particula. — *ullo iam igni* Oxon. *nullo iam igne.* In cett. omnibus *nullo iam igni.* Mox post *decinerescat* in Fuld. abest particula *Et.* Minuc. Felic. Octav. 34. „Sicut ignes fulminum corpora tangunt nec absumunt, sicut ignes Aetnaei montis et Vesui montis et ardentium ubique terrarum flagrant nec erogantur, ita poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur.“, quae verba pro interpretamento verborum Tertulliani accipias. — *nutrientes montes* Put. Goth. Ampl. et ed. Rhen. In cett. omnibus *nutrientis: montes.* —

49. — *Hac sunt quae* Put. Lugdd. et ed. Pamel. *Haec sunt quae* Goth. Ampl. Oxon. Erl. et reliquae edd. omnes. — *et in poetis* Erl. Lugd. II. In cett. omnibus *et poetis.* — *illi honorandi* sc. statuis et salariis, ut dixit cap. 46. *et insignia ingenia.* Ut

dendi, immo eo amplius, et puniendi. Falsa nunc sint quae tuemur et merito praesumtio, attamen necessaria; inepta, attamen utilia; si quidem meliores fieri coguntur qui eis credunt, metu aeterni supplicii et spe aeterni refrigerii. Itaque non expedit falsa dici nec inepta haberi quae expedit vera praesumi; nullo titulo damnari licet omnino quae prosunt. In vobis itaque praesumptio est haec ipsa quae damnat utilia. Proinde nec inepta esse possunt, certe et si falsa et inepta, nulli tamen noxia; nam et multis aliis similia quibus nullas poenas inrogatis, vanis et fabulosis, inaccusatis et inpunitis, ut innoxiis: sed in

saepe apud scriptores sequioris aetatis, ita et hic *ingenia* sunt ingeniose excogitata. V. quos locos ex Tertulliani scriptis excitant Rigalt. et Semmler. in Glossariis suis editionibus additis. Gierig. ad Plin. Paneg. 49. p. 147. Intt. ad Petron. 119. p. 72. ed. Burm. Salmas. ad Tertull. de Pall. 1. p. 131 sq. — *quae tuentur* Put. Goth. Ampl. Erl. quae scriptura est minime respuenda, siquidem Christianos cum poetis et philosophis eadem docere de aeterno supplicio dictum erat. *quae tuemur* (Oxon.? Fuld.? Lugd. I.?) edd. omnes. — *praesumptio* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. et edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.). *praesumptiones* edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. Mox Erl. *coguntur fieri* pro *fieri coguntur*, et paulo post Oxon. *qui de eis credunt* pro *qui eis credunt*, Lugd. I. *metu et aeterni* pro *metu aeterni.* — *licet quae prosunt omnino* edd. Rhen. Gangn. Barr. (Fuld.) Gelen. Pam. Herald. *licet omnino quae prosunt* Put. Goth. Ampl. Erl. Lugd. II. Agob. (Lugd. I.?) et edd. Rig. Haverk. Erl. et Lugd. II. distinguunt *quae prosunt in vobis. Itaque.* Pro *quae expedit* paulo supra ed. Pam. mendose habebat *et expedit;* Fuld. *praesumi. Proinde nullo titulo* pro vulg. omnium reliquorum librorum scriptura *praesumi. Nullo titulo.* Verba *Nullo titulo* prorsus absunt Oxon. In seqq. ed. Barr. praeter Codd. MSS. auctoritatem *multis et aliis similia* pro *multis aliis similia.* — *inrogatis in eius modis accusatis et impunitis*, *ut noxiis. aeque enim si utiqne inrisum iudicandum est* sqq. Fuld. corrupte. Pro *inrogatis* Ampl. habet *erogatis.* Mox Agob. *et innoxiis* pro *ut innoxiis.* Struendum: quibus nullas poenas inrogatis, quippe vanis et fabulosis quae inaccusata sunt et impunita, quippe innoxia. — *sed in eiusmodi enim*, *si utique, inrisui* (*irrisioni* Goth. Ampl. *in risu* Lugd. I. *inrisu* Agob. Oxon. edd. Rig. Haverk.) *iudicandum est* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Bong. Lugdd. et edd. Rig. Haverk. *aeque enim si utique inrisum iudicandum est* Fuld. *sed in eiusmodi*, *si utique irrisioni adiudi-*

eiusmodi enim, si utique, inrisui iudicandum est, non gladiis et ignibus et crucibus et bestiis; de qua iniquitate saevitiae non modo caecum hoc vulgus exsultat et insultat, sed et quidam vestrum, quibus favor vulgi de iniquitate captatur, gloriantur. Quasi non totum quod in nos potestis nostrum sit arbitrium. Certe, si velim, Christianus sum: tunc ergo me damnabis, si damnari velim; cum vero quod in me potes, nisi velim, non potes, iam meae voluntatis est quod potes, non tuae potestatis. Proinde et vulgus vane de nostra vexatione gaudet; proinde enim nostrum est gaudium, quod sibi vindicat, qui malumus damnari quam a deo excidere: contra illi qui nos oderunt, dolere non gaudere debebant, consecutis nobis quod elegimus.

candum est edd. Rhen. Gangn. Barr. *Sed in eiusmodi error si utique irrisioni iudicandum* (*adiudicandus* ed. Gelen.) *est* edd. Gelen. Pamel. Herald. (qui emendare vult: *Sed in eiusmodi error sit, utique irrisu iudicandum est*). De adversativa *Sed* coniuncta cum particula *enim* v. Hand. Tursell. tom. I. p. 444. tom. II, p. 396. Bach. ad Ovid. Metam. I, 530. X, 323. Buenem. ad Lactant. Epit. 67. p. 1337. Genitivus adverbialis *eiusmodi* insolenter instar substantivi cum praepositione structus, ut rursum ad Natt. II, 1. „*in huiusmodi* penes vos auctoritas maior.", ut *in eiusmodi* sit pro *in eiusmodi rebus* vel *in talibus*. Verborum *si utique* ellipsis non diversa est ab formula *si forte*, frequentissima illa apud Tertullianum, de qua dixi supra ad cap. 16. *si utique* sc. iudicandum est; *inrisui* vero *iudicare* est damnare inrisui vel ad inrisum. Verbum *iudicare* pro damnare, condemnare, habuimus supra 47. „iudicet veritatem." Cf. cap. 4. Post verba *et bestiis* ed. Gelen. inserit *vindicandus*, quod vocabulum neque in libris scriptis neque in editionibus aliis reperitur. — *non modice cum* Erl. *non modo secum* Agob. In cett. *non modo caecum*. In antecedentibus Oxon. habebat *iniquitate et saevitiae*, et in seqq. Lugd. II. et Agob. delet verba *et insultat* et paulo post *captatur.*, et ed. Rhen. pro *quasi non totum* habet *non quasi totum*. — *nisi velim*, *non posses* Fuld. In reliquis omnibus *nisi velim*, *non potes*. — *Proinde vulgus* Lugd. I. Mox pro *vane* Goth. Ampl. Oxon. habent *vana*. — *proinde et nostrum* edd. Gelen. Pamel. In cett. omnibus *proinde enim nostrum*. — *vindicat*, *qui malumus* Gorz. Put. et edd. Gangn. Barr. (Fuld.) Rig. *vindicat*, *qui malunt* Goth. Ampl. Oxon. et ed. Rhen. *vindicant* (*vendicant* Lugd. I.) *qui malumus* Lugdd. et edd. Pam. Herald. Haverk. *vendicat qui maluimus* Erl. et ed. Gelen.

50. Ergo, inquitis, cur querimini quod vos insequamur, si pati vultis, cum diligere debeatis per quos patimini quod vultis? Plane volumus pati, verum eo more, quo et bellum miles. Nemo quidem libens patitur, cum et trepidare et periclitari sit necesse; tamen et proeliatur omnibus viribus et vincens in proelio gaudet qui de proelio querebatur, quia et gloriam consequitur et praedam. Proelium est nobis quod provocamur ad tribunalia, ut illic sub discrimine capitis pro veritate certemus. Victoria est autem pro quo certaveris obtinere. Ea victoria habet et gloriam placendi deo et praedam vivendi in aeternum. Sed obducimur; certe cum obtinuimus: ergo vicimus, cum occidimur. Denique evadimus,

quod sibi vindicat sc. vulgus. — *quod elegimus* Put Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugd. II. et edd. Herald. Rig. Haverk. *quod diligimus* Lugd. I. *quod eligimus* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. (Fuld.?) Pam. —

50. — *insectamur* Erl. *insequantur* Ampl. In cett. *insequamur*. In seqq. edd. Rhen. et Herald. distinguunt male *patimini? pati vultis. Plane volumus* sqq. — *bellum miles. Nemo quidem* Put. Erl. Lugdd. *bellum miles. Nemo quippe* Oxon. Ampl. Goth. (sed in Goth. manu antiqua super voc. *quippe* superscriptum est: „vel *quidem*") edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *bellum nemo quidem*, sublata distinctione et voc. *miles*, Fuld. et inde edd. Rig. Haverk. In seqq. Lugd. II. mendose habet *quia de proelio querebatur.*, mox Oxon. *ut ibi sub discrimine* pro *ut illic sub discrimine*, Erl.: *Victoriae est autem* pro *Victoria est autem.* Agob.: *qui et gloriam* pro *quia et gloriam.* Post *certaveris*, *obtinere. Ea* in Lugd. I. desideratur voc. *victoria.* — *sed obducimur* h. e. convincimur. Cf. supra ad cap. 46. Dicit Tertullianus: At quomodo hoc fieri potest, inquitis, cum tamen obducimur? Sane obducimur, sed cum obtinuimus. Obduci enim a vobis et mori, quod idem est apud vos in causa Christianorum, nobis est obtinuisse et vicisse. Postremo evadimus hoc saeculum, cum obducimur, en praeda quam consequimur aeternae vitae. Alii *obducimur* hic sumsere pro extinguimur, trucidamur, quo significatu hoc verbum apud Tertullianum non occurrit, nec apud alios scriptores. Pro *certe cum* in Lugd. II. a m. pr. erat *certe qui cum.* Pro *vicimus*, quod tuentur Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. (Lugdd.?) et edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald., Fuld. et edd. Rig. Haverk. praebent *vincimus.* In Fuld. totus hic locus ita habetur: *Sed occidimur, certo, cum obtinuimus. Ergo vincimus*

cum obducimur. Licet nunc sarmenticios et semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur. Hic est habitus victoriae nostrae, haec palmata vestis, tali curru triumphamus. Merito itaque victis non placemus; propterea enim desperati et perditi existimamur. Sed haec desperatio et perditio penes vos in causa gloriae et famae vexillum virtutis extollunt. Mucius dexteram suam libens in ara reliquit: o sublimitas animi! Empedocles totum sese Catanensium Aetnaeis incendiis donavit: o vigor mentis! Ali-

cum occidimur; denique evadimus cum obducimur. Licet et nunc sqq. Edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. sublata interpunctione post *Sed obducimur* incidunt post *certe.* — *sarmenticios* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. omnes. *sarmentarios* Fuld. — *semiaxios* Fuld. *semarios* Erl. Lugd. I. *semissios* edd. Rhen. Gangn. Barr. *semissarios* ed. Gelen. *semaxios* Goth. Put. Ampl. Oxon. (Lugd. II.?) MSS. Pamelii et edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. — *quia ad stipitem* Fuld. Erl. In cett. *qui ad stipitem.* In seqq. pro *axis*, quod tuentur Put. Goth. Ampl. Oxon. Lugdd. Fuld. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk., Erl. habet *aris*, edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *assis.* Cf. de Pudic. 22. „puta in patibulo iam corpore expanso, puta in stipite iam leone concesso, puta in *axe iam incendio adstructo*“ sqq. Cf. Lips. de Cruce III, 10. Dimidiata axis pars occupabatur stringendis et alligandis in supplicio reis. Nam in pulpam dividebatur axis sive in longum, ut vocant, ut parti planae adaptaretur corpus cremandi martyris, admotis sarmentis, ex quo et sarmenticii. Hinc semaxii, ad incendium aptati semiaxi. (Iun.). — *haec palmata vestis.* Fuit haec propria triumphantium. V. Manut. Quaest. per Epist. p. 48 sq. Fr. Wernsdorf de Veste Palmata ad Tertulliani Apolog. cap. 50. Dissertat. (Wittemb. 1766. 4.) Cf. Intt. ad Sueton. Claud. 17. Iuvenal. Sat. X, 38. Liv. X, 7. Lamprid. Alex. Sever. 40. (et ibi Salmas. p. 509 sq.). Festus s. v. *Picta* putat dictam non a palma arbore, sed quod clavos intextos haberet latos instar palmae manus, qua re putasse videtur palmatam tunicam a laticlavia non differre. In sqq. pro *propterea enim desperati* Fuld. praebet *merito desperati.* Mox idem liber *in causam* pro *in causa*, et Erl. *desperatio atque perditio pene suos* pro *desp. et perditio penes vos.* — *sese* (*se* Lugd. I. Erl. *esse*) *atheniensium* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. *sese Catanensium* edd omnes. In Fuld. abest voc. *Catanensium.* Mox pro *Aetnaeis* Put. habet mendose *athenaeis*, ut etiam Lugd. II. — *incendiis donat* Fuld. et ed. Haverk.

qua Carthaginis conditrix rogo secundum matrimonium dedit: o praeconium castitatis! Regulus, ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore cruces patitur: o virum fortem et in captivitate victorem! Anaxarchus, cum in exitum tisanae

In cett. omnibus *incendiis donavit.* De morte Empedoclis fabulosa Diog. Laert. VIII, 67 sqq. et ibi Menag. Sturz: Empedocles Agrigentinus (Lips. 1805.) p. 122 sqq. Sim. Karsten: Empedocles Agrigentinus (Amstelod. 1838.) p. 45 sq. De Mucio Scaevola v. Liv. II, 12. Flor. I, 10. Eutrop. I, 11. Valer. Maxim. III, 3. Martial Epigr. I, 22. — *Aliqua Carthaginis conditrix.* De pronomine *aliquis* nominibus propriis addito cf. supra capp. 12. 19. — *rogo se secundum* Put. Goth. Ampl. Oxon. Agob. Lugd. II. et edd. omnes praeter Rig. Haverk., in quibus legitur *rogo secundum*, ut habet etiam Erl. et Fuld., quorum librorum alter praebet deinde: *matrimonium dedit: o praeconium castitatis et pudicitiae. Regulus* sqq. *rogo secundum matrimonium dedit* h. e. sese in rogum potius intulit quam ut matrimonio secundo Hiarbae Maurorum regi, qui ambiebat etiam cum minis eam, coniungi pateretur. V. Iustin. Hist. Phil. XVIII, 4 — 6. — *ne unus pro multis viveret*, deleto voc. hostibus, Lugd. II. Agob. In seqq. post *virum fortem* pro *et* (quod Lugd. II. delet prorsus) Fuld. praebet *etiam.* De Reguli morte v. Cic. de Off. III, 26 sqq. Valer. Maxim. II, 9. Intt. ad Horat. Od. III, 5. Lactant. V, 13. Augustin. C. D. I, 15. III, 18. — *in exitum tisanae* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. *in exitu tisanae* Agob. *in exitium ptisanae* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Herald. *in exemplum ptissanae* Fuld. et inde edd. Rig. Haverk. Rigaltius *in exemplum ptissanae* esse putat *in modum ptissanae.* Malim *exemplum* interpretari per *poenae exemplum*, de quo vocabuli usu v. Gell. N. A. VI, 4.: „Poenitio, inquit, propter exemplum est necessaria, idcirco veteres quoque nostri *exempla pro maximis gravissimisque poenis dicebant.*“ Donat. ad Terent. Eunuch. V, 7. 21. Schneider ad Caes. B. G. I, 31. *tisanae* genitivus coniungendus cum voc. *pilo.* Verba *in exitum* significant usque ad mortem, in finem mortis. Sic voc. *exitus* occurrit usurpatum pro morte etiam paulo infra. Cf. supra Fragm. Fuld. in adn. ad cap. 18. De Anaxarcho Diog. Laert. IX, 10, 2. „*καὶ εἶχεν*, inquit, *ἐχθρὸν Νικοκρέοντα τὸν Κύπρου τύραννον· καί ποτε ἐν συμποσίῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐρωτήσαντος αὐτὸν τί ἄρα δοκεῖ τὸ δεῖπνον εἰπεῖν φασιν „Ὦ βασιλεῦ, πάντα πολυτελῶς· ἔδει δὲ λοιπὸν κεφαλὴν σατράπου τινος παρατεθεῖσθαι“· ἀποῤῥίπτων πρὸς τὸν Νικοκρέοντα. ὁ δὲ μνησικακήσας μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως ὅτε πλέων ἀκουσίως προσηνέχθη τῇ*

pilo contunderetur: Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis: o philosophi magnanimitatem, qui de tali suo exitu etiam iocabatur! Omitto eos qui cum gladio proprio vel alio genere mortis mitiore de laude pepigerunt. Ecce enim et tormentorum certamina coronantur a vobis. Attica meretrix carnifice iam fatigato postremo linguam suam comesam in faciem tyranni saevientis expellit, ut ex-

Κύπρῳ ὁ Ἀνάξαρχος, συλλαβὼν αὐτὸν καὶ εἰς ὅλμον βαλὼν ἐκέλευσε σιδηροῖς ὑπέροις τύπτεσθαι. τὸν δὲ οὐ φροντίσαντα τῆς τιμωρίας εἰπεῖν ἐκεῖνο δὴ τὸ περιφερόμενον· „Πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πτίσσεις"· κελεύσαντος δὲ τοῦ Νικοκρέοντος καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἐκτμηθῆναι, λόγος ἀποτραγόντα ἐμπτύσαι αὐτῷ. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως· Πτίσσετε μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον· θύλακός ἐστι· Πτίσσετ' Ἀνάξαρχος δ' ἐκ Διός ἐστι πάλαι. Καί σε διαστείλασα γνάφοις ὀλίγον τάδε λέξει Ῥήματα Περσεφόνη, Ἔῤῥε μυλωθρὲ κακέ. Rem memorant etiam Plutarch. de Virt. Mor. p. 449. F. Valer. Max. III, 4. Clem. Alex. Strom. IV, p. 589. ed. Potter. Gregor. Nazianz. Epist. 58. Theodoret. Serm. VIII, de Martyr., p. 120. Dio Chrysost. Orat. 37. Nemes. de Nat. Hom. 30. Tatian. Or. ad Gr. 32. — *Tunde, tunde aiebat.* Alterum *tunde* abest in Erl. et Lugd. II. De voc. *folle* de corpore humano usurpato v. Lindenbrog. et Scalig. ad Virg. Catal. p. 301. Petav. ad Themist. Orat. XVII, p. 724. Intt. ad Diog. Laert. l. l. Gataker. ad Antonini Comment. VIII, 37. p. 309. Arnob. in Psalm. 149. „in extensione *follis nostri corporei.*" Lucil. ap. Non. p. 110. „ego si qui sum, et quo *folliculo* nunc sum indutus non queo." Arnob. adv. Nat. II, 76. „in carunculae huius *folliculo* constitutis." — *qui de tali suo exitu* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. edd. Rig. Haverk. *qui tali de suo exitu* reliquae edd. omnes. Pro *magnanimitatem* Erl. habet *magnitudinem.* — *Omitto eos qui* Put. Goth. Ampl. Oxon. Gorz. (Lugdd.) Fuld. et edd. Gelen. Gangn. Barr. Pam. Rig. Haverk. *Omitto qui*, deleto voc. *eos*, Erl. et edd. Rhen. Herald. *mitiore de laude pepigerunt* h. est tanquam pactionem fecerunt cum gladio vel alio mortis genere de fama inde adipiscenda, quamquam mitiore, quippe de mitiori exitu. Pro *gladio* mox Lugd. II. mendose *gaudio.* — *vel alio genere* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. *aliove genere* edd. omnes. — *comesam* Put. Erl. Lugd. II. edd. Rig. Haverk. *comestam* (Fuld.) Goth. Ampl. Oxon. (Lugd. I.?) et edd. reliquae omnes. *Attica quaedam meretrix* Fuld. solus. — *saevientis expellit* Put. Erl. Lugdd. *saevientis exspuit* Goth. Ampl. Oxon. et edd. omnes. —

spueret et vocem, ne coniuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset. Zeno Eleates consultus a Dionysio, quidnam philosophia praestaret, cum respondisset, contemptum mortis, inpassibilis flagellis tyranni obiectus sententiam suam ad mortem usque signabat. Certe Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata tantum honorem tolerantiae domui conferunt quantum sanguinis fuderint. O gloriam lici-

ut exspueret Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes. *ut expelleret* Fuld. Agob. In seqq. Fuld. habet *etiamsi victa voluisset* pro *si etiam victa voluisset.* Leaenae meretricis, lyrae cantu familiaris Harmodio atque Aristogitoni, memorabile facinus narrant praeter Tertullianum etiam Pausan. I, 23, 1. Plin. H. N. VII, 23. et XXXIV, 8. Cic. de Glor. p. 488. ed. Orell. Athen. Deipnosoph. XIII, p. 596. f. Lactant. I, 20. Cf. Ios. Scalig. ad Euseb. Chron. p. 98. In seqq. pro *Zeno Eleates* plurima pars Codd. MSS. praebet vitiose *Zenocleates.* — *contemptum mortis* (sc. praestare) Put. Goth. Ampl. Oxon. Fuld. Lugdd. Erl. et edd. omnes praeter Haverk., in qua extat *contemtu mortis.* — *inpassibilis flagellis tyranni obiectus* Put. Goth. Ampl. Lugdd. Agob. MSS. Pamelii et ed. Pamel. *impassibilibus flagellis tyranni obiectus* (Oxon.?) edd. Rhen. Gangn. Barr. Herald. In edd. Gelen. et Rig. (in qua *subiectus* pro *obiectus*) abest voc. *impassibilibus.* Fuld. et ed. Haverk. praebent *impassibilem fieri flagellis tyranni subiectus.* Ceterum in tyranni Zenonis carnificis nomine variant scriptores. Alii appellant Nearchum (Diog. Laert. IX, 25. Diod. Sicul. X, exc. tom. IV, p. 62. Wesel. Valer. Max. III, 3.), alii Demylum (Plutarch. περὶ Στοικῶν ἐναντιωμάτων p. 1051. C. et adv. Colotem Epicur. p. 1126. C. Clem. Alex. Strom. IV, p. 589. Potter. Cf. Henr. Vales. ad Ammian. Marcell. XIV, 9.) alii Diomedontem (Diog. Laert. l. l.). Cf. etiam Cic. Tuscul. II, 22. et de Nat. Deor. III, 33. et ibi Intt. In seqq. post voc. *Laconum* glossator in Ampl. inseruit *i. e. Lacedaemoniorum.* — *Laconum flagella.* V. Pausan. III, 16, 7. Davis. ad Cic. Tuscul. V, 27. Manso Sparta I, 2. p. 183. Mueller Dorier II, p. 312. cf. I, p. 381 sqq. Haase ad Xenoph. Respubl. Lac. p. 80 sqq. — *tantum honorem tolerantiae domui* (*domini* Lugd. I. vitiose) Put. Gorz. Lugdd. Agob. Goth. Ampl. Oxon. et edd. Gangn. Barr. Gelen. Pamel. Herald. *tantum honor est tolerantiae. deinde conferunt* ed. Rhen. *tantum honoris tolerantiae domui* (*domi* ed. Haverk.) *conferunt* Fuld. Erl. ed. Haverk. *tantum honoris conferunt* ed. Rig. reliquis deletis. — *fuderint* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Gorz. (Lugd. II.?) Fuld. et edd. omnes praeter Haverk. in qua est *fuderunt*, ex auctoritate Lugd. I.

tam, quia humanam, cui nec praesumptio perdita nec persuasio desperata reputatur in contemptu mortis et atrocitatis omnimodae, cui tantum pro patria, pro imperio, pro amicitia pati permissum est quantum pro deo non licet! Et tamen illis omnibus et statuas defunditis et imagines inscribitis et titulos inciditis in aeternitatem; quantum de monumentis potestis scilicet, praestatis et ipsi quodammodo mortuis resurrectionem. Hanc qui veram a deo sperat, si pro deo patiatur, insanus est. Sed hoc agite, boni praesides, meliores multo apud populum si illis Christianos immolaveritis, cruciate, torquete, damnate, atterite nos: probatio est enim innocentiae nostrae iniquitas vestra. Ideo nos haec pati deus patitur. Nam et proxime ad lenonem damnando Christianam potius

In seqq. pro *humanam* Fuld. habet *humana.*, Oxon. *cur nec* pro *cui nec.* — *desperata reputatur* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. omnes praeter Haverk., in qua extat *desperata deputatur* ex coni. Fulvii Ursini. *reputatur* h. e. in aestimationem venit, vel attribuitur. Mox pro *atrocitatis* Erl. *atrocitas.* — *omnimodae* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *omni modo* Fuld. et edd. Rhen. Gangn. Barr. Mox post verba *pro patria* Fuld. (et inde etiam ed. Haverk.) inserit *pro agro* et in seqq. delet voc. *pati.* — *statuas defunditis* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pamel. Herald. Rig. Haverk. *statuas diffunditis* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. *statuas decernitis* Fuld. Idem liber in seqq. habet *scribitis* pro *inscribitis.* — *inciditis in aeternitatem* Put. Fuld. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. et edd. Gelen. Pam. Herald. Rig. Haverk. *inciditis*, *aeternitatem* edd. Rhen. Gangn. Barr. — *praestatis et ipsi* Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pam. Rig. Haverk. *praestatis et ipsis* (Fuld.?) edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Herald. Verba *mortuis resurrectionem* absunt in Agob. et Lugd. I. In seqq. voc. *est* post *insanus* desideratur in Goth. — *Sed hoc vel agite* Erl. Mox *meliores multum* in Lugd. II. et deinde in Erl.: *si illos christianis ymmolaretis*, vitiose. — *Ideo haec nos* Erl. In Ampl. abest voc. *nos.* Verba *probatio est enim innocentiae nostrae iniquitas vestra* in Oxon. absunt. — *clamando Christianam* Gorz. et edd. Gangn. Barr. *damnandam Christianam* Fuld. (qui pergit: *potius, quam ad leonem putastis et confessi estis*). In cett. omnibus *damnando Christianam.* Pro *confessi* Erl habet *confossi*, quae lectio non falsa. V.

quam ad leonem confessi estis labem pudicitiae apud nos atrociorem omni poena et omni morte reputari. Nec quicquam tamen proficit exquisitior quaeque crudelitas vestra; inlecebra est magis sectae. Plures efficimur quotiens metimur a vobis: semen est sanguis Christianorum. Multi apud vos ad tolerantiam doloris et mortis hortantur, ut Cicero in Tusculanis, ut Seneca in Fortuitis, ut Diogenes, ut Pyrrhon, ut Callinicus. Nec tamen tantos inveniunt verba discipulos quantos Christiani factis docendo. Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Quis enim non contemplatione eius concutitur ad requirendum quid intus in re sit? quis non, ubi requisivit, accedit? ubi accessit, pati exoptat, ut totam dei gratiam redimat, ut omnem veniam ab eo compensatione sanguinis sui expediat? omnia enim huic operi delicta donantur. Inde est, quod ibidem sententiis vestris gratias agimus; ut est aemu-

Intt. ad Liv. V, 21. cf. Arnob. V, 26. Plures autem virgines Christianas ad lenonem fuisse damnatas constat ex historia ecclesiastica et antiquis martyrologiis. Cf. Ambros. Serm. 98. et de Virgin. I, 1. et II, 4. Prudent. Peristeph. XIV. de Martyrio S. Agnetis. — *proficit exquisitior quaeque* Put. Fuld. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Lugdd. MSS. Pamelii et edd. Pam. Herald. Rig. Haverk. *profuit. Exquisitior quaeque* edd. Rhen. Gangn. Gelen. Barr. Mox ante *plures* Fuld. inserit *etiam*; pro *efficimur* Lugd. II. mendose *efficimus*. Erl. distinguit: *magis. Sectae plures* sqq. Ciceronis Tusculanae et Senecae liber ad Gallionem de Remediis Fortuitorum in omnium manibus versantur. Diogenis in mente habet fortasse Cynici librum de Morte, quem memorat Diog. Laert. VI, 12, 80. Pyrrhonem quod ipse litteris consignaverit nihil reliquisse testatur Diog. Laert. IX, 102. Cf. Fabric. ad Sext. Empir. p. 278. De Callinico rhetore eiusque scriptis v. Fabric. Bibl. Gr. III, p. 36. VI, p. 54. ed. Harles. Cf. Suidas et Eudocia s. v. Codd. Put. Goth. Ampl. Erl. praebent scriptum *Gallinicus*. Edd. vett. *Calinicus*. In seqq. Lugd. II. mendose habet *Christianis factis*. — *quam reprobatis* Oxon. *quam exprobatis* Goth. In cett. *exprobratis*. Pro *Illa* ipsa in Fuld. extat *Ipsa illa*. — *ubi accedit* Oxon. Ampl. Goth. (sed in hoc ab eadem m. antiqua superscr. „vel *accessit*.“) In cett. omnibus *ubi accessit*. — *ut totam dei gratiam* Put. Goth. Ampl. Oxon. Gorz. Fuld. (Lugdd.?) et edd. Gangn. Gelen. Barr. Pam. Haverk. *ut totam gratiam dei* Erl. *ut dei totam gratiam* ed. Rig. *ut dei gratiam*, omisso voc. *totam*, edd. Rhen. Herald. —

latio divinae rei et humanae, cum damnamur a vobis, a deo absolvimur.

a deo absolvimur Put. Goth. Ampl. Oxon. Erl. Fuld. et edd. omnes. *a deo solvimur* Agob. Lugd. II. — Subscriptio in Put. est: APOLLOGYTICVM QVINTI TERTVLLIANI EXPLICIT., et item in Goth. et Ampl., ubi tamen APOLOGETICVM. Subscriptio in Erl. est: „Finis venit. venit finis. A. P.“ et paulo inferius legitur: „Hic liber est Beatae Mariae Virginis In Monasterio Fontissalutis.“ —

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI

AD NATIONES

LIBRI DVO.

AD NATIONES

LIBER PRIMUS.

---

1. Testimonium ignorantiae vestrae, quae iniquitatem dum defendit, revincit, in promptu est, quod omnes qui vobiscum retro ignorabant et vobiscum oderant, simul eis contigit scire, desinunt odisse qui desinunt ignorare, immo fiunt et ipsi quod oderant et incipiunt odisse quod fuerant. Adeo quotidie adolescentem numerum Christianorum ingemitis, obsessam vociferamini civitatem; in agris, in castellis, in insulis Christianos; omnem sexum, omnem aetatem, omnem denique dignitatem transgredi a vobis quasi detrimento doletis, nec tamen hoc ipso ad aestimationem alicuius latentis boni animos promovetis. Non licet rectius suspicari, non libet propius experiri; hic tantum curiositas humana torpescit. Amatis ignorare quod alii gaudeant invenisse; mavultis nescire, quia iam odistis, quasi certe non odituros vos sciatis. Atquin, si nullum erit odii, reperietur optimum utique ab iniustitia priore discedere: sin vero causa constiterit, nihil odio detrahetur, quod adeo amplius iustitiae scientia cumulabitur, nisi si emendari pudet

1. — Cf. Apolog. cap. 1. — *dum defendit*, *revincit*. h. e. dum excusat, condemnat. Apol.: *quam iniquitatem idem titulus* (sc. ignorantiae) *et onerat et revincit*. — *in promtu* Agob. — *retro* h. e. antea. Cf. infra capp. 1. 4. 7. Apol. 1. 2. 3. 18. 21. 40. — *simul* h. e. simul atque. Cf. infra capp. 1. 4. et II, 12. Apol. 1. 9. de Paenit. 6. — *Adeo quotidie*. Particula *adeo* in initio orationis posita proponendae sententiae sive epiphonemati inservit, de quo usu v. Drakenb. ad Liv. II, 43, 10. IV, 31. 5. Hand Tursell. I, p. 152. Cf. ad Apol. 1. et ad Natt. infra cap. 3. Verte: So beseufzt Ihr die täglich heranwachsende Zahl der Christen. — *si nullum erit odii*. Apol.: *si nullum erit odii debitum* (*meritum* Fuld.). Fortasse scribendum *si nihilum erit odii*. — *amplius iu-*

aut excusari piget. Scio plane qua responsione soletis redundantiae nostrae testimonium convenire: non utique eo bonum praeiudicari quia plerosque convertat et sibi rapiat, inquitis. Novi demutationem mentis in malas partes. Quot desertores bonae vitae? quot transfugae in perversum? Multi bona fide, immo iam plures pro extremitatibus temporum. Verum deficit adaequatio comparationis istius. Nam de malo ita constat apud omnes, ut ne ipsi quidem rei, qui ad malum transeunt et a *bonis* in perversa divertunt, defendere malum pro bono audeant. Turpia timori, pudori impia habent; denique gestiunt latere, devitant apparere, trepidant deprehensi, negant accusati, ne torti quidem facile aut semper confitentur: certe damnati maerent; exprobrant etenim quod erant in semetipsos, malae mentis ab innocentia transitum vel fato imputant; adeo nolunt

stitiae scientia Agob. et ed. Rig. *amplius iniustitiae scientia* ed. Gothofr. — *redundantiae nostrae* h. e. multitudinis Christianorum. Cf. infra cap. 7.: *de die redundamus.* — *convenire* h. e. repellere, eludere, occurrere. Millies eo significatu verbum *convenire* occurrit in Tertulliani scriptis. — *quod desertores* Agob. *transfugae? in perversum multi* distinxit Gothofr. perperam. — *pro extremitatibus temporum.* Praescribunt adversarii ex numero non posse iudicari de bonitate, quod concedit Tertullianus. Quot enim desertores probae vitae? quot transfugae in perversum? Multi profecto sunt a proba vita transfugae in malam, eoque plures, cum simus in extremitatibus temporum, ubi cumulantur vitia et pravitates humani generis. Sed comparatio ista transitus a vestris sacris ad religionem Christianam cum transitu ad pravam vitam a bona nequit omnino admitti. *bona fide* h. e. certo, profecto, plane, ἀτεχνῶς. V. Spalding. ad Quinctil. X, 3, 23. Burmann. ad Quinctil. Declam. XII, 1. *Extremitates temporum* quibus adveniet Christus ad emendandum genus humanum memorantur etiam de Paenit. 2. „quam in extremitatibus temporum per spiritum suum universo orbi illuminaturus esset.“ adv. Marc. V, 4. „qui filii denique sui revelationem in extremitatem temporum et disposuit et praedicavit.“ Cf. de Exhort. Cast. 6. De Cultu Femin. 9. „nos sumus in quos decucurrerunt fines temporum.“ — Post *Verum* comma posuerunt Gothofr. et Rig. Male. — *et a bonis in perversa* coni. Casp. Barth. ad oram exempli alicuius ed. pr. quod servatur hodie in Bibl. Senat. Lips. Rep. I, 78. Agob. et edd. Gothofr. Rig. habent *et a vobis in perversa.* — *Christiani*

nolunt suum esse, quia malum negare non possunt. Christiani vero quid tale consequuntur? Neminem pudet, neminem paenitet, nisi tantum pristinorum. Si denotatur, gloriatur, si trahitur, non subsistit, si accusatur, non defendit, interrogatus oonfitetur, damnatus gloriatur. Quod hoc malum est in quo mali natura cessat?

2. In quo ipsi etiam contra formam iudicandorum malorum iudicatis. Nam nocentes quidem perductos, si admissum negent, tormentis urgetis ad confessionem, Christianos vero sponte confessos, tormentis comprimitis ad negationem. Quae tanta perversitas, ut confessioni repugnetis, tormentorum officia mutetis, gratis reum evadere, invitum compellentes negare? Praesides extorquendae veritatis de solis nobis mendacium exquiritis, ut dicamus nos non esse quod sumus. Opinor, non vultis nos malos esse ideoque gestitis de isto nomine excludere. Sane ceteros ad hoc tenditis et carnificatis, ut negent quod esse dicuntur. Atquin illis negantibus non creditis; nobis, si negaverimus, statim creditis. Si certi estis nos nocentissimos esse, cur etiam in hoc aliter quam nocentes a vobis agimur? Non dico quod neque accusationi neque recusationi spatium commodetis (soletis inaccusatos et indefensos non temere damnare): sed verbi gratia si de homicida confutatur,

vero quid tale consequuntur? Apol.: *Christiani vero quid simile?* — *nisi tantum pristinorum.* Apol.: *nisi plane retro non fuisse.* Paenitet solummodo quod non citius Christiani fuerint. —

2. — Cf. Apol. cap. 2. — *perductos* sc. in iudicium. — *gratis* h. e. tota impunitate criminum, ut loquitur infra cap. 3. Casp. Barth. pro *gratis* coni. *urgeatis*, quod minime opus est. — *ad hoc tenditis* sc. eculeo. Hinc non opus est Priorii emendatione *ad hoc tunditis.* — *ut negent quod esse dicuntur* Agob. *ut negent esse quod esse dicuntur* edd. Gothofr. Rig. Verba sunt per ironiam prolata, unde supersedemus emendatione a Casp. Barthio prolata *ut ne negent quod esse dicuntur.* — *soletis inaccusatos* Agob. *soletis et inaccusatos* edd. Gothofr. et Rig. Verba *soletis* — — — *damnare* uncinis inclusi, cum sint parenthetice prolata. — *confutatur* Agob. et edd. Rig. Gothofr. Rigaltius coni. *consultatur.* Casp. Barth. coni. *confitentur.* Sed retinendum est *confutatur*, quod hic idem est quod *convincitur.* Ammian. Marcell. XXVI, 3. „Venefici post agitatas quaestiones nocuisse quibusdam

non statim confesso eo nomen homicidae dispuncta causa est aut satiata cognitio. Quamquam confessis difficile creditis, verum insuper consequentia exigitis, quotiens caedem egerit, quibus in locis, quibus spoliis, sociis, receptoribus, ne quid omnino mali hominis delitescat aut desit aliquid instruendae ad sententiam veritati. Porro de nobis, quos atrocioribus ac pluribus criminibus deputatis, breviora ac leviora elogia conficitis. Credo, non vultis oneratos quos omni opere perditos vultis, aut non putatis requirenda quae nostis. Hoc ergo perversius, si cogitis negare de quibus certissime scitis. Immo, quo magis odio vestro competebat seposita forma iudicandi proprio studio non ad negationem certare, ne quos odistis liberaretis, sed ad confessionem singulorum scelerum, quo magis inimicitiae satiarentur exaggeratione poenarum, dum recognoscitur quot quisque iam convivia illa celebrasset, quotiens in tenebris incursionis incesta? Quid? quod eradicandi generis diffundenda erat requisitio, porrigenda quaestio in so-

apertissime *confutati.* Cf. Id. XVII, 9. extr. *Confutare* autem *de homicida* est confutationem instituere de homicida, vel confutare, convincere homicidam. — *dispuncta causa est.* De verbo *dispungere* admodum frequenti in scriptis Tertulliani cf. Apolog. capp. 18. 37. 44. In seqq. particulam *Quamquam* strue cum participio *confessis.* — *difficile creditis* Agob. et ed. Rig. *difficile credatis* ed. Gothofr. — *criminibus deputatis.* Cf. infra cap. 7. „cui malitiae *deputatur.*“ Apol. cap. 41. „vestris id meritis *deputatur* h. e. tribuitur, destinatur. Cf. Tertull. de Paenit. 3. Pallad. XII, 11. „Atque ita solum, quod huic generi *deputabis* implere.“ Sulpic. Sever. Hist. Sacra II, 7. „Accusatores leonibus *deputari* praecepit.“ Id. I, 53. „Turba colendis agris *deputata.*“ *Receptores* vocat qui alibi appellantur receptatores, h. e. qui latrones ac fures eorumque furta receptant et defendunt. Cf. Intt. ad Cic. Milon. 19. et ad Tac. Ann. IV, 23. Ulpian. Dig. I, 18. 13. „fures conquirere *receptoresque* eorum coercere.“ Callistr. ibid. XL, 14, 3. „*receptores* abigeorum.“ Paul. Sentent. Rec. V, 3, 4. „*Receptores* aggressorum itemque latronum eadem poena afficiuntur qua ipsi latrones.“ — *elogia conficitis.* De voc. *elogium* v. adnot. ad Apol. cap. 2. — *oneratos* h. e. damnatos. Cf. Apol. I. „et *onerat* et revincit.“ — *immo quo magis* Agob. et ed. Gothofr. *immo quod magis* ed. Rig. sine signo interrogationis, quod reposui. *satiarentur.* Sic supra *satiata* cognitio. infra II, 12. *satiata*

cios consciosque. Perducerentur infantariae et coci et ipsi canes pronubi, emendata res esset. Etiam spectaculis gratia adgregaretur. Quanto enim studio in caveam conveniretur depugnaturo aliquo qui centum infantes devorasset? ***Etenim*** tam horrenda tamque monstruosa de nobis deferuntur. Utique erui debuerunt, ne incredibilia viderentur et odium in nos publicum refrigesceret. Nam et plerique fidem talium temperant, ***horrentes*** naturam quaerere pabulum ferinum ***qua*** concubitu ab humano genere praeclusit.

primordiorum disputatione. — *questio in socios consocios quae perducerentur* Agob. et ed. Gothofr. *quaestio in socios consciosque. Perducerentur* ed. Rig. *infantariae et coci et ipsi* Agob. et ed. Gothofr. (in qua tamen desideratur particula *et* ante *ipsi*) *infantarii et coqui et ipsi* ed. Rig. Apud Martial. Epigr. IV, 88. *infantaria* appellatur mulier quae infantes amat vel quae infantes gestat. Masculinum *infantarius* apud nullum scriptorem reperitur: ideoque ex lexicis omnino exterminandum est. De *si* conditionalis particulae ellipsi non est quod verbosius moneam. Res nota est. *Canes pronubi* sunt idem qui in Apologetico appellantur *lenones, eversores luminum.* — *Sed enim tam horrenda* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *Etenim* pro *Sed enim*, quod vitium accrevisse ex finali syllaba voc. *devorasset* in plano est. Olim putabam reponendum: *Sed enim tam horrenda tam quae monstruosa* sqq. deleta interpunctione post *deferuntur*, quae neque comparet in edd. Gothofr. et Rig., vel: *Si enim tam horrenda tamque monstruosa de nobis deferuntur*, *utique erui* etc. Particulas *sed* et *si* saepius confundi a librariis scient qui vetustis membranis uti consuerunt. Cf. infra cap. 9. — *fidem talium temperant* h. e. fidem talibus detrahunt, denegant. — *honorantes naturam* Agob. et ed. Gothofr. *horrentes naturam* ed. Rig. — *ferinum quam concubitu* Agob. ed. Gothofr. *ferinum quam concubitus* ed. Rig. Emendavi locum corruptissimum ita: *horrentes naturam quaerere pabulum ferinum qua concubitu ab humano genere praeclusit.* h. e. dum horrent et exsecrantur naturam tam ferinum quaerere pabulum et quidem quaerere quâ ipsa concubitu illud praeclusit ab humano genere. Non enim ideo concubitum exercet genus humanum ut quos procreet procreatos devoret. Rigaltius suam emendationem his verbis firmare conatur: „Ait Tertullianus: tam horrenda tamque monstruosa de nobis deferuntur, ut plerique fidem talium temperent h. e. fidem talibus non adhibeant, horrentes naturam quaerere pabulum ferinum, nempe homines ita natos ut quaerant et

3. Vos igitur, alias diligentissimi ac pertinacissimi discussores scelerum longe minorum, cum talibus tam horrendis et omnem impietatem supergressis eam diligentiam deseratis, neque confessionem recipiendo iudicantibus semper laborandam neque exquisitionem digerendo damnatoribus semper consulendam, iam apparet omne in nos crimen non alicuius sceleris sed nominis dirigi. Adeo si de criminum veritate constaret, ipsa criminum nomina damnatis *accommodarent*, ut ita pronuntiaretur in nos: illum homicidam, vel incestum, vel quodcunque iactamur, duci, *suffigi*, ad bestias dari placet. Porro sententiae vestrae nihil nisi Christianum confessum notant; nullum criminis nomen exstat, nisi nominis crimen est. Haec etenim est revera ratio totius odii adversus nos. Nomen in causa est, quod quaedam occulta vis per vestram ignorantiam oppugnat, ut nolitis scire pro certo quod vos pro certo nescire certi estis, et ideo nec creditis quae non probantur et, ne probentur facile, non vultis inquirere, ut nomen inimicum sub

appetant pabulum ferinum, naturam adeo ferinam ut carnibus humanis libenter vescantur quae natura est ferarum. Eam vero naturam ferarum i. e. feras ipsas concubitus ab humano genere praeclusit. Unde igitur homines nati ferum genus? ' Verbosius quam evidentius.

3. — Cf. Apolog. capp. 2. et 3. — *cum talibus.* Fortasse reponendum *cum in talibus.* — *iudicantibus semper laborandam* h. e. de qua laborare iudices semper debent. Verbum *laborare* activo sensu pro *elaborare* rarissimum apud scriptores pedestris orationis. Tac. Germ. 46. „frumenta ceterosque fructus patientius quam pro solita Germanorum inertia *laborant.*" Horat. Epod. V, 60. Propert. Eleg. IV, 3, 33. — *damnatis an commodarent* Agob. *damnaretis ac commodarent* ed. Gothofr. *damnatis accomodarent* ed. Rig. *accommodarent* sc. crimina. Olim putabam scribendum *damnationi commodarent* vel etiam *damnatis sane commodarent*, quarum quidem emendationum prior illa neque hodie displicet. *sufficí* Agob. et ed. Gothofr. *suffigi* ed. Rig. ex emend. Gothofr. *Porro* h. e. At enim, ut supra cap. 2., de qua particulae *porro* vi adversativa adeas Spalding. ad Quinctil. Inst. Or. II, 3, 5. Cf. Apolog. cap. 10. „*porro* quale est, ut" sqq. ad Natt. I, 4. II, 1. 2. 3. 4. 5. — *et ne probentur falsae* coni. Haverkamp. ad Apolog. cap. 2. p. 35. *et ne reprobentur facile* coni. Gothofr. Retinui vulgatam, quam veram et genuinam

praesumptione criminum puniatur. Adeo ut de nomine inimico recedatur, ideo negare compellimur; dehinc negantes liberamur tota impunitate praeteritorum, iam non cruenti neque incesti, quia nomen illud amisimus. Sed dum haec ratio suo loco ostenditur, vos quam insequimini ad expugnationem nominis, edite: quod nominis crimen, quae offensa, quae culpa? Praescribitur enim vobis non posse crimina obiicere quae neque institutum dirigit neque prolatio adsignat neque sententia enumerat. Quod praesidi offeratur, quod de reo inquiratur, quod respondetur vel negatur, quod de consilio recitatur, id reum agnosco. Itaque de nominis merito, si qui reatus est nominum, si qua accusatio vocabulorum, ego arbitror nullam esse vocabulo aut nomine querellam, nisi cum quid aut barbarum sonat aut infaustum sapit vel inpudicum vel aliter quam enuntiantem deceat aut audientem delectet. Haec vocabulorum aut nominum crimina, sicuti verborum atque sermonum barbarismus est vitium et soloecismus et insulsior figura. Christianum

esse puto. Dicit: et non vultis inquirere in nos, ne qualia sint nostra crimina (sunt vero nulla) facile probentur. — *dum haec ratio suo loco ostenditur.* „Apologeticum hic omnino indicat. Nempe in Apologeticum iam incumbebat Tertullianus cum hosce libellulos scriberet, atque in eum aliquam multa hic omissa studio et iudicio distulit.“ (Gothofr.) Cf. capp. 7. et 15. infra. — *Praescribitur enim vobis* h. e. haec exceptio vobis opponitur. Vocabula *praescribere*, *praescriptio* etc. in Tertulliani et ICtorum scriptis frequentissima sunt eo significatu. — *non posse crimina obiicere* sc. vos. — *prolatio* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Al. *probatio.* Causa perorata est *institutum*, testes prolati et *prolatio* idem, *sententia* est tertium. *Institutum* dirigit crimina in accusatum, *prolatio* adsignat, *sententia* enumerat. His tribus causa criminalis absolvitur. — *id reum agnosco* h. e. *in id* vel *eius* reum agnosco; accusativus graeco more positus. De modorum enallage *offeratur* — *inquiratur* — *respondetur* — *negatur* — *recitatur* si exempla desideras adeas Hildebr. ad Arnob. I, 38. p. 58. cf. ibid. III, 5. p. 257. et ad Apul. de Dogm. Platon. II, 13. tom. II, p. 232. *Consilium* de iudicibus saepius usurpatur. Liv. XXXVIII, 60. Plin. Ep. VI, 33. — *aut nomine querellam* Agob. et ed. Gothofr. *aut nomini querelam* ed. Rig. et coni. Casp. Barth. In seqq. verba *deceat aut audientem* prave omissa sunt in aliquot edd. Habent edd. Gothofr. et ed. Rig. optima a. 1641. — *quantum significatio*

vero nomen, quantum significatio est, de unctione interpretatur; etiam cum corrupte a vobis Chrestiani pronuntiamur (nam ne nominis quidem ipsius liquido certi estis), sic quoque de suavitate vel bonitate modulatum est. Detinetis igitur in hominibus innoxiis etiam nomen innoxium nostrum, non incommodum linguae, non auribus asperum, non homini malum, non *patriae* infestum, sed et Graecum *cum* aliis et sonorum et interpretatione iucundum. Et utique non gladio aut cruce aut bestiis punienda sunt nomina.

4. Sed dicitis, sectam nomine puniri sui auctoris. Primo quidem sectam de auctoris appellatione *notari* utique probum usitatumque ius est, dum philosophi quoque de auctoribus cognominentur Pythagorici et Platonici, ut medici Erasistratei et grammatici Aristarchii. Itaque si *ob* auctorem malum mala *secta*, tradux mali nominis plectitur. Atquin temeritate prae-

est. Apolog. 3.: *quantum interpretatio est.* — *interpretatur.* Passive sumendum. V. Eckstein. ad Aristarch. tom. III, p. 953. Buenem. ad Lactant. Inst. IV, 7. p. 445. — *modulatum est* h. e. temperatum atque compositum est. De passivo verbi *modulor* usu cf. Bach. ad Ovid. Metam. XIV, 428. Eckst. ad Voss. Aristarch. tom. II, p. 756. Cf. infra cap. 10. et II, 4. — *Detinetis.* Detinere est praeiudicio reum iudicare, ut recte interpretatur Gothofr. Cf. infra 4. et 16. Apolog. 3. extr. et ad Uxor. II, 8. — *non patri infestum* Agob. et ed. Gothofr. *non patriae infestum* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *sed et Graecum aliis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Forte scribendum: *sed est Graecum cum aliis.* Praepositio *cum* absorpta erat a praecedenti vocabulo. Placeret etiam: *sed ut Graecum cum aliis*, vel simpliciter: *sed est Graecum*, *aliis* (sc. Christianis) *et sonorum* etc. — *interpraetationẽ iucundum* Agob. *interpretatione iucundum* edd. Gothofr. Rig. —

4. — Cf. Apolog. capp. 3. et 46. — *appellatione mutari* Agob. et ed. Gothofr. *appellatione notari* ed. Rig. Vix minus bene Casp. Barth. coni. *appellatione nominari.* In seqq. ante *Pythagorici* ed. Gothofr. inserit *et.* Casp. Barth. coni. *ut Pythagorici.* — *ut medici Aerasistrati* Agob. et ed. Gothofr. *ut medici Erasistratei* ed. Rig. — *si ab auctorẽ malum mala sexta* Agob. vitiose. — *Atquin temeritate praesumeretur* sc. auctorem malum fuisse et inde etiam sectam necessario esse malam, ut digna sit quae plectatur, tradux mali nominis. *temeritate* h. e. temerario modo, ablativus substantivi pro adverbio positus, cuius usus aliquot exempla protulit ex Arnobio

sumeretur. Prius erat cognoscere auctorem, ut cognosceretur secta, quam de secta inspectionem auctoris retinere. At nunc necessario ignorando sectam, *quia* ignoratis auctorem, aut non recensendo auctorem, quia nec sectam recensetis, in solum nomen inpingitis, quasi in illo detinentes sectam et auctorem, quos *omnino* non nostis. Et tamen philosophis patet libertas transgrediendi a vobis in sectam et *auctorum* et suum nomen, nec quisquam illis odium movet, cum in mores, ritus, cultus victusque vestros palam ac publice omnem eloquii amaritudinem elatrent, cum legum contemptu, sine respectu personarum, ut quidam etiam in principes ipsos libertatem suam inpune iaculentur. Sed veritatem saeculo operosissimam philosophi quidem affectant, possident autem Christiani; ideoque qui possident, magis displicent, quia qui affectat, illudit, qui possidet, defendit. Denique Socrates ex ea parte damnatus est, qua propius temptaverat veritatem, deos vestros destruendo; quamquam nondum tunc in terris nomen Christianum, tamen veritas semper damnabatur. Itaque et sapientem non negabitis cui etiam Pythius vester testimonium dixerat. Virorum, inquit, omnium Socrates sapientissimus. Vicit Apollinem ve-

Hildebr. ad Arnob. II, 61. p. 222. Cf. Apolog. cap. 2. „o sententiam *necessitate* (h. e. necessario) confusam.“ — *quam de secta inspectionem auctoris retinere* h. e. quam auctoris inspectionem prohibere qua instituta certo melius et ipsa cognosceretur secta. — *quia ignoratis* ed. Gothofr. *qui ignoratis* Agob. et ed. Rig. — *quos omni non nostis* Agob. — *et auctorem et suum nomen* Agob. et edd. Gothofr. Rig., quod emendavi facillima correctione. In *auctorum* nomen et *suum* transgrediuntur si scholae alicuius sese addicunt, ut qui Platonici vel Aristotelici fiunt, et iam hoc *suo* utuntur nomine. Nisi forte per *suum* nomen significetur simpliciter philosophorum. — *ut quidam etiam.* Fortasse scribendum *et quidam etiam*, quamquam non opus est ea correctione. — *operosissimam* h. e. gravissimam et molestissimam, quam mundus sustinere non potest. Sic Plin. H. N. XV, 23, 25. castaneas vocat *operosas* cibo h. e. difficile concoquendas. Cf. Cic. N. D. II, 23. „labor *operosus* et molestus.“ — *Denique Socrates.* Particula *denique* significat *atque adeo*, de quo eius usu adeas Handii Tursellin. tom. II, p. 268 sq. Cf. infra cap. 20. „Vestra denique sententia est, ne causam quis iudicet nisi duobus auditis.“ — *qua propius* Agob. et edd. Gothofr. Rig.

ritas, ut ipse adversus se pronuntiaret; confessus est enim se deum non esse, *scilicet* eum quoque sapientissimum affirmans qui deos abnuebat: porro apud vos eo minus sapiens, quia deos abnuens, cum ideo sapiens, quia deos abnuens. Quo more etiam nobis soletis: Bonus vir Lucius Titius, tantum quod Christianus. Item alius: Ego miror Gaium Seium gravem virum factum Christianum. Pro stultitiae caecitate laudant quae sciunt, vituperant quae nesciunt, et id quod sciunt eo quod nesciunt vitiant. Nemini subvenit, ne ideo bonus quis et prudens, quia Christianus, aut ideo Christianus, quia prudens et bonus, cum sit humanius occulta manifestis adiudicare quam manifesta de occulto praeiudicare. *Alii quos* retro ante hoc nomen vagos, viles, improbos norant, emendatos repente mirantur, et tamen mirari quam assequi norunt: alii tanta obstinatione certant, ut cum suis utilitatibus depugnent, quas de commercio istius nominis capere possunt. Scio maritum unum atque alium, anxium retro de uxoris suae moribus, qui ne mures quidem in cubiculum inrepentes sine gemitu suspicionis sustinebat, comperta causa novae sedulita-

Alii *quia propius.* — *sed eum quoque* Agob. et edd. Gothofr. Rig. mendose. Emendavi *scilicet eum quoque.* Particulas *sed* et *scilicet* sexcenties in membranis confusa docent Gruner. ad Aurel. Vict. Or. G. R. 4, 6. cit. Arntzen. ad Eum. Grat. Act. 6. Oudendorp. ad Apul. Metam. III, p. 227. Particulae *quoque* pro *etiam* positae exempla sunt rarissima. Cf. Apolog. 18. „Sed ne notitia vacaret hoc *quoque* a Iudaeis Ptolemaeo subscriptum est septuaginta interpretibus indultis.“ — *porro* h. e. at enim. Cf. supra ad cap. 3. — *vitiant* h. e. in deterius vertunt, conspurcant. — *ne ideo.* De particula interrogativa *ne* v. meam adn. ad Apolog. capp. 15. et 48. cf. cap. 9. — *Aliquos retro* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *Alii quos*, quod sententia postulat, dedi ex emend. Priorii. De voc. *retro* cf. supra ad cap. 1. — *quam assequi.* De ellipsi comparativi *magis* v. Stewech. ad Veget. III, 23. Burm. ad. Vellei. II, 129. Cort. ad Sallust. B. Catil. 8. Buenem. ad Lact. nt. I, 3. p. 17. V, 7. p. 603. Munker ad Fulgent. I, p. 596. et ad III, 3. p. 709. Hand Tursell. III, p. 571. Hildebr. ad Arnob. V, 2. et ad Apul. Florid. III, 16. p. 70. Ita infra cap. 8. *vanitatibus quam veritatibus.* — *unum atque alium* h. e. unum atque alterum. Sic etiam infra I, 9. et II, 2. cf. I, 16. *una vel alia gens.* — *sine gemitus* ed. Gothofr.

tis et inusitatae captivitatis, omnem uxori patientiam obtulisse, negasse zelotypum, maluisse lupae quam Christianae maritum; ipsi suam licuit in perversum demutare naturam, mulieri non permisit in melius reformari. Pater filium, de quo queri desierat, exheredavit. Dominus servum, quem praeterea necessarium senserat, in ergastulum dedit. Simul quis intellexerit Christianum, mavult nocentem. Nam et ipsa per se traducitur disciplina, nec aliunde prodimur quam de bono nostro. Si et mali de suo malo rabiant, cur nos soli contra instituta naturae pessimi de bono denotamur? Quid enim insigne praeferimus, nisi primam sapientiam, qua frivola humanae manus opera non adoramus, abstinentiam, qua ab alieno temperamus, pudicitiam, quam nec oculis contaminamus, misericordiam, qua super indigentes flectimur, ipsam veritatem, qua offendimus, ipsam libertatem, pro qua mori novimus? Qui vult intellegere qui sint Christiani, istis indicibus utatur necesse est.

5. Quod ergo dicitis: pessimi et probrosissimi avaritia, luxuria, improbitate, non negabimus quosdam; sufficit et hoc ad testimonium nominis nostri, si non omnes, si non plures. Necesse est in corpore, et quantum velis integro aut puro,

sine gemitu ed. Rig. ex emend. Gothofr. In seqq. pro *negasse zelotypum* facilis esset correctio *negasse se zelotypum.* Ad verba *inusitatae captivitatis* Rigaltius adnotat hac: Quae iam Christiana facta domo pedem vix efferebat, rebus domesticis attenta, quasi ipsa sibi captivitatem indixisset quae antea vaga et effreni libidine huc illuc efferebatur." — *nam et ipsa per se traducitur disciplina.* Odium in nos per homines traducitur pariter atque ipsa disciplina nostra. — *Simul quis.* Cf. supra ad cap. 1. — *rabiant, cur* Agob. *rabiant aut* ed. Gothofr. *radiant, cur* edidit Rigaltius interpretans: insignis fiunt, demonstrantur, denominantur. Dubito de ea omendatione, et retineo vulgatam quae potest defendi. Olim pro *cur* malui *at*, deleto signo interrogationis in fine sententiae. Dicit: si etiam mali de sua malitia rabere et saevire non vero de probitate putantur, cur nos de bona disciplina pessimi putamur profecti? — *qua super indigentes flectimur.* Metaphora sumpta de iis qui se misericorditer inclinant super iacentes morbo atque paedore. —

5. — *pessimi* sc. estis Christiani. — *et quantum velis integro* h. e. et quidem corpore quantumvis integro. — *aut inaevus*

ut naevus aliqui effruticet aut verrucula exsurgat aut lentigo sordescat. Caelum ipsum nulla serenitas tam colata purgat, ut non alicuius nubiculae flocculo resignetur; modica macula in fronte, in parte quadam exemplari *visa*, a quo universitas munda est. Maior boni portio modico malo ad testimonium sui utitur. Cum tamen aliquos de nostris malos probatis, iam hoc ipso Christianos non probatis. Quaerite sectam cui malitiae deputatur. Ipsi in conloquio, si quando adversus nos, cur ille, inquitis, fraudator, si abstinentes Christiani? cur immitis, si misericordes? Adeo testimonium redditis non esse tales Christianos, dum cur tales sint qui dicuntur Christiani retorquetis. Multum distantiae inter crimen et nomen, inter opinionem et veritatem. Nam et nomina sic sunt instituta, ut

aliqui Agob. *ut naevus aliqui* edd. Gothofr. Rig. Tertull. de Anima 27. „semina hominem ex utraque substantia *effruticant.*", ubi verbum *effruticare* transitiva usurpatum est significatione. — *aut lentigo sordescat* h. e. aut lentigo sordida exoriatur. — *serenitas tam colata.* Colata serenitas est pura, quasi defaecata. Cf. Tertull. de Anima 9. „Berylli fluctuant *colato* nitore." ibid. 48. „Certiora et *colatiora* somniari affirmant sub extimis noctibus." — *nubiculae* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Alii: *nubeculae.* Nihil muto. Ut ab *aedis* et *vehis* deducitur *aedicula* et *vehiculum*, ita ab *nubis* (Plaut. Merc. V, 2, 38.) *nubicula.* — *resignetur* h. e. violetur, maculetur. Tertull. adv. Marc. I, 28. „signat igitur hominem numquam apud se *resignatum*, lavat hominem numquam apud se coinquinatum." ibid. IV, 10. „*resignati* ieiunii culpam deprecatione delesse." de Virg. Vel. 5. „cum virginitatem *resignasset.*" de Paenit. 4. „paenitentiam — — nunquam posthac iteratione delicti *resignari* oportere." Prudent. c. Symmach. I, 91 sq. „Mercurius — traditur — Cocytia leti iura *resignasse.*" — *exemplari vis a quo* Agob. et ed. Gothofr. *exemplari visa*, *quo* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Emendavi *exemplari visa*, *a quo.* Voc. *exemplari* non est genitivus substantivi *exemplarium*, sed est ablativus adiectivi *exemplaris*, *e*, quod occurrit etiam apud Macrob. Somn. Scip. I, 8. Significat partem conspicuam vel eminentem. *Christianos non probatis* sc. esse malos. — *quaerite sectam cui* Agob. et ed. Gothofr. *quaerite*, *secta cui* ed. Rig. posito signo interrogationis post *deputatur.* Dicit Tertullianus: Quaerite, investigate aliquam sectam cui id malitiae deputetur, scilicet unum atque alterum de ea esse malos. Fortasse tamen levi correctione reponendum: *cui id malitiae deputatur.* De verbo *deputare* cf. supra

fines suos habeant inter dici et esse. *Quot* denique philosophi dicuntur nec tamen legem philosophiae adimplent? Omnes nomen de professionibus gestant; *seducunt* nomen professionis praestantia qui superficie vocabuli infamant veritatem. Non statim sunt quia dicuntur, sed quia non sunt, frustra dicuntur, et fallunt eos qui rem nomini addicunt, cum de re status nominis competat. Et tamen eiusmodi neque congregant neque participant nobiscum, facti per delicta denuo vestri, quando ne illis quidem misceamur quos vestra vis atque saevitia ad negandum subegit. Utique enim facilius inter nos inviti desertores disciplinae quam voluntarii continerentur. Ceterum sine causa vocatis Christianos quos ipsi negant Christiani, qui se negare non norunt.

6. His propositionibus responsionibusque nostris, quas veritas de suo suggerit, quotiens comprimitur et coartatur conscientia vestra, tacitae ignorantiae suae testis, confugitis aestuantes ad arulam quandam, id est legum auctoritatem, quod utique non plecterent sectam istam, nisi de meritis apud conditores legum constitisset. Quid ergo prohibuit apud exsecutores quoque legum proinde constare, cum de ceteris criminibus quae similiter legibus arcentur ac puniuntur, nisi prius requiratur, poena cessat? verbi gratia homicidam, adulterum lege, discutitur tamen de ordine admissi; et tamen cognitum

cap. 2. — *Quod denique philosophi* Agob. *Quot denique philosophi* edd. Gothofr. Rig. Particula *denique* significat h. l. ut uno exemplo fungar. V. Hand Tursellin. II, p. 275. Savigny de Dominio p. 40. Hildebr. ad Apul. Metam. I, 4. p. 22. — *seducant nomen* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Correxi *seducunt* h. e. dividunt, separant. Fortasse rectius: *sed seducunt.* Virg. Aen. IV, 385. „cum frigida mors anima *seduxerit* artus.“ *infamant veritatem.* De verbo *infamare* deque eius significatu dixi ad Apolog. capp. 23. et 39. Cf. infra II, 7. — *quia dicuntur* Agob. *qui dicuntur* edd. Gothofr. Rig. De ellipsi pronominis *aliquis* v. quae adnotavi ad Apolog. cap. 21. — *Et tamen eiusmodi* sc. homines, cuius ellipsis rarissimae exemplum iam habuimus Apolog. cap. 49. —

6. — Cf. Apolog. cap. 6. — *tacitaei ignorantiae* Agob. mendose. *tacitae ignorantiae* edd. Gothofr. Rig. Quid si emendaveris *tacite* vel *tacita?* — *adulterum lege.* Gothofr. putavit reponendum *adulterum leges puniunt* vel simile quid. Sed *lege*

est omnibus genus facti. Christianum puniunt leges. Si quod est factum Christiani, erui debet; nulla lex prohibet inquirere. Atquin pro legibus facit inquisitio. Quomodo enim legem observabis cavendo quod lege prohibetur, adempta diligentia cavendi per defectionem agnoscendi quid observes. Nulla sibi lex debet conscientiam iustitiae suae, sed eis a quibus captat obsequium. Ceterum suspecta lex est, si probare se non vult. Merito igitur tamdiu iustae in Christianos et reverendae et observandae censentur, quamdiu ignoratur quod persequuntur, merito post agnitionem iniquissimae repertae cum suis machaeris et patibulis et leonibus despuuntur; legis iniustae honor nullus est. Ut opinor autem, dubitatur de iniquitate legum quarundam, cum quotidie novis consultis constitutisque duritias nequitiasque earum temperetis.

7. Unde ergo, inquitis, tantum de vobis famae licuit, cuius testimonium suffecerit forsitan conditoribus legum? Quis, oro, sponsor aut illis tunc aut exinde vobis de fide? Fama est. Nonne haec est Fama malum, quo non aliud velocius ullum? Cur malum, si vera semper sit? Non mendacio plurimumque ne tum quidem, cum vera defert, a libidine mendacii cessat, ut non falsa veris intexat adiiciens, detrahens, varietate confundens. Quid? quod ea condicio illi, ut nonnisi quod mentitur perseveret; tamdiu enim vivit quamdiu non probat quicquam; siquidem approbata cadit et quasi officio nuntiandi functa decedit; exinde res tenetur, res nominatur, nec quisquam dicit verbi gratia: Hoc Romae aiunt factum, aut: Fama est illum

est imperativus. *lege* sc. de libello accusatorio. — *Atquin*. Particula apud Tertullianum frequentissima. Est hic nostrum „*vielmehr*" vel „*dagegen vielmehr*." Hand Tursell. I, p. 516. — *per defectionem agnoscendi* Agob. *per defectum agnoscendi* edd. Gothofr. Rig. — *si probare se* Agob. *si probari se* edd. Gothofr. (at in erratis correctum) Rig. —

7. — Cf. Apolog. capp. 7. et 8. — *Fama malum* sqq. Virgil. Aen. IV, 174. — *mendacio plurimum que* Agob. *mendacio plurimum; quae* edd. Gothofr. Rig. Perperam. *non mendacior plurimum quae* vel *non mendacia plurimum quae* coniecturae Gothofredi nihil proficiunt. Erui genuinam lectionem. — *nonnisi quod mentitur* Agob. et ed. Gothofr. *nonnisi cum*

provinciam sortitum, sed: Ille provinciam sortitus est, et: Hoc factum est Romae. Nemo famam nominat nisi incertus, quia nemo sit fama sed conscientia certus; nemo famae credit nisi stultus, quia sapiens non credit incerto. Fama quantacumque ambitione diffusa est, ab uno aliquando ore exorta sit necesse est, exinde in traduces quodammodo linguarum et aurium serpit et modicum originum vitium rumoris obscurat, ut nemo recogitet, ne primum illud os mendacia seminaverit, quod saepe fit aut aemulationis ingenio aut suspicionis arbitrio aut etiam nova mentiendi voluptate. Sed bene, quod omnia tempus revelat, testibus sententiis et proverbiis vestris ipsaque natura, quae ita ordinata est, ut nihil lateat, etiam quod fama non prodidit. Videte, qualem prodigiam adversus nos subornastis, quia quod semel detulit tantoque tempore ad fidem corroboravit, usque adhuc probare non potuit. Principe Augusto nomen hoc ortum est, Tiberio disciplina eius inluxit, sub Nerone damnatio invaluit, ut iam hinc de persona persecutoris ponderetis: si pius ille princeps, impii Christiani, si iustus, si castus, iniusti et incesti Christiani, si non hostis publicus, nos publice hostes; quales simus damnator ipse demonstravit, utique aemula sibi puniens. Et tamen permansit erasis omnibus hoc solum institutum Neronianum, iustum deni-

mentitur ed. Rig. — *quantacumque ambitione* h. e. ambitu. Cf. Apolog. 7., ubi plures locos indicavi. — *rumoris obscurat* Agob. et ed. Gothofr. *rumores obscurat* ed. Rig. *modicum originum* est modicam originem. — *ne primum illud os.* V. quae adnotavi ad Apolog. cap. 7. — *qualem prodigiam adversus nos subhornastis* (*subornastis* ed. Rig.) Agob. et edd. Gothofr. Rig. Alii *qualem prodiciam adv. n. subornastis.* Dicit *prodiciam* vel *prodigiam* famam quam in Apologetico cap. 7. *indicem.* Si igitur sanus est locus *prodigia* est index, quae praedicit. Cf. Intt. ad Cic. de Nat. deor. II, 3. Olim putabam legendum *quale prodigium adv. nos subornastis.* Posset fortasse etiam *qualem prodigam;* inconsulte enim largaque manu fama prodigit rumores atque disseminat. Nihil tamen muto invito libro antiquo. — *nomen hoc ortum est* sc. Christianorum. — *nos publice hostes* Agob. *nos hostes publice* ed. Gothofr. *nos publici hostes* ed. Rig. Retinui Codicis scripturam quae etiam potest defendi. Cf. Apolog. cap. 48. „et qui non *integre* ad deum.“ — *iustum denique.* Particula *denique* ironiae in-

que ut dissimile sui auctoris. Igitur aetati nostrae nondum anni CCL. Tot iniqui interea, tot cruces divinitatem consecutae, tot infantiae trucidatae, tot panes cruentati, tot strages lucernarum, tot errores nuptiarum, et adhuc Christianis sola fama decernit. Habet quidem grande fundamentum de vitio ingenii humani, felicius in acerbis atrocibusque mentitur; quanto enim proni ad malitiam tanto ad mali fidem oportuni estis facilius denique falso malo quam vero bono creditur. Si quem tamen apud vos prudentiae locum iniquitas reliquisset, ad explorandam famae fidem utique iustitia poscebat *dispicere*, a quibus potuisset fama in vulgus, et ita in totum orbem dari. Ab ipsis enim Christianis non opinor, cum vel ex forma *ac* lege omnium mysteriorum silentii fides debeatur; quanto magis talium quae prodita non *vitarent interim* humana animadversione praesentaneum supplicium? Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur ut extranei. Oro vos, extraneis unde notitia, cum enim iusta et licita mysteria omnem *arbi-*

servit h. l., ut nostrum „am Ende gar." Dicit quod omnibus reliquis Neronianis legibus et institutis erasis hoc solum quod contra Christianos est permanserit, fortasse denique ideo esse factum, quod unum sit dissimile sui auctoris, qui reliquis illis se iniustissimum probaverat. — *tot cruces divinitatem consecutae.* Ex opinione scil. et calumnia gentilium. — *quanto enim proni ad malitiam*, *tanto ad mali fidem oportuni estis.* Amat Tertullianus hanc ellipsin. Ita infra cap. 11.: *quantoque* genus censetur origine, *tanto* origo convenitur in genere. II, 12.: *quanto* diffusa res est, *tanto* substringenda nobis erit. Id. ad Uxor. II, 3. 8. de Testim. Anim. 5. cf. adv. Iud. 10. de Paenit. 3. de Idol. 4. ad Uxor. II, 5. Ex Arnobio exempla collegit Hildebr. ad Arnob. V, 2. — *disciplicere a quibus* Agob. et ed. Gothofr. *dispicere a quibus* ed. Rig. ex emend. Gothofr. De verbo *dispicere* cf. adnot. ad Apolog. cap. I. init. — *forma a lege* Agob. et ed. Gothofr. *forma ac lege* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *prodita non iuvarent inter humana* Agob. et ed. Gothofr. *prodita non evitarent interim humana* ed. Rig. — *adversione praesentan supplicium* ed. Gothofr. *animadversione praesentaneum supplicium* ed. Rig. Iac. Frid. Gronov. Observ. in Scriptt. Eccles. cap. XI, p. 120. vult legi: *prodita non vitarent interim animadversione praesentanea* (vel: *animadversionis praesentaneae*) *supplicium.* — *cum enim iusta* Agob. et ed. Gothofr. *cum etiam iusta* ed. Rig. Nitor vetusti libri aucto-

trum extraneum caveant? nisi inlicita minus spernunt. Atquin extraneis tam *ignorare* quam confingere magis competit. *Aut* domesticorum curiositas furata est per rimulas et cavernas. *Quidum* domestici *eas* vobis *prodent res?* Omnes a nullis magis prodimur, quanto magis, si atrocitas tanta sit quae iustitia indignationis omnem familiaritatis fidem rumpit, non

ritate et restituo *cum enim*, qua quidem in formula particulam non aliter positam statuo quam in similibus *quia enim* et *quod enim*, de quibus v. Oudendorp. ad Apul. Metam. IX, 25. p. 228. Ruhnken. ad Terent. Andr. III, 2, 23. Hand. Tursell. II, p. 376 sqq. Verte *da nämlich*, *da ia.* Qui *cum etiam* emendat cum Rigaltio, quam emendationem et ego reciperem si libri Agobardini scriptura *cum enim* non haberet unde explicaretur, docebitur a Drakenb. ad Liv. XXXVI, 41, 3., et ab Heindorf. ad Cic. N. D. I, 7, 16. (Cf. etiam edd. critt. ad Sueton. Ner. 21.) in vett. membranis particulas *enim* et *etiam* saepius esse confusas. — *arbitrii extraneum* Agob. edd. Gothofr. Rig. — *arbitrii extraneum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Recepi emendationem Gothofredi sententiae necessariam. — *nisi inlicita* Agob. et edd. Gothofr. Rig. In aliis mendose *nisi inclita* extat. *minus spernunt* h. e. minus aversantur admittere arbitros extraneos. Apolog.: *nisi si impii minus metuunt.* De particula *Atquin* (*adquin* ed. Gothofr.) in seqq. cf. cap. 6. — *tam honorare* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *tam ignorare* dedi ex emendatione Iac. Frid. Gronovii. In seqq. loco voc. *Aut*, quod ex coniectura reposui, in Agob. vacuum est spatium trium fere literarum, antiquis signis situ corrosis. Gothofr. coni. *at.* In edd. Gothofr. et Rig. signum lacunae comparet. Iac. Frid. Gronov. in Observv. in Scriptt. Eccles. XI, p. 120. totum locum ita vult emendari: *Atquin extraneis tam ignorare quam confingere magis competit. Sed* (vel: *At*) sqq. — *Quid, cum domestici eos vobis prodentes? omnes* Agob. et ed. Gothofr. *Quid? cum domestici eos vobis prodant? Omnes* ed. Rig. *Quid*, *cum reos* (vel *eros*) *vobis prodentes*, *omnes* coni. Gothofr. *Quid? cum domestici eos vobis proderent (et omnes — — — fidem rumpat? non potuerit — — — oculus?) Hoc quoque* etc. emendat I. Fr. Gronov. l. l. Minus commode. Reposui mei ingenii periculo: *Quidum domestici eas vobis prodent res? Omnes* etc. Novam obiectionem fingens Tertullianus de domesticorum infidelitate quaerit: Qui fit igitur, ut domesticos putemus talia nostra crimina vobis prodere? Facile, respondet ironice et ex mente adversariorum. Omnes enim a nullis magis prodimur et aliis in rebus, quanto magis si atrocitas tanta sit? etc. — *rumpit*, *non potuerit continere* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendaverim: *rum-*

potuerit continere quod horruit mens, quod expavit oculus? Hoc quoque mirum, si et ille, qui tanto impatientiae iure prosiluit, deferre et non probare gestit, et ille, qui audiit, *non et* videre curavit, siquidem par fructus est et delatoris, si quod detulit probet, et auditoris, si quod audit etiam sibi credat. Tunc, inquitis, primo delatum et exhibitum est, auditum et inspectum est, atque exinde famae commendatum. Hoc quidem superscendit omnem admirationem, si semel deprehensum est quod semper admittitur; nisi desivimus iam talia factitare. Atquin et idem vocamur et in iisdem deputamur et de die redundamus, quod plures, hoc pluribus odiosi; magis increscit odium increscente materia; proficiente multitudine reorum quid ita non proficit multitudo nuntiatorum? Quod sciam, et conversatio notior facta est, scitis et dies conventuum nostrorum; itaque et obsidemur et opprimimur et in ipsis arcanis congregationibus detinemur. Quis unquam tamen semeso *cadaveri* supervenit? quis in cruentato *pane* vestigia dentium

pit, *ut non potuerit continere.* Particula *ut* facile excidere poterat propter syllabam ultimam praecedentis vocabuli. Pro *continere* olim malui *conticere*; sed sententia eodem evadit. Construe: quanto magis mens non potuerit continere quod horruit, oculus quod expavit? Post quae verba Tertullianus ad ipsam obiectionem aggreditur refutandam. – *Hoc quoque mirum* sc. non minus quam illud prius, scilicet extraneos habere notitiam de mysteriis Christianorum. — *tanto impatientiae iure.* In tantis criminibus patienter agere et nefas et iniuria esset. Age, inquit, viderint, detulerint domestici nostri arcana illa mysteria nostra, cur non et ipsi probationem eorum praestant seu indiciis suis adsistunt? rursum qui eorum delationes exceperunt, cur non ea ipsimet videre atque oculis usurpare student? (Gothofr.). — *gestit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *gestiit* coni. I. Fr. Gronov. l. l. — *et non videre* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *non et videre* transposui ex emend. I. Fr. Gronovii proposita l. l. — *etiam sibi credat.* Non solum aliis. — *et in isdem deputamur* ed. Gothofr. de voc. *deputare* cf. Apolog. 4. „in quibus inridendi *deputamur.*“ ibid. cap. 41. et supra ad huius libri cap. 5. — *quod plures* Agob. edd. Gothofr. Rig. *quo plures* alii ex emend. Gothofredi. — *dies conventuum nostrorum.* Cf. adv. Psych. capp. 2. 10. 14. — *semeso paveris supervenit* Agob. ed. Gothofr. *semeso pueri supervenit* ed. Rig. ex

dentium deprehendit? quis tenebris repentino lumine inruptis inmunda aliqua, ne dixerim incesta, indicia recognovit? Si praemio impetramus, ne tales in publicum extrahamur, quare et opprimimur? possumus et omnino non extrahi; quis enim proditionem criminis alicuius sine crimine ipso aut vendit aut redimit? Sed quid extraneis speculatoribus et indicibus detractem, qui talia obiiciatis quae non ab ipsis nobis cum maxima vociferatione publicentur, aut statim audita, si prius demonstrantur, aut postea reperta, si interim *celantur?* Sine dubio enim *initiatum* volentibus mos est prius ad magistrum sacrorum vel patrem adire. Tum ille dicet: Infans tibi qui adhuc *nugetur* necessarius, qui immoletur, et panis aliquantum, qui in sanguine infringatur, praeterea candelabra, quae canes annexi deturbent, et offulae, quae eosdem canes: sed

coni. Gothofredi, ut *semesum* sit substantive accipiendum. Emendavi *semeso cadaveri supervenit* vetusti libri vestigia pressius secutus. — *in cruentato pa ... vestigia* Agob. et ed. Gothofr. *in cruentato pane vestigia* ed. Rig. — *Si praemio impetramus* sqq. Novam sibi gentilium obiectionem fingit, hanc nempe: vos Christiani praemio et pecunia id impetratis, ne crimina vestra propalentur. Verum respondet: Si sparsis numis crimina nostra, ut vultis, redimeremus, utique et nos ipsos redimeremus et sic nec proderemur ipsi. *extrahi* sc. in iudicium. Pro *criminis alicuius* Gothofr. coni. *criminosi alicuius*, quod non opus est. — *Sed quid extranei* Agob. *Sed quid extraneis* edd. Gothofr. Rig. Novum argumentum aggreditur. Si crimina, inquit, quae nobis intenduntur, mysteria nostra sunt, utique latere etiam per nos ea non possunt. E duobus enim alterum necesse est, vel ut ab initio ea demonstremus accedentibus ad mysteria nostra, vel sane ex postfacto ab his ipsis ea deprehendantur. (Gothofr.) — *si interim colantur* Agob. *si interim celentur* edd. Gothofr. Rig. Emendavi *si interim celantur*, libri vetusti vestigia pressius secutus. — *initiarum volentibus* Agob. et ed. Gothofr. *initiatum volentibus* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *qui adhuc vagetur* Agob. et edd. Gothofr. Rig., quod volunt positum pro *qui adhuc vagit*, sed ulla auctoritate probare non possunt. Puto corrigendum *qui adhuc nugetur* vel etiam *qui adhuc lactetur;* illud tamen praefero. Nugae istae sunt tenerrimae aetatis. Apolog. cap. 7.: *Infans tibi necessarius adhuc tener*, *qui nesciat mortem*, *qui sub cultro tuo rideat.* — *infringatur* h. e. emolliatur. Fortasse scribendum *in sanguine intinguatur*, vel: *in sanguinem infrietur.* — *quae eosdem canes* sc. de-

et mater aut soror tibi necessaria est. Quid, si nullae erunt? opinor, legitimus Christianus esse non poteris? Haec, oro vos, denuntiata ab aliis sustinent prodi? Diversum opus non est scire illos prius. Fallaciae negotium perpetratur, gnaris et dapes et nuptiae subiiciuntur; nihil enim unquam retro de Christianis mysteriis audierant. Tamen postea cognoscant necesse est vel aliis *quos* inducunt praeministranda. Ceterum quam vanum est profanos scire quod nesciat sacerdos? Tacent igitur et accepto ferunt et nihil *tragoediae Thyestae* vel Oedipodis erumpunt et non protrahunt ad populum. *Fidem ministris* et magistris et de ipsis potiores morsus iam doctis *non* rapiunt. Si nihil tale probetur, grande nescio quid

turbent. Haverkampius ad Apolog. cap. 8. p. 88. putabat excidisse *extendant*, vel simile quid. Perperam. Omnia sana sunt. — *sustinent* h. e. differunt. — *Diversum opus non est scire illos: prius fallaciae negotium perpetratur*, *gnaris* ed. Gothofr. *Diversum opus. Non est scire illos: prius fallaciae negotium perpetratur*, *ignaris* ed. Rig. Secutus sum Agobardini libri scripturam cum Gothofredo, sed aliter interpunxi. Dicit Tertullianus: Cum palam iactentur de nefaria sacrorum nostrorum initiatu, earum rerum cognitio initiandis a patre sacrorum frustra comperendinaretur. Est enim idem si eas res ab extraneis cognoscunt et si ab ipso illo. Quid autem, inquit adversarius, si antea nondum de Christianorum mysteriis quicquam audiverunt adeoque fallaciae negotium perpetratur et non prius illis et dapes et nuptiae subiiciuntur quam postea quam gnari sint facti h. e. postquam Christianorum sacris nomen dederint? Patet hinc codicis lectionem *gnaris* non temere esse cum Rigaltio mutandam in *ignaris*, tametsi sententia paene eadem evadat. — *mysteriis audierant* Agob. *mysteriis audierunt* edd. Gothofr. Rig. De voc. *retro* cf. cap. 1. — *quo inducunt* Agob. et ed. Gothofr. *quos inducunt* ed. Rig. ex emend. Gothofr — *et accepto ferunt.* V. adn. ad Apolog. cap. 13. — *nihil tragoedia Thieste velo edipodis* Agob. et ed. Gothofr. *nihil tragoediae Thyestae vel Oedipodis* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *populum: fide in ministros* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi: *populum. Fidem ministris*, facillima correctione. Sensus: Christiani igitur numquam talia scelera et flagitia de se ipsi propalant, nec ministris aut magistris, postquam semel initiati sunt nostris sacris, fidem eripere possunt ne bestiarum quidem dentes quibus obiicimur quibusque sane inferiores sumus. — *iam doctis .... rapiunt* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *iam doctis*

aestimari oportet, cuius compensatio tantarum atrocitarum tolerantia constat. Miserae atque miserandae nationes, ecce proponimus vobis disciplinae nostrae sponsionem. Vitam aeternam sectatoribus et conservatoribus suis spondet, e contrario profanis et aemulis supplicium aeternum aeterno igni comminatur; ad utramque causam mortuorum resurrectio praedicatur. Viderimus de fide istorum, dum suo loco digeruntur; interim credite, quemadmodum nos. Volo enim scire, si per talia scelera adire parati estis, quemadmodum nos? Veni, si quis es, demerge ferrum in infantem; vel si alterius officium est, tum modo specta morientem animam, antequam vixit, certe excipe rudem sanguinem in quo panem tuum saties, vescere libenter; interea discumbe, dinumera loca, ubi mater aut soror torum presserit; nota diligenter, ut cum tenebrae inruerint, temptantes scilicet diligentiam singulorum, non *erres* extraneam incursans: piaculum feceris, nisi incestum. Haec cum expunxeris, vives in aevum. Cupio respondeas, si tanti facis aeternitatem? immo idcirco nec credis, etiam si credide-

(h. e. semel initiatis) *non rapiunt*. Gothofr. coni. *iam doctis dentibus rapiunt*. — *aestimari* h. e. existimari. V. Buenem. ad Lactant. Epit. 56. p. 1306. Kopp. ad Mart. Capell. II, §. 102. p. 143. Hildebr. ad Arnob. II, 56. — *quaeadmodum nos* Agob. et ed. Gothofr. utroque loco. *quemadmodum nos* ed. Rig. — *si quis es* sc. qui tale audeas. — *tum modo*. Emendandum forte: *tu modo*. — *rudem sanguinem* h. e. sanguinem insontem, vel potius tenellum. Ita ap. Martial. Epigr. IX, 72. *rudis agna*. et VII, 95. *rudis filia*. Min. Fel. Octav. 30. ,,Putas posse fieri, ut tam molle, tam parvulum corpus fata vulnerum capiat? ut quisquam illum *rudem* sanguinem novelli et vixdum hominis caedat, fundat, exhauriat?" — *interea discumbe dinumera* Agob. et ed. Gothofr. *interea discumbens dinumera* ed. Rig. In seqq. Agob. *preserit* habet pro *presserit*. — *non errens extraneam* Agob. et ed. Gothofr. *non erres extraneam* ed. Rig ex emend. Gothofr. *extraneam* h. e. aliam, alienam, quae non tuae est familiae. Ea enim significatione praesertim ICti eo vocabulo utuntur. V. Brisson. de Form. s. v. qui exempla larga manu suppeditat. Cf. Intt. ad Sueton. Aug. 49. et Claud. 4. Tac. Agric. 44. — *Haec cum expunxeris*. De verbo expungere, quod est apud Tertullianum frequenter pro explere, complere, perficere, cf. Apolog. capp. 21. 48. — *si tanti facis* Agob. *si tanti facias* edd. Gothofr. Rig. In

ris, nego te velle, etiam si velles, nego te posse. Cur autem alii possint, si vos non potestis? cur non possitis, si alii possunt? Inpunitatem, aeternitatem quanto constare vultis? An hae nobis omni modo redimendae videntur? an alii ordines dentium Christianorum, et alii specus faucium, et alii ad incesti libidinem nervi? Non, opinor; satis enim est nobis sola *veritate* a vestra positione discerni.

8. Tertium genus dicimur, *Cynopae nae* aliqui vel Sciapodes vel aliqui de *subterraneo* Antipodes. Si qua istic apud vos *altercatio* est, edatis velim primum et secundum genus, ut ita de tertio constet. Psammetichus quidem putavit *inisse* ingenio exploratus *sic* de *primogenitis*. Dicitur

interrogatione indirecta usum indicativi pro coniunctivo esse frequentissimum in huius aevi scriptoribus, praecipue in Afrorum scriptis, notum est. Cf. Cort. ad Lucan. I, 26. Hildebr. ad Apul. Metam. I, 25. p. 70. et ad Arnob. III, 6. p. 259. — *etiam si* Agob. utroque loco. *et iam si* edd. Gothofr. Rig. utroque loco. *credis* sc. pretium aeternitatis ésse tantum scelus. — *sola ver ..... a vestra* Agob. et ed. Gothofr. *sola veritate a vestra* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. *positionem* vocat statum, dispositionem vel naturam.

8. — Cf. Apolog. cap. 8. — *Tertium genus dicimur.* De tertio genere v. etiam infra cap. 20. — *Cynopennae* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *Cynopae nae*, de qua emendatione, ut etiam de ipsis Cynopis et Sciapodibus v. adn. ad Apolog. cap. 8. — *de subterrane antipodes* Agob. *de subterranea Antipodes* ed. Gothofr. *de sub terranea (?) Antipodes* ed. Rig. Edidi ex coni. Gothofr. *de subterraneo Antipodes.* Voc. *subterraneum* substantive posuit Tertullianus etiam de Anima 28. Cf. Salmas. ad Solin. p. 850. De Antipodibus, fabulosa gente, v. Cic. Acad. IV, 39. Plin. H. N. III, 65. Mart. Capell. VIII, 874. Macrob. in Somn. Scip. II, 5. Lactant. III, 24. Augustin. C. D. XVI, 9. Diog. Laert. VIII, 26. et ibi Menag. Accuratissime de iis egit Io. Nunnesius in Misc. Observ. Vol. VII. tom. II, p. 163 sqq. — *apud vos salteratio est* Agob. ed. Gothofr. *apud vos saltem ratio est* ed. Rig. Edidi: *Si qua istic* (h. e. in ea re, scilicet quinam simus) *apud vos altercatio est*, Gothofr. coni. *apud vos alteratio* vel *apud vos alternatio*, quod nemo probabit. — *vel imprimum* ed. Gothofr. *velim primum* ed. Rig. Mox Agob. et ed. Gothofr. habent *Psammeticus*. — *putavit tibi se ingenio exploratus si de prima generis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. corruptissime. Sanavi locum ex coniectura. *ingenio* aut est *artificio* vel *ingeniose invento* ut Apolog. cap. 49.,

enim infantes recenti e partu seorsum a commercio hominum alendos tradidisse nutrici quam et ipsam propterea elinguaverat, ut in totum exsules vocis humanae non auditu formarent loquellam, sed suo promentes eam primam nationem designarent cuius sonum natura dictasset. Prima vox *bekkos* renuntiata est; interpretatio eius panis apud Phrygas nomen est; Phryges primi genus exinde habentur. Sed unum hoc erit de vanitatibus vestrarum fabularum non otiose nobis retractandum, quo fidem vestram vanitatibus quam veritatibus deditam demonstrare gestimus. An omnino credibile sit, tali membro desecto, vastato ipsius animae organo et utique radicitus caeso, castratis faucibus quae etiam extrinsecus periculose vulnerantur, exinde tabo in praecordia refluente, postremo aliquandiu cessantibus alimentis, vitam nutrici illi perdurasse? Age nunc, perseveraverit Philomelae medicamentis *vita*, quam et ipsam prudentiores non linguae caede, *sed* pudoris rubore mutam interpretantur. Si ergo vixit, potuit

aut dictum pro *ingeniose*, ut supra cap. 4. *temeritate* pro *temerarie*, ubi cf. quae adnotavi. Res eodem redit. Gothofr. putabat scribendum: *putavit sibi de ingenio explorandum de fide primi generis.* — *sed suo promentes* h. e. de suo promentes. Sic *promere* cum simplici ablativo structum est etiam apud Horat. Epod. II, 42. „vina *promens dolio.*" et ap. Virgil. Aen. II, 260. „laetique *cavo* se *robore promunt.*" Malim tamen *sed de suo promentes* vel *sed sua promentes.* — *prima vox pactos renuntiata* Agob. et ed. Gothofr. *prima vox BEKKOS renuntiata* ed. Rig. V. Herod. II, 2. Suid. et Hesych. s. v. et ibi Alberti. Tzetz. Chil. IV, 101. Polluc. Onom. V, 88. Maussac. Diss. Horpocrat. p. 358. Claudian. in Eutrop. II, 230 sqq. — *Sed unum hoc erit* Agob. *Sed hoc unum erit* edd. Gothofr. Rig. – *vanitatibus quam veritatibus deditam.* De ellipsi comparativi *magis* v. me supra ad cap. 4. cf. cap. 7. In seqq. particulam *et* ante *utique* delet ed. Gothofr., commate posito post *vastato.* — *aliquandiu* Agob. *aliquamdiu* edd. Gothofr. Rig. — *nutrici illi perdurasse* Agob. *nutrici perdurasse* edd. Gothofr. Rig. — *medicamentis ..... quam* Agob. edd. Gothofr. Rig. *medicamentis vita*, *quam* dedi ex coni. Gothofredi. De Philomelae casu v. Apollodor. Bibl. III, 13. ultim. Ovid. Metam. VI, 455 sqq. Conon. Narrat. 31. Hygin. Fab. 45. — *linguae caede .... udore* Agob. et ed. Gothofr. *linguae caede sed pudore* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *potuit et future* Agob. et ed. Go-

effutire aliquid obtusum; et exarticulatum sonum tinnitumque sine modulatu labellorum, *expanso* ore, lingua stupente de solis faucibus cogi licet: id fors tunc infantes, quia unicum, facilius commentati paulo modulatius, utpote liguatuli, *in* inventum alicuius interpretationis impegerint. Sint nunc primi Phryges, non tamen tertii Christiani; quantae enim aliae gentium series post Phrygas? Verum recogitate, ne quos tertium genus dicitis principem locum obtineant, siquidem non ulla gens non Christiana; itaque quaecumque gens prima, nihilominus Christiana. Ridicula dementia novissimos dicitis et tertios nominatis. Sed de superstitione tertium genus deputamur, non de natione, ut sint Romani, Iudaei, dehinc Christiani. Ubi autem Graeci? vel si in Romanorum superstitionibus censentur, quoniam quidem etiam deos Graeciae Roma sollicitavit, ubi saltem Aegyptii, et ipsi, quod sciam, *privatae* curiosaeque religionis? Porro si tam monstrosi qui tertii loci, quales habendi qui primo et secundo antecedunt?

thofr. *potuit effutire* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *expranso ore* Agob. et ed. Gothofr. *expanso ore* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *fors* h. e forte, adverbialiter. Virg. Aen. II, 139. XI, 50. Valer. Flacc. III, 665. Stat. Silv. III, 4, 4. Priscian. p. 1015.: „similiter *fors* quum sit nominativus accipitur pro adverbio.“ et p. 1016. „et *fors* quidem et *forsan* et *forsitan* dubitandi sunt: *forte* vero eventus pro fortuitu.“ Cf. Tertull. ad Uxor. II, 2. „hanc monitionem *fors* de fidelibus iunctis simpliciter intellegendo, putent etiam infidelibus nubere licere.“ Adde Hand. Tursell. II, p. 710 sq. — *utpote linguatuli.* Ita infra cap. 10. *ignitulus* et *pennatulus.* — *interpraetationis* Agob. — *impegerit* ed. Gothofr. *impegerint* (Agob.?) ed. Rig. ex emend. Gothofr. Pro *inventum* quod habent Agob. et edd. Gothofr. Rig. emendavi *in inventum.* Rigaltius verba *inventum alicuius interpretationis impegerint* interpretatur his verbis: Temerario linguae in contrarium ventum sive aerem aspulsu sonum alicuius interpretationis ediderint. — *recogitate*, *ne.* Cf. supra cap. 7. „ut nemo recogitet, *ne* primum illud os mendacia seminaverit.“ — *non ulla gens non Christiana.* Tantum incrementum duobus saeculis ceperat res Christiana. Cf. Apolog. capp. 37. 50. — *non de natione* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Alii *non de ratione.* — *censentur* h. e. una comprehenduntur scil. Graeci. — *privati curiosaeque* Agob. et ed. Gothofr. *privatae curiosaeque* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. —

9. Sed quid ego mirer vana vestra, cum ex forma naturali concorporata et concreta intercessit malitia et stultitia sub eodem mancipe erroris? Sane, quia non miror, enumerem necesse est, et vos recognoscendo miremini, in quantam stultitiam incidatis, qui omnis cladis publicae vel iniuriae nos causas esse vultis. Si Tiberis redundaverit, si Nilus non redundavit, si caelum stetit, si terra movit, *si vis nociva* vastavit, si famis afflixit, statim omnium vox: *Christianorum meritum!* Quasi modicum habeant aut aliud metuere qui deum *verum!* Opinor, ut contemptores deorum vestrorum haec iacula eorum provocamus. Ut supra edidimus, aetatis nostrae nondum anni trecenti: quantae clades ante id spatium supra universum orbem ad singulas urbes et provin-

9. — Cf. Apolog. capp. 40. et 41. — *ex forma naturali concorporata.* De praepositionis *ex* vi instrumentali cf. Hand. Tursell. II, p. 643. Hildebr. ad Arnob. I, 39. p. 61 sq. — *sub eodem mancipe erroris.* Satanam appellat; *manceps* vero est auctor, praeses, curator. Cf de Idol. 1. „*mancipes* idolorum.“ ad Nat. II, 13. Apolog. 11. „*mancipem* divinitatis.“ de Spectac. 10. „*mancipes* ludorum.“ — *necesse est*, *et vos.* Malim paene: *necesse est*, *ut vos*, quod tamen minime necessarium est. — *movit*, ... *tiva vastavit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *movit*, *si vis nociva vastavit* dedi ex mea coniectura. Olim putaveram: *movit*, *si aestiva* (sc. aura) *vastavit* vel: *movit*, *si canina* (sc. stella) *vastavit.* Gothofr. coni.: *movit*, *si votiva vastavit*, quod non intellego. I. Fr. Gronov. in Observv. in Scriptt. Eccles. cap. XI. p. 123. supplet: *movit*, *si Libitina vastavit.* Non male. — *si famis afflixit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *famis* pro *fames* legitur etiam apud Varr. R. R. II, 5. et ap. Prudent. Psychomach. v. 479. — *Christi . . . . tum.* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *Christianorum fatum* coni. Gothofr. Recepi suppletionem verissimam I. Fr. Gronovii: *Christianorum meritum.*, propositam in Observv. in Scriptt. Eccles. cap. XI, p. 123. — *metuere quidm̃ . . . . . . opinor* Agob. *metuere. Quid igitur? Opinor* edd. Gothofr. Rig. Sed Gothofredus in adnott. delet vocabula *Quid igitur* et Codicis Agob. vestigia pressius secutus supplet *metuere*, *qui deum metuunt. Opinor.* Restitui: *metuere qui deum verum* (sc. metuunt)! *Opinor* sqq. Sensus: quasi veri dei cultores nos minora incommoda et alia quam quae modo diximus merito nostro excitare posse censendi simus! Immo maximum nostrum meritum sequuntur et maximae poenae. Summa ironia. In seqq. ed. Gothofr. male incidit post *deorum*

cias ceciderunt? quanta bella externa et intestina? quot pestes, fames, ignes, hiatus, motusque terrarum saeculum digessit? Ubi tunc Christiani, cum res Romana tot historias laborum suorum subministravit? ubi tunc Christiani, cum ***Hiera, Anaphe*** et ***Delos*** et Rhodos et ***Cea*** insulae multis cum milibus hominum pessumiere, vel quam Plato memorat maiorem ***Asia*** aut ***Africa*** in Atlantico mari mersam, cum Vulsinios de caelo, ***Pompeios*** de suo monte perfudit ignis, cum terrae motu mare Corinthium ereptum est, cum totum orbem cataclysmus abolevit? Ubi tunc, non dicam contemptores deorum Christiani, sed ipsi dei vestri, quos clade illa posteriores loca, oppida approbant in quibus nati, morati, sepulti sunt, etiam quae condiderunt? non alias enim *superfuissent* ad hodiernum, nisi *postuma* cladis illius. *Sed* relegere et revolvere non curatis testimonia temporum, aliter vobis renuntiata, inprimis ne deos

vestrorum. — *digessit* sc. in memoriarum libris. — *Hierennapae* Agob. *Hierennape* edd. Gothofr. Rig. — *et Delphos* Agob. edd. Gothofr. Rig. *et Delos* dedi ex emend. Gothofr. — *et Creta* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *et Cea* dedi ex coni. Gothofredi. Plin. H. N. II, 92. „Ex insula *Cea* amplius triginta milia passuum abrupta subito cum plurimis mortalium rapuit mare. *Con* insulam (cf. Apolog. cap. 40.) olim esse *Ceam* appellatam testatur idem Plin. H. N. V, 31. — *pessumhier̄* (h. e. pessumiere) *vel quam* Agob. *pessumierunt vel quam* edd. Gothofr. et Rig. — *maiorem Asiam aut Africam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *Asia et Africa* emend. Gothofr. Cf. ad. Apolog. cap. 40. — *Tarpeios de suo* Agob. et edd. Gothofr. Rig. vitiose. Emendavi *Pompeios de suo* ex Apolog. cap. 40. — *superfluissent* Agob. et ed. Gothofr. vitiose. *superfuissent* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *nisi postumae* Agob. ed. Gothofr. *nisi postuma* ed. Rig. ex emend. Gothofr. De particula *enim* tertio loco posita cf. ad Apolog. cap. 39. — *si relegere* Agob. et ed. Gothofr. *Sed relegere* ed. Rig. quod sententia flagitat. Particulas *sed* et *si* in libris scriptis saepius confusas esse demonstravi iam supra cap. 3. Sed hoc in loco poterat etiam emendari *Scilicet relegere*, pari iure. Particulas *si* et *scilicet* in libris scriptis haud raro confundi notum est. Exemplum habes apud Arnob. I, 11. ubi pro Cod. Paris. scriptura *maledicam si* emendandum esse *maledicam scilicet* iam vidit Hand ad Gronov. Diatr. Stat. p. 455. Simillimae scilicet earum particularum sibi sunt compendia. — *aliter vobis renuntiata* h. e. quae tamen aliis condicioni-

vestros *iniustissimos* pronuntietis, qui propter contemptores etiam cultores suos *adfligunt;* tunc *enim* vosmetipsos errare probatis, si deos traditis qui vos *a meritis* profanorum non discernunt. Quodsi, ut unus atque alius *vanissimus* ait, idcirco vobis quoque irascuntur, quoniam de nostra eradicatione neglegitis, absolutum est de infirmitate et mediocritate eorum: nam non irascerentur vobis in animadversione cessantibus, si ipsi exsequi possent; quanquam et alias confitemini istud, si quando illos supplicio nostro videmini ulcisci: *si ab alio aliud,* a maiore defenditur. Pudeat igitur deos ab homine defendi.

10. Effundite iam omnia venena, omnia calumniae tela infligite huic nomini, non cessabo ultra repellere; at postmodum obtundentur expositione totius nostrae disciplinae: nunc vero eadem ipsa de nostro corpore vulsa in vos retorquebo,

bus et occasionibus a vobis commemorari renuntiarique solent. — *iniustis* ... *os* Agob. *iniustis illos* ed. Gothofr. (qui emendat *iniustos illos*) *iniustissimos* ed. Rig. — *suos* .... *nt* Agob. et ed. Gothofr. *suos laedunt* ed. Rig. *suos laedunt* vel *suos castigant* supplendum putabat Gothofr. Spatii ratione habita praetuli *suos adfligunt.* — *tunc ec* Agob. superscr. littera *n.* (unde Steph. Baluzius corrigendum putabat *tunc nec*). *tunc enim* edd. Gothofr. Rig. — *si eos traditis* ed. Gothofr. — *qui vos* .... *s profanorum* Agob. et ed. Gothofr. *qui vos a meritis profanorum* ed. Rig. *qui vos a turbis profanorum* Gothofr. putabat supplendum. — *unus atque alius* .... *mus ait* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *unus atque alius vanissimus ait* ex coni. Gothofredi De locutione *unus atque alius* cf. supra ad cap. 4. — *neglegitis* Agob. et ed. Gothofr. *negligitis* ed. Rig. Mox Agob. et ed. Gothofr. *quanquam*, ed. Rig. *quamquam.* — *ulcisci. abaliud a maiore defenditur* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Monstrum vocabuli *abaliud* viderit Rigaltius an possit analogia Graecorum ἔξαλλον defendi aut explicari. Immo emendandum erat: *ulcisci: si ab alio aliud* (sc. est vel pendet), *a maiore defenditur.* Pro *exsequi possent* Gothofr. in Agob. secundis curis deprehendere sibi visus est: *ex se quid possent*, quod etiam possit probari. —

10. — Cf. Apolog. capp. 12. 13. 14. 15. — *postmodum.* Nempe in Apologetico; ibi enim convertitur Tertullianus ad demonstrationem religionis Christianae, ut ipsemet post retorsionem criminum fine cap. 16. loquitur. „Quae omnia conversi iam ad demonstrationem religionis nostrae repurgabimus“ sqq. (Gothofr.).

eadem vulnera criminum in vobis defossa monstrabo, quo machaeris vestris admentationibusque cadatis. Iam primo, quod in nos generali accusatione dirigitis, divortium ab institutis maiorum, considerate etiam atque etiam, ne vobiscum communicemus crimen istud. Ecce enim per omnia vitae ac disciplinae corruptam, immo deletam in vobis antiquitatem recognosco. De legibus quidem iam supra dictum est, quod eas novis de die consultis constitutisque obruistis. De reliqua vero conversationis humanae dispositione palam subiacet quanta a maioribus mutaveritis, cultu, habitu, apparatu, ipsoque victu, ipsoque sermone (nam pristinum ut rancidum relegatis); exclusa ubique antiquitas in negotiis, in officiis, totam auctoritatem maiorum vestra auctoritas deiecit. Sane, quod vobis magis probro est, laudatis semper vetustates, et nihilominus recusatis. Qua perversitate *tanta alia* maiorum apud vos permanere, probari debuerunt, cum ea quae probatis recuse-

— *macheris* Agob. et ed. Gothofr. *machaeris* ed. Rig. Gothofr. coni. *machinis.* — *admentationibusque* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *ammentare* verbum usurpat Tertullianus adv. Marc. IV, 33. *admentum* praebet Cod. Agob. in Scorp. 1. eamque formam tuentur etiam Notae Tiron. p. 84. et fortasse etiam glossa corrupta Glossarii Vet. Erfurt. a me editi in Klotz et Iahn Archiv. a. 1847. p. 268. 157. „*Admentum, adiuvantem lpngae etiam consules adiaciant*“, quam aliis emendandam relinquo. Cf. ibid. p. 269. 243. „*Ammentum, ligamen in missile.*“ Admentationes igitur erunt iaculationes, iacula. — *immo deletam* Agob. *imo deletam* edd. Gothofr. Rig. — *de die.* Cf. supra cap. 7. „*de die* redundamus.“ — *palam subiacet* h. e. *φανερῶς ὑπόκειται*, palam est. Cf. Apolog. cap. 15. „intellegi *subiacet.*“ — *quanta a maioribus mutaveritis* h. e. quot et quanta ita mutaveritis, ut a maiorum institutis plane iam differant. Graecismus. Sic *mutare* verbum significatione differre, diversum esse, structum cum praepositione *ab* habes apud Gell. N. A. II, 23. „Quantum *mutare a Menandro* Caecilius visus est.“ — *tan ..... maiorum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplendum et emendandum putabat: *tanta inania apud nos permanere probarique debuerunt.* Equidem supplevi *tanta alia*, reliquis intactis, nisi quod comma posui post *permanere*, quod sententia flagitat. Dicit Tertullianus: Qua perversitate tot alia instituta maiorum apud vos permanere probarique debuerunt, cum alioquin quod probatis permanere non sinere soleatis? *tanta* h. e.

tis? Sed et ipsum quod videmini a maioribus traditum fidelissime custodire et defendere, vel quo maxime reos nos transgressionis postulatis, de quo totum odium Christiani nominis animatur, deorum dico culturam, perinde a vobis destrui ac despici ostendam, nisi quod non perinde; nos enim contemptores deorum haberi nulla ratio est, quia nemo contemnit quod sciat omnino non esse. Quod omnino est, id contemni potest, quod nihil est, nihil patitur. Igitur quibus est, ab eis patiatur necesse est. Quo magis oneramini credentes esse et contemnentes, colentes et despuentes, honorantes et lacescentes! Licet etiam hinc recognoscere inprimis: cum alii alios deos colitis, eos quos non colitis utique contemnitis; praelatio alterius sine alterius contumelia non potest nec ulla electio non *reprobatione* componitur. Qui de pluribus suscipit aliquem, eum quem non suscipit despexit. Sed tot ac tanti ab omnibus coli non possunt. Iam ergo tunc primo contempsistis, non veriti scilicet ita instituere, ut omnes coli non possent. At enim illi sapientissimi ac prudentissimi maiores, *quorum* institutis renuntiare non nostis maxime in persona

tot, ut saepissime in scriptis Tertulliani. Cf. Apolog. capp. 1. 40. — *vel quo maxime* h. e. quo vel maxime. — *nisi quod perinde* ed. Gothofr. sed emendat in adnott. Perinde dicit et non perinde a nationibus et Christianis despici deos, perinde nempe quoad ipsum crimen, non perinde quantum ad criminis qualitatem. Cf. infra cap. 15. „etsi *aliter*, tamen *non aliter* sqq. — *contempnit* Agob. — *contempni* Agob. constanter. Ita et mox habet *contempnentes*. — *oneramini* h. e. accusamini. Cf. cap. 2. — *lacescentes* Agob. et ed. Gothofr. *lacessentes* ed. Rig. *lacescere* pro *lacessere* legitur etiam apud Coripp. III, 396. — *imprimis* edd. Gothofr. Rig. — *contumelia non potest* Agob. et ed. Gothofr. *contumelia esse non potest* ed. Rig. Retinui Agobardi lectionem, qua *potest* idem est quod *valet*, *potens est*, ἰσχύει. Neque tamen nego quin praeplaceat emendatio: *contumelia non potest esse.* Facile enim voc. *esse* post *potest* poterat excidere. *non reprobationem* Agob. et ed. Gothofr. *non reprobatione* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Potest etiam ita emendari: *nec ulla electio non reprobationem componit* (h. e. condit, efficit), *ut qui de pluribus* sqq. — *eorum institutis* Agob. et ed. Gothofr. (in qua edit. verba *eorum institutis* — — *vestrorum* parenthetice sunt uncinis inclusa) *quo-*

deorum vestrorum, ipsi quoque impii deprehenduntur. Mentior, si nunquam censuerant, ne qui imperator fanum, quod in *proelio vovisset*, prius dedicasset quam senatus probasset, ut contigit M. Aemilio, qui voverat Alburno deo. Utique enim impiissimum, immo contumeliossimum admissum est, in arbitrio et libidine sententiae humanae locare honorem divinitatis, ut deus non sit nisi cui esse permiserit senatus. Saepe censores inconsulto populo adsolaverunt; certe Liberum patrem cum *sacro suo* consules senatus auctoritate non *urbe* solummodo, verum tota Italia eliminaverunt. Ceterum Serapem et Isidem et Arpocraten et Anubem prohibitos Capitolio Varro commemorat, eorumque *aras* a senatu deiectas nonnisi per vim popularium restructas. Sed tamen et Gabinius consul Kalendis Ianuariis, cum vix hostias probaret, prae popularium

rum institutis ed. Rig. Mox Agob. *depraehenduntur* pro more. — *Mentior si.* Formula est quippiam serio et constanter affirmantis. Tertull. de Ieiun. 6. „*Mentior si non* dominus ipse — causam plenitudini deputat.“ de Anima 19. „*Mentior si non* statim infans — hoc ipsum de se testatur sensisse.“ Seneca Ep. 118. et Ep. 106. „*Mentior*, *nisi* et quae alunt illa, corpora sunt.“ — *quod in ...... novisset* Agob. et ed. Gothofr. *quod in proelio vovisset* ed. Rig. ex coni. Gothofr. — *adsolaverunt* h. e. solo alliserunt, profligaverunt. Cf. Apolog. cap. 15. et ad Nat. I, 10. infra: „maiestatis fastigium *adsolant.*“ Hinc emendanda videntur verba Glossarii Vet. Lat. in Auctt. Class. ab Ang. Maio editis tom. VI, p. 504. „*Adsolitum*, *adlitum*“ in „*Adsolatum*, *adlisum.*“ Ad voc. *adsolaverunt* ex praecedentibus supple: honorem divinitatis. — *cum socru sua'* Agob. *cum socru sua* ed. Gothofr. *cum sacro suo* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Apolog. cap. 6. „cum mysteriis suis.“ — *non urbes solummodo* Agob. *non urbe solum modo* edd. Gothofr. Rig. - *Serapem et Isydem* Agob. et ed. Gothofr. *Serapem et Isidem* ed. Rig. — *Arpocraten* Agob. *Arpocratem* edd. Gothofr. et Rig. V. adnot. ad Apolog. cap. 11. De cultu Serapis et Isidis Italia expulso v. Intt. ad Arnob. II, 73. et ad Minuc. Felic. Octav. cap. 21. Tertull. Apolog. cap. 6. — *Varro.* Huc pertinere videtur locus Suidae s. v. *Ἐγκατέσκηψαν· τὰ Αἰγυπτίων κακὰ τὰ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πόλει ἐγκατέσκηψε καὶ τῇ Ῥώμῃ. Οὐάῤῥων.* Cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 698. „Varro dedignatur Alexandrinos deos Romae coli.“ — *eorumque a senatu* Agob. et ed. Gothofr. *eorumque statuas a senatu* ed. Rig. Malim cum Gothofr. *eorumque aras a senatu*, quia *aras* vocula facilius excidere poterit propter

coetu, quia nihil de Serape et Iside constituisset, potiorem habuit senatus censuram quam impetum vulgi, et aras institui prohibuit. Habetis igitur in maioribus vestris, etsi non nomen, attamen sectam Christianam, quae deos neglegit. Horum si vos saltem *integri in* honoribus vestris rei *essetis* laesae religionis, sed invenio conspirasse a vobis tam superstitionis quam impietatis profectum. Quanto enim inreligiosiores deprehendimini? Privatos enim deos quos Lares et Penates domestica consecratione perhibetis, domestica et licentia inculcatis, venditando, pignerando pro necessitate ac voluntate. Essent quidem tolerabiliora eiusmodi contumaciae sacrilegia, nisi quod eo iam contumeliosiora quod modica. Sed aliquo solatio privatorum et domesticorum deorum querellae iuvantur, quod publicos turpius contumeliosiusque tractetis. Iam primum, quos in hastarium regessistis, publicanis *subdidistis*, omni quinquennio inter vectigalia vestra proscriptos addicitis. Sic Serapeum, sic Capitolium petitur, addicitur, conducitur *divi-*

sequentes litterulas. — *caetu quia* Agob. et ed. Rig. *cum vix hostias probaret* sc. illorum deorum in aris immolandas. *probaret* h. e. concederet, sineret. — *prae popularium coetu* sc. inde exorto quia nihil de Serapide et Iside admittendis constituisset, et in tantum aucto, ut sane metum posset consuli iniicere. — *censuram* h. e. quod senatus censuerat. — *neglegit* Agob. (constanter) et ed. Gothofr. *negligit* ed. Rig. — *integrum honoribus vestris rei esse laesae* Agob. et edd. Gothofr. Rig. mendose. Emendavi ex coniectura: *integri in honoribus vestris rei essetis laesae.* — *domestica et licentia* Agob. et ed. Gothofr. *domestica licentia*, particula *et*, quae hic est pro *etiam*, deleta, ed. Rig. — *inculcatis.* Apolog. cap. 13. *tractatis.* Apud Tertullianum *inculcare* saepissime est conculcare, violare, indigne tractare. Cf. de Paenit. 7. de Patient. 15. ad Uxor. II, 5. adv. Haeret. 8. adv. Gnost. 8. Minuc. Felic. Octav. 37. „horrorem carnificis inridens *inculcat.*" Cyprian. ad Demetrian. p. 185. ed. Oxon. — *pignerando, venditando* sc. cum domus ipsas pigneratis et venditatis. — *contumaciae* h. e. insolentiae, contemptus. Mox Agob. *solacio* pro *solatio*, et paulo post *astarium* pro *hastarium*. — *publicanis subdi ... tis* Agob. *publicanis subd ... tis* edd. Gothofr. Rig. *publicanis subdidistis* dedi ex mea coniectura. Gothofredus coni. *publicanis subditatis.* — *proscripto addicitis* Agob. et ed. Gothofr. *proscriptos addicitis* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *conducitur .... sub*

nitas sub eadem voce praeconis, eadem exactione quaestoris. Sed enim agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa ignobiliora (nam hae sunt captivitate *natae* poenae): dei vero, qui magis tributarii magis sancti, immo qui magis sancti magis tributarii. Maiestas constituitur in quaestum, negotiatio religione proscribitur, sanctitas locationem mendicat; exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri; pro *stipibus*, pro *hostiis* venditis totam divinitatem; non licet eam gratis coli; plus denique publicanis refigitur quam sacerdotibus. Non suffecerat vectigalium deorum contumelia, de contemptu scilicet aestimanda, nec contenti estis deis honorem non habuisse, nisi etiam *quemcumque* habetis depretietis aliqua indignitate. Quid enim omnino ad honorandos eos facitis, quod etiam non mortuis vestris ex aequo praebeatis? Exstruitis deis templa, exstruitis aras deis, aeque mortuis *templa*, aras; eisdem titulis super-

eadem Agob. et edd. Gothofr. Rig. *conducitur divinitas sub eadem* coniectura est Gothofredi ex vestigiis evanescentis scripturae Cod. Agob., quam recepi. Apolog. cap. 13. „sub eadem voce praeconis, sub eadem hasta, sub eadem adnotatione quaestoris *divinitas* addicta *conducitur.*" — *captivitate notae poenae* Agob. et ed. Gothofr. *captivitate notae poena* ed. Rig. *captivitatis notae* coni. Rig. ex Apologetico. Emendavi: *captivitate natae poenae.* Mox Rigaltius coni. *negotiatione religio proscribitur.* — *sacri, pro stipitibus pro ostiis; venditis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *stipibus* pro *stipitibus*, et *hostiis* pro *ostiis* ex coni. Gothofredi, et maiorem interpunctionem post *hostiis* sustuli collocandam post verba: *pro aditu sacri.* Sed et altera interpunctio potest defendi, siquidem stipes et hostias locare solebant veteres. Cf. Tertull. de Idol. cap. 17. — *refigitur* Agob. et ed. Gothofr. *reficitur* ed. Rig. Retinui Agobardini scripturam et interpretor *refigere* per abrogare, tollere, infringere, adsolare. — *quecumque* Agob. *quaecunque* ed. Gothofr. *quemcunque* ed. Rig. ex coni. Gothofr. *quoscunque* emendat Haverk. ad Apolog. cap. 45. p. 273. *quemcumque* sc. honorem. — *Exstruitis deis templa, extruitis aras deis, aeque mortuis aras* Agob. et ed. Gothofr. *Exstruitis deis templa, aeque mortuis templa, exstruitis aras deis, aeque mortuis aras* ed. Rig. Emendavi: *Exstruitis deis templa, extruitis aras deis, aeque mortuis templa, aras.* Exciderat voc. *templa* post *aeque mortuis* librarii oculis in proximum versum aberrantibus. — *ut*

scribitis litteras, easdem statuis inducitis formas, ut cuique ars aut negotium aut aetas fuit: senex de Saturno, imberbis de Apolline, virgo de Diana figuratur, et miles in Marte et in Vulcano faber ferri consecratur. Nihil itaque mirum, si hostias easdem mortuis quas et deis caeditis eosdemque odores excrematis. Quis istam contumeliam excuset, quae *utut* mortuos cum deis deputet? Regibus quidem etiam sacerdotia adscripta sunt sacrique apparatus, ut tensae et currus et solisternia et lectisternia, *laetitiae* et ludi. Plane, quoniam illis caelum patet, hoc quoque non sine contumelia deorum: primo quidem, quod non decuerit alios eis *adnumerari, si* datum sit post mortem deos fieri; secundum, quod tam libere atque manifeste coram populo non peieraret *contemplator hominis* in caelum recepti, nisi contemneret quos deieraret *tam* ipse quam ei qui ei peierare permittant; con-

cuique ars. Cf. Arnob. VI, 12. Minuc. Felic. Octav. cap. 21. — *odores excrematis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Al. *odores crematis.* Tertull. de Cultu Femin. 6. „Quodcumque enim immundo spiritui *excremari* solet.“ — *quae ut aut mortuos* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *quae utut mortuos* cum Haverkampio ad Apolog. cap. 21. p. 210. — *solisternia.* V. Fest. s. v. *Solla.* „Solla sternere dicuntur qui sollisternium habent.“ Cf. ibi Intt. et ad Tacit. Annal. XV, 44. Notae Tiron. p. 164. „Sella, sellarius, sellisternium.“ Vet. Gloss. ap. Rig. „Σελλάστρωσις, Sellisternium.“ — *lectisternia .... tie* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *lectisternia, laetitiae* dedi ex coni. Gothofredi. — *alios eis ...... rari datum sit* Agob. et ed. Gothofr. *alios eis adnumerari quibus datum sit* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Ego emendavi: *alios eis adnumerari, si datum sit*, particula *si* repetita ex ultima syllaba praecedentis vocabuli. — *contemplaret ..... is in caelum recepti* Agob. *contemplaret ... litis in caelum recepti* ed. Gothofr. *contemplator Proculus in caelum recepti* ed. Rig. *contemplator caelitis in c. recepti* coni. Gothofr. Minus bene. Ego emendavi *contemplator hominis in caelum recepti.* Quod Cod. Agob. *contemplaret* habet hodie pro *contemplator*, id vitium facile potuisse oriri tibi admodum probabile videbitur, si fingas antiquiori vitio scriptum fuisse *contemplat̃* (h. e. contemplatur), unde syllabae *ur* nota incuriosius retracta factum fuerit *contemplaret.* — *quam ipse quam ei* (*ii* ed. Rig.) Agob. et ed. Gothofr. Rig. Emendavi *tam ipse quam ii,* quamquam ipso hoc capite paulo infra haec locutio in Cod. Agob.

sentiunt enim *ipsi* nihil esse quod deierant, immo insuper et praemio afficiunt, quia publice contempserit periurii vindices; quanquam *periurii* apud vos *quidem* unusquisque purus est. Immo iam per deos deierandi periculum evanuit, potiore habita religione per Caesarem deierandi, quod et ipsum ad offuscationem pertinet deorum vestrorum; facilius enim per Caesarem peierantes punirentur quam *per ullum* Iovem. Sed contemptus honestior est, habens quandam superbiae gloriam; venit enim aliquando etiam de fiducia vel conscientiae securitate vel naturali sublimitate animi. Derisus vero quanto lascivior tanto denotatior ad contumeliae morsum. Recognoscite igitur quam derisores inveniamini numinum vestrorum, non dico quales sitis in sacrificando, quod enecta et tabida quaeque mactatis, de opimis autem et integris *supervacua esui* capitula et ungulas et plumarum setarumque praevulsa, et si quid domi quoque *abiecturi* fuissetis. Omitto quae *vulgi* aut sacri-

iterum occurrit. Sed vitium est librarii, neque alio ullo Tertullianeorum scriptorum loco praeterea *quam* — *quam* pro *tam* — *quam* usurpatum inveneris. — *consentiunt enim ipse* Agob. *consentiunt enim ipsi* edd. Gothofr. *praemio afficiunt* sc. quadam laudis, cum ei consentiunt. — *quanquam periuria apud vos quod unusquisque purus est.* Agob. et ed. Gothofr. *quamquam periurii apud vos unusquisque purus est.* ed. Rig. *quamquam periurii apud vos quotusquisque purus est?* coni. Rig. *tamquam periuria apud vos, quod unusquisque purus est.* coni. Haverkamp. ad Apolog. cap. 25. p. 251. Emendavi et edidi: *quanquam periurii apud vos quidem unusquisque purus est.* Nam quis haberi periurii reus debeat, ubi falsae divinitatis religio nulla? Voces *quidem* et *quod* in libris manuscriptis saepius deprehendi confusas scient qui in eis laboraverint. — *Cesarem* habet Agob. constanter scriptum, non *Caesarem.* — *quam parvulum Iovem* Agob. et ed. Gothofr. *quam per ullum Iovem* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. Codicis lectionem frustra defendit Haverk. ad Apolog. cap. 25. p. 250 sq. — *denotatior.* Malim *denotantior.* — *non dico quales sitis* h. e. ne illud addam, quales sitis sqq. — *supervacue sui* Agob. *supervacua sui* ed. Gothofr. *supervacua esui* ed. Rig. — *habituri fuissetis* Agob. et ed. Gothofr. *habituri non fuissetis* ed. Rig. ex emend. Gothofredus, qui etiam proposuit corrigendum: *abiecturi fuissetis*, quam emendationem, ut faciliorem et meliorem, recepi. — *quae vulgae* Agob.

sacrilegae gulae videbuntur maiorum prope religionem convenire; atquin doctissimi gravissimi, quatenus gravitas atque prudentia de doctrina proficere credunt, et inreverentissimi erga deos vestros semper existunt, nec eis cessat litteratura, quam ut *et* turpius aut vana aut falsa de deis inferat. Ab ipso exordiar *studio* vestro eius unde *somniat omnis nequior*, cui quantum honorem *adiudicatis*, tantum deis vestris dero-

a m. pr. edd. Gothofr. Rig. *quae vulgi* Agob. a m. sec. Scribendum fortasse *quae vulgari*. Verte: Ich übergehe was der Zunge des gemeinen Volks oder der Gotteslästerung fast als eine gegen Religion der Vorfahren selbst (nicht bloss gegen die Götter) gerichtete Anklage erscheinen wird. *Convenire* pro *accusare* usitatissimum est apud Tertullianum. Cf. Apolog. 10. ad Nat. I, 1. — *atquin doctissimi*. De particula *atquin* cf. quae adnotavi supra ad cap. 6. 7. Mox pro *credunt* Gothofr. coni. *creduntur*. Perperam. — *nec eis cessat litteratura quam ut aut turpius aut vana aut falsa* Agob. et ed. Gothofr. *nec eis cessit litteratura quam ut aut turpia aut vana aut falsa* ed. Rig. partim ex emend. Gothofredi. Retinui *cessat* et *turpius*, auctoritate vetusti libri, sed pro *aut* ante *turpius* emendavi *et* (h. e. etiam); saepe a librariis eae particulae confunduntur. V. Intt. Critt. ad Cic. Brut. II, 6. Goerenz. ad. Cic. de Finn. p. 153. Heindorf. ad Cic. de N. D. p. 201. 268. Schwarz ad Plin. Panegyr. p. 344. Poterat pro *et* etiam corrigi *vel*, eodem sensu; nam et hanc particulam esse passim cum *aut* confusam in libris vett. scriptis docent loci Cic. de Offic. I, 8, 23. Goerenz. ad Cic. Acad. II, 28, 91. Tertiam denique medelam propono particulae *aut* inductionem, cum facile potuerit inseri per errorem, tum propter sequentia in quibus aut particula bis occurrit, tum propter illud *ut* quod proxime antecedit. Verto locum: „und ihre Feder ruht ihnen (hie und da höchstens) nur, um auf noch schändlichere Weise Hirngespinste und Lügen von den Göttern aufs Tapet zu bringen." — *exordi ...... vestro* Agob. et ed. Gothofr. *exordiar Homero vestro* ed. Rig. *exordiar studio vestro eius* dedi ex coni. Gothofredi. — *eius unde omnia et omne aequore* Agob. et ed. Gothofr. *eius unda omnis et omne aequor* ed. Rig. addita interpretatione: „a quo ceu fonte perenni vatum pieriis ora rigantur aquis." *eius unde omnis materia et omne aequor* coni. Gothofr., minus bene. Edidi mei ingenii periculo: *exordiar studio vestro eius* (sc. poetae), *unde somniat omnis nequior*. — *adi ..... tis, tantum* Agob. *additis*, *tantum* edd. Gothofr. Rig. Gothofredus adnotat non liquido sibi constare, an *additis*, *tantum*, ut edidit, in Agob. libro fuerit, rectiusque sibi divinare visus est

gastis, magnificando qui de eis lusit. Adhuc meminimus Homeri; ille opinor est qui divinam maiestatem humana condicione tractavit, casibus et passionibus humanis deos imbuens, qui de illis favore diversis gladiatoria quodammodo paria composuit, Venerem sauciat sagitta humana, Martem tredecim mensibus in vinculis detinet fortasse periturum, eadem Iovem paene perpessum a caelitum plebe traducit, aut lacrimas eius super Sarpedonem excutit, aut luxuriantem cum Iunone foedissime inducit commendato libidinis desiderio per commemorationem amicarum. Exinde quis non poëtarum ex auctoritate principis sui in deos insolens aut vera prodendo aut falsa fingendo? et tragici quidem aut comici pepercerunt, ut non aerumnas ac poenas dei praefarentur? Taceo de philosophis, quos superbia severitatis et duritia disciplinae ab omni timore securos nonnullus etiam afflatus veritatis adversus deos erigit: denique et Socrates in contumeliam eorum quercum et canem et *hircum* iurat. Nam etsi idcirco damnatus est, cum paenituerit Athenienses damnationis, *criminatores* quoque *inpenderint*, restituitur testimonium Socrati, et possum retorquere probatum esse in illo quod nunc reprobatur in nobis. Sed et Diogenes nescio quid in Herculem lusit, et Romani stili Diogenes Varro trecentos Ioves, seu Iuppiteres dicendum est,

exinde: *administratis*, *tantum*. Dedi ex mea coniectura *adiudicatis*, *tantum*. Olim placebat: *adrogastis*, *tantum*. — *condicione* Agob. constanter. *conditione* edd. Gothofr. Rig. — *paria composuit* Agob. *paria commisit* edd. Gothofr. Rig. — *praefarentur* sc. in prologis. Cf. Apolog. cap. 14. — *denique et Socrates.* De significatu particulae *denique* v. supra adn. ad cap. 5. — *canem et heram iurat* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *canem et hircum iurat* edidi secutus verba Apologetici cap. 14. Et verissima est ea emendatio. — *penituerit* Agob. et ed. Gothofr. *poenituerit* ed. Rig. — *discriminatores quoque inpenderit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi mei ingenii periculo: *criminatores quoque inpenderint*, sensu omnino flagitante. Sylla'a *dis* in voc. *discriminatores* quam facile potuerit accrescere ex — *nis* syllaba finali praecedentis vocabuli nemo est qui non videat. Etiam in Apologetico est *criminatores*. De verbo *inpendere* eo sensu usurpato quo hic cf. adn. ad Apolog. cap. 44. — *resti . . . tur testimonium* Agob. et ed. Gothofr. *restituitur testimonium* ed. Rig. ex coni. Go-

sine capitibus inducit. Cetera lasciviae ingenia etiam voluptates vestras per dedecus deorum admininistrant. ***Dispicite apud vos*** Lentulorum et ***Hostiliorum sacrilegas venustates,*** utrum mimos an deos vestros in ***strophis et iocis*** rideatis; sed et histrionicas litteras magna cum voluptate suscipitis, quae omnem foeditatem designant deorum. ***Constuprantur*** coram vobis maiestates in corpore inpuro. ***Famosum*** et diminutum caput imago cuiuslibet dei vestit. Luget Sol filium fulmine *extinctum* laetantibus vobis, Cybela pastorem suspirat fastidiosum non erubescentibus vobis, et sustinetis Iovis elogia modulari. Plane religiosiores estis in gladiatorum cavea, ubi super sanguinem humanum, super inquinamenta poenarum proinde saltant dei vestri argumenta et historias nocentibus erogandis, aut in ipsis deis nocentes puniuntur. Vidimus saepe castratum Attin deum a Pessinunte, et qui vivus cremabatur Herculem induerat. Risimus et meridiani ludi de deis lusum, quo ***Ditis*** Pater, Iovis frater, gladiatorum exse-

thofredi. — *Despici ..... d vos Lentulorum* Agob. *Despicite duos Lentulorum* ed. Gothofr. (sed corr. secundis curis in adnott.) *Dispicite apud vos Lentulorum* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *Hostiorum sacrilega venustate* Agob. et ed. Gothofr. *Hostiorum sacrilegas venustates* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Edidi: *Hostiliorum sacrilegas venustates.* Cf. Apolog. cap. 15. — *in trofis et locis* Agob. et ed. Gothofr. *in strophis et iocis* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. De confusione vocabulorum *locus* et *iocus* exemplum habuimus Apolog. cap. 48. — *Constupratur* Agob. et ed. Gothofr. *Constuprantur* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *Fumosum* Agob. et ed. Gothofr. *Famosum* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *extinctu laetantibus* Agob. *extinctum laetantibus* edd. Gothofr. Rig. — *ubi sanguinem*, omisso voc. *super*, ed. Gothofr. — *a Pessinunte* h. e. Pessinuntium. Liv. I, 50. „Turnus ab Aricia.“ V. Drakenb. ad Liv. IV, 7. — *quodistis pater* Agob. *quod Distis pater* ed. Gothofr. *quo Dis pater* ed. Rig. Edidi *quo Ditis Pater*. Petron. Satyr. 120. „Has inter sedes *Ditis Pater* extulit ora.“ Isid. Origg. VIII, 11, 42. „Pluton Graece, Latine Dispiter vel *Ditis pater*“ sqq. Gloss. Philox. p. 77. „Ditis pater, *Πλούτων*.“ Excerpt. ex Vet. Lex. Graeco-latin. p. 316. „Ditis pater, *Πλούτων*.“ Gloss. Cyrill. p. 583. „*Πλούτων*, Ditis.“ Apul. Metam. VI, 18. p. 417. „Nec Charon ille et *Ditis pater*.“ Cf. Munker. ad Hygin. XLI, p. 735. Intt. ad Petron. l. l. p. 735. ed. Burm. — *quod Mercu-*

quias cum malleo deducit, *quo* Mercurius, in calvitio *pennatulus*, in caduceo ignitulus, corpora exanimata iam mortemve simulantia e cauterio probat. Singula ista quaeque adhuc investigare quis possit, si honorem *inquietant* divinitatis, si maiestatis fastigium adsolant? De contemptu utique censentur *probra tam* eorum qui eiusmodi *factitant* quam eorum qui *ista* suscipiunt. *Quare* nescio, ne plus de vobis dei vestri quam de nobis querantur. *Contemptis* ex alia parte adulamini, redimitis si qua delinquitis, et postremo licet vobis in eos quos esse voluistis; nos vero in totum aversamur.

11. Nec tantum in hoc nomine rei desertae communis religionis, sed superductae monstruosae superstitionis. Nam,

rius Agob. et ed. Gothofr. *quo Mercurius* ed. Rig. — *pennaculus* (ed. Gothofr. *penaculus*) *in caducaeo* Agob. et ed. Gothofr. *pennatulus*, *in caducaeo* ed. Rig. Deminutivis *pennatulus* et *ignitulus* tertium adde ex cap. 8. *linguatulus*. — *e cauterio*. De vi instrumentali praepositionis *ex* cf. supra ad cap. 9. init. — *inquietant* h. e. turbant. Hildebr. ad Apul. Metam. tom. I, p. 852. emendari vult *inquinant*, elegantius quam verius. Cf. quae adnotavi ad Apolog. capp. 15. et 38. Cod. Agob. pro *inquietant* vitiose exhibet *inquietanti*. Edd. Gothofr. et Rig. non incidunt post *adsolant*. V. me ad haec verba in Apolog. cap. 15. — *censentur ..... quam eorum* Agob. *censentur quam eorum*, sine lacunae signo, edd. Gothofr. Rig. Emendavi et supplevi: *censentur probra tam eorum*. De significatu vocabulorum *censere* et *census* apud Tertullianum cf. mea adnott. ad Apolog. capp. 10. 15. 21. — *facitant* Agob. et ed. Gothofr. *factitant* ed. Rig. — *ita suscipiunt* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendatio *ista suscipiunt* necessaria est. – *Quare nescio ne*. De particula interrogativa *ne* cf. supra ad capp. 8. et 10. et ad Apolog. cap. 3. Pro *Quare* in Agob. vitiose est *Qua*. — *querantur .... ex alia* Agob. et edd. Gothofr. (particula *non* quae post *querantur* sequitur in ed. Gothofr. in adnott. deletur) Rig. Gothofredus putabat restituendum: *querantur excolitis ex alia*, quod non displicet. Ego olim coniectabam: *querantur. Quotiens enim ex aliqua parte adulamini*, *redimitis si qua deliquistis*. Nunc praeplacet quod edidi: *querantur. Contemptis*, *ex alia*. Pro *contemptis* posses etiam *contemnendo* vel *contemnentes*. — *et postremo licet vobis in eos* sc. delinquere, vel admittere. —

11. — Cf. Apolog. cap. 16. — *rei* sc. dicimur, convenimur. — *Nam ut quidam* Agob. Edd. Gothofr. et Rig.: *Nam*, *ut quidam somniastis*, *caput* — - · — *nostrum*, *hanc Cornelius*

ut quidam, somniastis caput asininum esse deum nostrum. Hanc Cornelius Tacitus suspicionem fecit. *Is* enim in quarta Historiarum suarum, ubi de bello Iudaico digerit, ab origine gentis exorsus, et tam de ipsa origine quam de nomine religionis ut voluit argumentatus, Iudaeos refert in expeditione vastis in locis *aquae* inopia laborantes onagris, qui de pastu aquam petituri aestimabantur, indicibus *fontis* usos evasisse; ita ob eam gratiam consimilis bestiae superficiem a Iudaeis coli. Inde opinor praesumptum, nos quoque ut Iudaicae religionis propinquos eidem simulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus, sane ille mendaciorum loquacissimus, oblitus affirmationis suae in posterioribus refert, Pompeium magnum Iudaeis debellatis captisque Hierosolymis templum adisse et perscrutatum nihil simulacri reperisse. Ubi ergo is deus fuerit? utique nusquam magis quam in templo tam memorabili, praesertim omnibus praeter sacerdotibus clauso, quo non vererentur extraneum. Sed quid ego defendam, professus interim confessionem temporalem omnium in vobis ex pari transferendorum? *Credatur* deus noster asinina aliqua persona; certe

Tacitus suspicionem fecit. distinguunt. *ut quidam* sc. memorant. — *His* (*Is* edd.) *enim in quarta historiarum suarum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. V. mea adnotata ad Apolog. cap. 16. — *digerit* h. e. narrat, pertractat, perscribit. Cf. ad Nat. II. 1. et 9. et 11. adv. Marc. IV, 3. Mox Agob. et ed. Gothofr. *exhorsus* pro *exorsus*. — *in locis quae inopia* Agob. *in locis aquae inopia* edd. Gothofr. Rig. — *fontibus usos* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *fontis usos* dedi ex emend. Haverkampii ad Apolog. cap. 16. p. 157., ad quem locum v. quae adnotavi. — *Hierosolymis* Agob. et ed. Gothofr. *Hierosolimis* ed. Rig. — *non quo vereretur* emendat Havercamp. ad Apolog. cap. 16. p. 159. — *professus interim confessionem.* Pro *confessionem* divinaverit aliquis *concessionem.* Verto ita: Was soll ich aber den Vertheidiger spielen, wenn ich einstweilen für den Augenblick (temporalem) eine Darlegung gegeben von lauter Dingen, die auf euch in gleicher Weise übertragen werden können? *ex pari.* Cf. adv. Hermog. 7. „Neutrum altero humiliorem sive superiorem: sed stare ambo *ex pari* magna, *ex pari* sublimia, *ex pari* solidae et perfectae felicitatis.“ Cf. Apol. cap. 36. „*ex aequo* vetamur.“ *in vobis* h. in vos, ablativus pro accusativo. Cf. ad Apolog. cap. 12. — *transferendorum* .... *r deus noster* Agob. et ed. Gothofr. *trans-*

negabitis vos eadem *habere* nobiscum? Sane vos totos asinos colitis et cum sua *Epona*, et *omnia* iumenta et pecora et bestias, quae perinde cum suis praesepibus consecratis. Et hoc forsitan crimini datis, quod inter cultores omnium tantum asinarii sumus.

12. Sed et qui nos *crucis* antistites *affirmat, consacraneus erit* noster. Crucis qualitas signum est de ligno: etiam de materia colitis penes vos cum effigie; quanquam sicut vestrum humana figura est, ita et nostrum propria. Viderint nunc liniamenta, dum una sit qualitas, viderit forma, dum ipsum sit dei corpus. Quodsi de hoc differentia *intercedit,* quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica et Ceres Pharia, quae sine *forma rudi palo et solo staticulo* ligni *informis* repraesentatur? Pars crucis *equidem* maius est omne robur quod derecta statione defigitur. Sed nobis tota crux

ferendorum. Credatur deus noster ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *vos eadem ... ere nobiscum?* Agob. et ed. Gothofr. *vos eadem habere nobiscum* ed. Rig. *vos eadem facere nobiscum* coni. Gothofr. — *et cum sua poena* Agob. et ed Gothofr. *et cum sua Epona* ed. Rig. ex emend. Gothofr. *et* h. e. et quidem. — *et ..... iumenta* Agob. et ed. Gothofr. *et omnia iumenta* ed. Rig. ex coni. Gothofr. Alterutrum *et* puto delendum. —

12. — Cf. Apolog. cap. 16. — *qui nos antistes affirmant consa ..... eos erit* Agob. et ed. Gothofr. *qui nos crucis antistites affirmat, consacraneus erit* ed. Rig. Voc. *crucis* excidit librarii oculis in proximum versum aberrantibus. — *de ligno* h. e. ligneum. — *de materia* h. e. de ligno. — *propria* sc. quia semper eadem. — *Viderint.* De hac locutione dixi ad Apolog. cap. 16. Cf. ibid. capp. 25. et 26. — *intersedit quanto destinguitur* Agob. vitiose. Mox idem: *Atica et Ceres faria.* — *sine formarum dipalo et solistaticulo ligni infirmis repraesentatur.* Agob. et ed. Gothofr. *sine forma rudi palo et solo staticulo ligni informis repraesentatur?* ed. Rig. ex emendatione palmaria Salmasii, in Exercitt. Plin. p. 94. proposita, probante etiam Haverkampio ad Apolog. capp. 16. p. 161. — *pars crucis: et quidem maius est omne robur* Agob. *Pars crucis. et quidem maius, est omne robur* edd. Gothofr. (qui tamen pro *maius* mavult *maior*) et Rig. Emendavi: *Pars crucis equidem maius est omne robur* etc. Particulas *et quidem et equidem* passim confundi in libris scriptis nemo est qui nesciat. Cf. de hac re quos citat Hand. Tursell. tom. II, p. 436. — *quod derecta*

imputatur, cum antemna scilicet sua et cum illo sedilis excessu. Hoc quidem vos incusabiliores qui mutilum et truncum dicastis lignum quod alii plenum et structum consecraverunt. Enimvero de reliquo integra est religio vobis integrae crucis, sicut ostendam. Ignoratis autem etiam originem istam deis vestris de isto patibulo provenisse. Nam omne simulacrum, seu ligno seu lapide desculpitur seu aere defunditur seu *quacunque* alia locupletiore materia producitur, plasticae manus praecedant necesse est; plasta autem lignum crucis in primo statuit, quoniam ipsi quoque corpori *nostro* tacita et secreta linea crucis situs est. Quod caput emicat, quod spina dirigitur, quod humerorum obliquatio *excedit, si* statueris hominem manibus expansis, imaginem crucis *fecerit*. Huic igitur exordio et velut *statumini* argilla desuper *intexta* paulatim membra complet et corpus struit et habitum, quem pla-

Agob. et ed. Gothofr. *quod de recta*, disiunctim, ed. Rig. Sed vide de participio *derectus* Oudendorp. et Schneider. ad Caesar. Bell. Gall. IV, 17. — *cum antemna.* Antemnam vocat materiam transversam humerorum hominis obliquationi et expansis eius manibus comparatam. Cf. adv. Marc. III, 18. et adv. Iud. II. — *sedilis excessu.* Sedile crucis palus fuit brevior medio stipiti impactus. Excessum vero sedilis dicit quia palus iste, in quo sedebant cruciarii, eminebat in medio stipite ad usum sedilis: *ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον ξύλον ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον, ἐφ᾽ ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρώμενοι*, inquit Iustinus Dialogo adv. Tryphonem Iudaeum. Irenaeus II, 42. Ipse habitus crucis fines et summitates habet quinque, duos in longitudine, duos in latitudine et unum in medio, ubi requiescit qui clavis affigitur. Palus iste medianus libri adv. Iud. l. l. dicitur „unicornis in medio stipata." (Rig.). — *defunditur seu quocunque* Agob. — *in primo.* Cf. Sallust. Iug. cap. 71. Cic. Or. cap. 64. Senec. Quaest. Natt. V, 14. — *corpori nostri* Agob. *corpori nostro* edd. Gothofr. Rig. — *obliquatio* .... *si statueris* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus suppleri vult: *obliquatio cornuat, si statueris.* Mea est coniectura: *obliquatio excedit* (vel si mavis: *prominet*), *si statueris.* — *crucis fe* ..... *Huic igitur* Agob. et ed. Gothofr. *crucis feceris. Huic igitur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *fecerit* (sc. homo) — *statimini* Agob. et ed. Gothofr. *statumini* ed. Rig. — *intex* ..... *lati menbra* Agob. *intex* ..... *latim membra* ed. Gothofr. *intexta paulatim membra* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *quem placuit* ..... *lae* Agob. et

cuit argillae, intus cruci ingerit; inde circino et plumbeis modulis *praeparatio* simulacri in marmor, in lutum, vel aes, vel quodcumque placuit deum fieri, *transmigratura*. A cruce argilla, ab argilla deus: quodammodo transit crux in deum per argillam. Crucem igitur consecratis, a qua incipitur consecratus. Exempli gratia dictum erit: nempe de olivae nucleo et nuce persici et grano piperis sub terra temperato arbor exsurgit in ramos, in comam, in speciem sui generis. Eam si transferas vel de brachiis eius in aliam *subole* utaris, cui deputabitur quod de traduce provenit? non illi grano aut nuci aut nucleo? Nam cum tertius gradus secundo adscribitur, aeque primo secundus, sic tertius redigitur ad primum transmissus per secundum. Nec diutius super isto argumentandum est, quando naturali praescriptione omne omnino genus censum ad originem refert, quantoque genus censetur origine, tanto origo convenitur in genere. Si igitur in genere deorum crucem originem *colitis*, hic erit nucleus et granum pri-

ed. Gothofr. *quem placuit argillae* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *modulis prae .... tio simulacri* Agob. et ed. Gothofr. — *modulis praeparatio simulacri* ed. Rig. ex coni. Gothofr. Olim hariolabar: *modulis praescripta ratio simulacri*, sed coniectura Gothofredi nunc praeplacet. *circino et plumbeis modulis* h. e. secundum circinum et plumbeos modulos. — *transmigratur . a cruce argilla* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Mendose ni plane fallor. Emendavi igitur *transmigratura. A cruce argilla.* Olim putaveram *transmigrat ut a cruce* vel *transfiguratur. A cruce* sqq. — *Exempli gratia dictum erit: nempe.* Verto: Beispielshalber soll es gesagt werden: es steigt doch wol ein Baum sqq. Mox Agob. vitiose *et nunce persici.* — *subolem utaris* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendandum erat necessario: *subole utaris.* - *cui deputabitur* h. e. cui tribuitur. Cf. supra ad cap. 2. — *censum ad originem referet* Agob. *censum ad originem refert* edd. Gothofr. et Rig. *censum* h. e. aestimationem, ortum. Dixi de significatu vocabulorum *census* et *censere*, quem habent peculiarem in scriptis Tertulliani, ad Apolog. cap. 10. Cf. Apolog. capp. 5. 7. 12. 15. ad Natt. II, 1. et 12. adv. Marc. IV, 5. de Corona 10. — *quantoque — tanto.* Ita supra cap. 7. „*quanto* enim proni ad malitiam, *tanto* ad mali fidem oportuni estis.“ Cf. infra II, 12. Mox voc. *origine* non comparet in aliquot edd. — *convenitur* h. e. deprehenditur, invenitur. Cf. de Corona cap. 10. adv. Marc. II, 17. — *crucem*

mordiale, ex quibus apud vos simulacrorum silvae propagantur. At manifesta iam: Victorias ut *numina* et quidem augustiora quanto laetiora veneramini. *Compactionem quibus mediis* extollant? cruces erunt, intestina *quodammodo tropaeûm.* Itaque in Victoriis et cruces colit castrensis religio, signa adorat, signa deierat, signa ipsi Iovi praefert. *Scilicet* ille imaginum suggestus et totius auri cultus monilia crucum sunt. Sic etiam *in cantabris* atque vexillis, quae non minore sanctitate militia custodit, siphara illa vestes crucum sunt. Erubescitis, opinor, incultas et nudas cruces colere.

13. Alii plane humanius solem Christianum deum aestimant, quod innotuerit ad orientis partem facere nos precationem vel die solis laetitiam curare. Quid? vos minus facitis? Non plerique affectatione adorandi aliquando etiam caelestia ad solis initium labra vibratis? Vos certe estis, qui etiam in laterculum septem dierum solem recepistis, et ex diebus

originem Agob. et ed. Gothofr. *crucum originem* ed. Rig. At bene stat Agobardini libri scriptura. Genitivus *deorum* struendus est cum *originem.* — *originem co .. tis* Agob. et ed. Gothofr. *originem colitis* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *At manifesta iam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Al.: *Ad manifesta iam* ex emend. Haverkampii ad Apolog. cap. 16. p. 162. proposita. — *Victoria ut .. mina* Agob. et ed. Gothofr. *victorias ut numina* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Victorias appellat victoriarum simulacra, tropaea. — *con .... one quid melius extollant*, *cruces erunt intestina* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi ex coniectura et distinxi: *compactionem quibus mediis extollant? cruces erunt*, *intestina.* Pro *compactionem* possis etiam reponere *constructionem.* Pro *quibus* facile irrepere potuisse *quid* intelliget qui meminerit *quibus* per compendium scribi solere *quib'.* Ad verbum *extollant* cogitatione supple: artifices, fabri. — *quodammo ...... aeum* Agob. et ed. Gothofr. *quodammodo traèpaeorum* ed. Rig. Recepi verissimam Gothofredi coniecturam *quodammodo tropaeûm*, probatam et Haverkampio ad Apolog. cap. 16. p. 162. — *Sed ille imaginum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. mendose, pariter ut supra cap. 9. Emendavi igitur iterum *Scilicet ille imaginum.* — *Sic etiam .... bris* Agob. et ed. Gothofr. *Sic etiam in cantabris* ed. Rig. ex emend. Gothofr. —

13. — Cf. Apolog. cap. 16. — *praecationem* Agob. et ed. Gothofr. — *recepistis et ex diebus ipsorum* Agob. et ed. Gothofr.

ipsum praelegistis, quo die lavacrum subtrahatis aut in vesperam differatis aut otium et prandium curetis. Quod quidem facitis exorbitantes et ipsi a vestris ad alienas religiones. Iudaei enim festi sabbata et coena pura et Iudaici ritus lucernarum et ieiunia cum azymis et orationes litorales, quae utique aliena sunt a diis vestris. Quare, ut ab excessu revertar, qui solem et diem eius nobis exprobratis, agnoseite vicinitatem; non longe a Saturno et sabbatis vestris sumus.

14. Nova iam de deo nostro fama suggessit, nec adeo nuper quidam perditissimus in ista civitate, etiam suae religionis desertor, solo detrimento cutis Iudaeus, *utique* magis *post* bestiarum morsus, *ut* ad quas se locando *quotidie* toto iam corpore decutit cum incedit, *picturam* in nos *proposuit* sub ista proscriptione: *ΟΝΟΚΟΙΤΗΣ*. Is erat auribus can-

recipistis et ex diebus ipsum ed. Rig. — *et cena pura* Agob. ed. Gothofr. Mox iidem libri *ex azimis*. — *orationes litorales*. Cf. de his Tertull. de Ieiun. cap. 16. Vitringa de Synag. Vet. p. 218 sqq. Christ. Deutsch Diss. de Sacris Iud. ad litora frequenter exstructis Lips. 1713. P. Zorn. de Scholis, quas antiqui Iudaei prope a lacuum, amnium et fluviorum crepidinibus, ripis et litoribus exstruxisse perhibentur. Ploenae 1716. Bernh. Lamy de Templo p. 665. —

14. — Cf. Apolog. cap. 16. — *suggessit nec adeo nuper* Agob. et edd. Gothofr. *suggessit. Adeo nuper*, deleta negatione, ed. Rig. ex coni. Gothofr. Sed immemores viri docti erant, quod *nuper* vel apud Ciceronem ponitur de longiori spatio peracto, ut de N. D. II, 50. „Ea quae *nuper* id est *paucis ante saeculis* reperta sunt.“ Cf. Cic. de Div. I, 39. „Neque ante philosophiam patefactam quae *nuper* inventa est.“ — *uti ... magis potest* Agob. et ed. Gothofr. (qui ipse emendandum putavit *utique harum magis potest*, male.) *utique magis post* ed. Rig. Verba: *utique magis — — — cum incedit* per parenthesin sunt inlata. — *morsus et ad quas* Agob. et ed. Gothofr. *morsus, ad quas* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Reposui *morsus*, *ut ad quas*. In vulgus paene notum est quam saepe inter se confundantur particulae *et* et *ut*. — *quoti ... toto* Agob. et ed. Gothofr. *quotidie toto* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *decutit et cum incedit* ed. Gothofr. *decutit cum incedit* Agob. et ed. Rig. — *pictura in nos p ..... sub ista* Agob. et ed. Gothofr. *picturam in nos proposuit sub ista* ed. Rig. Gothofredus coni.: *picturam in nos praefer sub ista*. Ego emendavi *decutit*, *cum incedit*, *picturam in nos proposuit sub ista* sqq. *cum incedit*

teriorum et in toga, cum libro, altero pede ungulato. Et credidit vulgus Iudaeo. Quod enim aliud genus *seminari* est infamiae nostrae? *Exinde* in tota civitate Ὀνοκοίτης praedicatur. Sed et hoc *tamque* hesternum et auctoritate temporis destitutum et qualitate *auctoris* infirmum libenter excipiam studio retorquendi. Videamus igitur, an hic quoque nobiscum deprehendamini. Neque enim interest qua forma, dum deformia simulacra curemus. Sunt penes vos et canino capite et leonino et de bove et de ariete et hirco cornuti dii, caprigenae vel anguini et alites *planta*, fronte et tergo. Quid

sc. in bestias, ad depugnandum cum iis. *Decutire* verbum, quod in lexicis adhuc desideratur, est proprie pelle vel cute privare, hic vero vestibus exuere; nudi enim descendebant noxii cum bestiis depugnaturi. Haverkampius ad Apolog. cap. 16. p. 169. hanc tentatus est emendationem: *Iudaeus (uti harum magis potest bestiarum morsus et ad quas se locando quotidie toto iam corpore decutit) eccum incedit pictura in nos prolata sub ista* etc. Ipse olim ita volui: *Iudaeus (utique magis post bestiarum morsus, ut ad quas se locando toto iam corpore decutiendum) incepit picturam in nos proponere sub ista* sqq., ut *decutire* sit proprio suo et primitiva significatione usurpatum et referendum ad dentes et ungues bestiarum, quibus toto corpore laeditur noxius; *incepit* autem esset idem quod *ausus est.* — *ONOCHOLTES. is erat* Agob. et ed. Gothofr. *ONOCHOETES. Is erat* ed. Rig. *vulgus* .... *Iudaeo* ed. Gothofr. qui supplet *infami. vulgus Iudaeō*, sine lacuna, Agob. et ed. Rig. — *seminariae est infamiae* Agob. *seminariae infamiae* ed. Gothofr. *seminarium est infamiae* ed. Rig. Edidi ex mea coniectura: *seminarî est infamiae.* — *nostrae?* ...... *in tota* Agob. et ed. Gothofr. qui supplet *Exinde.* ed. Rig. habet: *nostrae? Itaque in tota.* — *Onocholetes praedicatur* Agob. *OENOCHOLTES praedicatur* ed. Gothofr. *ONOCHOETES praedicatur* ed. Rig. — *tam ... hesternum* Agob. et ed. Gothofr. qui supplet *tamquam;* ed. Rig. habet *tamque hesternum.* Scribendum forte *tam quod hesternum.* — *qualitate* ...... *infirmum* Agob. et ed. Gothofr. *qualitate auctoris infirmum* ed. Rig. ex coni. Gothofr. — *dum deforma* Agob. (sed. corr. *deformia*, littera *i* superscripta) et ed. Gothofr. *dum deformia* ed. Rig. Interrogationis signo post *curemus*, quod comparet in edd. Gothofr. et Rig., non opus est. — *alites plana* Agob. et ed. Gothofr. *alites planta* ed. Rig. — *Plures ONOCHOETAE* Agob. et edd. Gothofr. Rig. —

itaque nostrum unicum denotatis? plures *Onocoetae* penes vos deprehenduntur.

15. Si in deis aequalitate concurrimus, sequitur ut sacrificii vel sacri quoque inter nos diversitas nulla sit, ut ex alia specie *comparationi* satis fiat. Nos infanticidio litamus sive initiamus? Vos, si de memoria abierunt quae caede hominis quaeque infanticidiis *transegistis*, recognoscetis suo ordine; nunc enim differimus pleraque, ne eadem videamur ubique retractare. Interim, ut dixi, ex alia parte non deest adaequatio. Nam etsi *nos* aliter, tamen non aliter vos quoque infanticidae, qui infantes editos enecantes legibus quidem prohibemini, sed nullae magis *leges* tam impune, tam secure sub omnium conscientia unius *aestimationis* tabellis eluduntur. Sed nec eo *distat*, si vos non ritu sacri neque *deo necatis*. Atquin hoc asperius, quod frigore et fame aut bestiis *eos obiicitis* aut longiore in aquis morte *summergitis*. At et si

15. — Cf. Apolog. cap. 9. — *comparationis satisfiat* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi: *comparationi satisfiat.* — *transegisse, recognoscetis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. vitiose. Emendavi: *transegistis*, *recognoscetis.* Intelligit hic rursus Apologeticum, ut in plano est. Illic enim capite nono mentio fit cruentorum Saturni et Latiaris Iovis sacrificiorum. — *etsi non aliter* Agob. et ed. Gothofr. *etsi nos aliter* ed. Rig. Sensus est apertus. Dicit: concedo, ut vos ita et nos sumus infanticidae, vos tamen aliter quam nos. — *magis ... es* Agob. et ed. Gothofr. *magis leges* ed. Rig. ex coni. Gothofr. Pro *editos* Agob. et ed. Gothofr. *aeditos*. — *unius ae .... tabellis* Agob. *unius ae ..... tabellis* ed. Gothofr. qui coniectabat: *unius aetatis tabellis unius ae .... tabellis* ed. Rig. Ego emendavi *unius aestimationis tabellis*, quod unice verum est. *tabellis* h. e. suffragiis, voluntate. Apolog. cap. 24. „de aestimatione communi.“ — *nec eo distant* Agob. et edd. Gothofr. Rig. vitiose. Emendavi *nec eo distat.* De impersonali *distat* v. Spalding. ad Quinctil. VI, 4, 21. — *neque ...... atis* Agob. *neque .... tis* ed. Gothofr. qui coni. *neque deis necatis.* ed. Rig. recte: *neque deo necatis.* — *Atquin.* De particula *atquin* v. adnot. ad. cap. 6. Cf. capp. 7. 10. In quibusdam exemplis perperam habetur *Atquin in hoc.* — *bestiis .... tis* Agob. et ed. Rig. *bestiis .... tis* ed. Gothofr. qui coni. *bestiis obicitis.* Emendavi: *bestiis eos obiicitis.* Posset etiam *exponitis* pro *obiicitis.* — *mortes emergitis* Agob. *morte semergitis* ed. Gothofr.

quo *genere* dissimilius penes vos fit, eo adiicite, *quod* vestra pignora *extinguitis*, et supplebitur, immo superacervabitur in vobis quicquid *ab alia* ratione defecerit. Sed de ea impietatis hostia dicimur *rei. Esto*, dum *ista* quoque in vobis recognoscitur ubi opportunius positum est. Non multo secernimur a vestra voracitate: si illa impudica est, nostra vero crudelis, coniungimur si forte natura, qua semper saevitia cum impudicitia concordat. Quanquam quid minus, immo quid non amplius facitis? parum scilicet humanis visceribus inhiatis, quia vivos et puberes devoratis? parum humanum sanguinem lambitis, quoniam futurum sanguinem elicitis? parum infante vescimini, quia infantem totum praecocum perhauritis?

16. Ventum est ad horam lucernarum et caninum ministerium et ingenia tenebrarum. Quo in loco metuo ne cedam.

morte demergitis ed. Rig. Emendavi *morte summergitis*. — *si quo ...... dissimilius* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Reposui *si quo genere dissimilius* ex coni. Gothofredi. In seqq. pro *adiicite* (*adicite* praebent ubique Agob. pro more vetere scribendi, et inde etiam Gothofr. et Rig.) in exemplis quibusdam reperitur *addicite*, vitiose. — *quo vestra* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendandum erat *quod vestra* cum Gothofr. — *pignora ex .... s* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *pignora extinguitis* dedi ex coni. Gothofr. *extinguitis* sc. medicamentis utero nocivis; *pignora* de liberis dici notum est. V. Hildebr. ad Apul. Metam. II, 5. p. 84. et ad Arnob. V, 13. Burm. ad Anthol. Lat. Ep. II, 26. Drakenb. ad Liv. III, 38. — *quicquid ...... ratione* Agob. et ed. Gothofr. qui coni. *quicquid a sacra ratione*. ed. Rig. *quicquid .... ratione*. Ego emendandum duxi *quicquid ab alia ratione*. — *dicimur ..... dum ita* Agob. et ed. Rig. *dicimur .... dum ita* ed. Gothofr. qui coni. *ducimur. Esto*, *dum ista*. Emendavi: *dicimur rei. Esto, dum ista* sc. hostia. Respicit iterum Apologeticum et infantes olim in quibusdam Africae partibus Saturno immolatos. Cf. Apolog. cap. 9. Pro *recognoscitur* scribendum forte *recognoscetur*. — *ubi opportunius positum est* sc. recognoscere istam. — *coniungimur si forte natura*. De locutione *si forte* v. adn. ad Apolog. cap. 16. — *praecocum* Agob. et ed. Gothofr. *praecoquum* ed. Rig. —

16. — Cf. Apolog. cap. 9. *et ingenia tenebrarum* h. e. artificia, fraudes tenebrarum. V. Cf. Apolog. c. 49. et ad Nat. I, 8. — *metuo*, *ne cedam* h. e. inferior abscedam vobis. — *adulteram*

Quid enim tale in vobis detinebo? Verum iam laudate consilium incesti verecundi, quod adulteram noctem commenti sumus, ne aut lucem aut veram noctem contaminaremus, quod etiam luminibus terrenis parcendum existimavimus, quod nostram quoque conscientiam ludimus; quodcunque enim facimus si volumus suspicamur. Ceterum incesta vestra pro sua libertate et luce omni et nocte omni et tota caeli conscientia fruuntur, quodque felicius proveniat, cum palam misceatis incesta toto conscio caelo, soli ipsi *ignoratis;* nos vero etiam in tenebris scelera nostra recognoscere possumus. Plane Per-

noctem vocat adulterinam, fictam. Plin. H. N. XXXIII, 7. „*adulterum* minium." Apul. Metam. X, 9. „*adulter* numus." Tertull. de Praescr. Haeret. 17. „*adulter* sensus." ibid. 38. „*adulterum* sensum." adv. Marc. I, 27. „*adultera* dominatio." adv. Prax. 1. „*adulterae* fruges." de Praescr. Haeret. „avenarum *adulterium*." de Spectac. 23. „*adulterium* est apud illum (sc. veritatis auctorem) omne quod fingitur." de Spectac. 2. „*adulterandis* usibus." Cf. Salmas. ad. Solin. cap. 27. p. 246 G. Barth. Advv. XXXI, 15. p. 1492. Eodem sensu apud alios usurpatur *nothus*. Cf. Arnob. II, 20. Lucret. V, 575. „*nothum lumen*." Catull. 63, 27. „*notha mulier*" (h. e. ficta). Arnob. V, 36. „*nothas* atque *adulteras lectiones*." — *quodcunque enim facimus*, *si volumus suspicamur*. Obscurior locus. Videtur hoc velle dicere Tertullianus: conscientiam nostram ludimus, tamquam plane non certi an etiam velimus facere quod facimus; hinc fortunae adulterae noctis quae sumus facturi committimus disponenda. Sed potest etiam hic inesse sensus: quodcunque in istis tenebris admittimus, si conscientiam timemus, id quidem commodi ex illis tenebris redundat, quod suspicamur tantum quod certo scire nolumus. — *Ceterum* h. e. Sed, Contra, de quo particulae *ceterum* usu cf. Intt. ad Liv. IX, 21, 1. Apolog. capp. 1. 4. 21. — *quodque felicius prove .... cum* Agob. et ed. Gothofr. *quodque felicius proveniat*, *cum* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Felicius pullulant gentilium incesta, cum palam misceant et ubique totoque conscio caelo et tamen ignorant. Pro *quodque* Gothofr. emendari voluit *quoque*, quod non probo; *feliciter* de facilitate proveniendi in herbis usurpat etiam Virgil. Georg. I, 54. „Hic segetes, illic veniunt *felicius* uvae." Minuc. Fel. Octav. 20. „Hydram *felicibus* vulneribus renascentem." — *igno ..... nos vero* Agob. et ed. Gothofr. *ignoratis; nos vero* ed. Rig. ex coni. Gothofredi — *Plane persethesia* Agob. *Plane Persae Thesias* ed. Gothofr. *Plane*

sae, ***Ctesias edit,*** tam scientes quam non horrentes cum matribus libere *faciunt.* Sed et Macedones, id *quod* probaverunt, ***palam*** est factitare, ***siquidem*** cum primus scenam eorum Oedipus intravit trucidatus oculos, risu ac derisu exceperunt, ***tragoedus*** consternatus retracta persona: Numquid, ait, domini, displicui vobis? responderunt Macedones: immo tu quidem pulcher, ***at*** scriptor vanissimus si finxit aut Oedipus dementissimus si ita fecit: atque exinde alter ad alterum, *ἤλαυνε,* ***dicebat,*** *εἰς τὴν ματέρα.* Sed una vel alia gens quantula macula totius orbis? Nos enim omnem infecimus solem, omnem polluimus oceanum! Date igitur aliquam nationem vacantem ab eis quae omne hominum genus ad incestum trahunt. Si qua gens concubitu ipso et aetatis ac sexus necessitate, ne dixerim libidine et luxuria, caret, ea erit quae carebit incesto; si qua ab humana condicione privata quaedam

Persae, *Ctesias* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Voc. *edit* in Agob. videtur abesse. — *cum matribus libere fiunt* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi: *cum matribus libere faciunt.* Verbum *facere* in re venerea usitatum esse omnes sciunt. Olim putavi reponendum *cum matribus libere coeunt* vel *cum m. l. futuunt.*, vel etiam: *Persis — — — cum matribus libere res fiunt. — id quo probaverunt .... est factitare : si quidam* Agob. et ed. Gothofr. *id quod probaverunt*, *palam est factitare si quidem* ed. Rig. *id quoque probaverunt probare est factitare si quidem (?)* coni. Gothofr. quod non intellego. — *Oedippus ...... intravit* ed. Gothofr. qui coni. *Oedipus facie nuda intravit.* Agob. et ed. Rig. habent *Oedipus* (*Oedippus* Agob.) *intravit* neque agnoscunt illam lacunam. — *tra ...... consternatus* Agob. et ed. Gothofr. *tragoedus consternatus* ed. Rig. ex coni. Gothofr. Mox Agob. et ed. Gothofr. *Numquid*, ed. Rig. *Numquid.* — *tu quidem pulcher: aut scriptor* Agob. et ed. Gothofr. *tu quidem pulcre. Aut scriptor* ed. Rig. Sed *pulcher* genuinum est, non *pulchre.* Obscenus enim Macedonibus erat excaecati aspectus, quem persona referebat. Pro *aut* scripsi *at*, quod sententiae unice aptum est et quod autumo etiam I. Fr. Gronovium voluisse Observ ad Scriptt. Eccles. cap. IX. p. 125. ubi tamen legitur *tu quidem pulchre: ut scriptor.* — *si finxit* sc. Oedipum propter incestum in matre factum sese oculis privasse. — *elaune dicebatis ten matera.* Agob. *elaune ten matera dicebatis.* ed. Gothofr. *ΕΛΑΥΝΕ,* dicebat, *ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ.* ed. Rig. V. adnot. ad Apolog. cap. 9. — *privata que-*

natura remota est, ut neque ignorantiae neque errori neque casui opposita sit, ea erit quae sola Christianis respondere constantius possit. Respicite igitur *luxuria* inter errores *ut* ventos *fluctuantes*, si desunt populi quos ad hoc sceleris incursent lata vada et *aspera* erroris. Inprimis cum infantes vestros alienae misericordiae exponitis aut in adoptionem melioribus parentibus, obliviscimini quanta materia incesti sumministratur, quanta occasio casibus aperitur? Plane ex aliqua disciplina *severiores* aut certo respectu eiusmodi eventûm a libidine temperatis quocunque loco domi aut peregre, ut non dispersio seminum et saltus ubique luxuriae nescientibus filios edat, quos aut ipsi postmodum parentes aut alii *etiam filii* incursent, quando etiam aetatum moderatio libidine exclusa sit. Quotcunque adulteria, quotcunque stupra, quotcunque publicatae libidinis *errores*, sive stativo vel ambulatorio

dam natura Agob. *privata quadam natura* edd. Gothofr. Rig. — *luxuriam inter errores et ventos fluctuantem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendandum erat omnino: *luxuria inter errores ut ventos fluctuantes*. In seqq. particula *si* est pro *an*, ut saepius. Sic supra „*si* volumus suspicamur." Cf. cap. 7. Duker. ad Flor. III, 36. Buenem. ad Lactant. IV, 16, 8. Drakenb. ad Liv. XX, 8. Hildebr. ad Apul. Apolog. 94. tom. II, p. 621. et ad Arnob. II, 3. init. — *asper erroris* Agob. *aspera erroris* edd. Gothofr. Rig. — *sūbministratur* (h. e. *sumministratur*) Agob. *subministratur* edd. Gothofr. Rig. — *disciplina .... iores* Agob. et ed. Gothofr. qui coni. *disciplina meliores*. Rig. edidit *disciplina severiores*, quod praeferendum duxi. — *eiusmodi eventum* Agob. et ed. Gothofr. *eiusmodi eventuum* ed. Rig. — *saltus ubique luxuriae*. Adverbium graeco more usurpatum pro adiectivo. Ita Arnob. I, 2. „Numquid luna desivit redintegrare se ipsam atque in veteres formas novellarum *semper restitutione* traducere." ubi v. quae adnotat Hildebr. Cf. Apolog. cap. 37. „*largiter ultionis*." et cap. 9. „cuius *ubique* saltus." — *aut alii .... incursent* ed. Gothofr. *aut alii ...... incursent* Agob. ed. Rig. *aut alii filii incursent* coni. Gothofredi. Reposui *aut alii etiam filii incursent*. Voc. *filii* generali sensu pro liberis, filiis et filiabus passim usurpari notum est. V. Burm. ad Quinctil. IX, 3, 63. p. 517. Hildebr. ad Apul. Metam. II. 1. p. 88. — *quando etiam — — — exclusa sit*. Ironice. — *publicatae libidinis .... sive* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi

torio titulo, tot sanguinis mixtiones, tot compagines generis, tot inde traduces ad incestum, unde adeo mimis et comoedis argumentorum venae fluunt, unde ista quoque talis ante tragoedia erupit, Fusciano praefecto urbi iudicata. *Puer nobili genere natus* fortuita neglegentia comitum ultra ianuam progressus iter praetereuntibus tractus domo excidit, *aut* qui eum nutrierat Graeculus vel a limine Graeculo more captaverat intrans. Inde mutatus Asiae aetate Romam in venalicio

publicatae libidinis errores sive ex coni. Gothofr. Possit etiam *p. l. exempla sive.* — *iudicata punitione senatus fortuita neglegentia* Agob. et ed. Gothofr. (in qua punctum comparet post *senatus*) *iudicata punitione reatus*, *fortuita negligentia* ed. Rig. Perperam liber vetus, perperam et Gothofredi (qui hariolatur: *iudicata cognitione senatus*) et Rigaltii editiones, quarum in utraque et punctum positum est ante *Fusciano.* Emendavi *iudicata. Puer nobili genere natus fortuita neglegentia*, quam emendationem maxime esse veri similem et loci ratio demonstrat et litterarum corruptarum ductus: *pu niti onese natus*, in quibus facili opera agnoscis meum *puer nobili genere natus.* Fuscianum quendam praefectum urbis, ut puto eundem, commemorat Iul. Capitolinus V. Pertinac. cap. 4. p. 55. A. ed. Salmas. et Dio Cass. LXXIX, fragm. cap. 4., tom. II, p. 1354. ed. Reimar., neque alium fortasse habes memoratum apud Iul. Capitolin. V. Marci cap. 3. et ap. Ael. Lamprid. V. Comm. cap. 12. — *excidit. Qui eum nutrierant Graeculus* Agob. et ed. Gothofr. *excidit. Graeculus*, verbis *qui eum nutrierat* prave deletis, ed. Rig. Emendavi: *excidit, aut qui eum nutrierat Graeculus.* - *captaverat. intrans inde* Agob. et ed. Gothofr. Rigaltius in sua ed. verba *vel a limine* et postea voc. *intrans* uncinis inclusit; perperam. — Verto sic: oder der Grieche, welcher ihn aufgezogen, hatte ihn entführt, oder vielleicht war auch einer ins Haus hineingegangen und hatte ihn nach Griechischer Sitte von der Schwelle geraubt. *Graeculo more.* Hunc morem explicat Iulianus Caesar libello quodam acephalo ed. Petavianae p. 157. „*ὥσπερ οἱ τὰ παιδία διὰ τοῦ πλακοῦντος ἐξαπατῶντες τῷ καὶ δὶς καὶ τρὶς προιέσθαι πείθουσιν ἀκολουθεῖν ἑαυτοῖς· εἶθ᾽ ὅταν ἀποστήσωσι πόῤῥω τῶν οἰκιῶν, ἐμβάλλοντες εἰς ναῦν ἀπέδοντο.* (Rig.). — *aetate* h. e. adolescentulus factus. Cf. Broukhus. ad Propert. I, 6, 21. *Venalicium* est forum venalium, *δουλοπρατήριον.* Venuleius Dig. XXI, 1, 65.: „e *venalicio* novitiorum emptus.“ Apul. de Mag. cap. 45. „cuius (sc. gagatae lapidis) odore etiam in *venaliciis* vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur? Alias *venalicium*

refertur. Emit inprudens pater et utitur Graeco, dehinc, ut vestra, adulescentem dominus in agrum et vincula legat. Illic iam dudum paedagogus et nutrix poenas dabant. Repraesentatur eis tota causa, referunt invicem exitus suos: illi, quod alumnus in pueritia perisset: ille, se quoque a pueritia perisse, ceterum eodem eventu, Romae natum honesta domo; forsitan et signa quaedam retexuerit. Igitur dei voluntate, ut tanta saeculo macula exprobraretur, spiritus *de* die *concludit*, tempora cum aetate respondent, aliquid et oculi de lineamentis recordantur, proprietates nonnullae in corpore recensentur. Dominos, immo iam parentes tantum prolatae inquisitionis diligentia impellit. Investigatur venaliciarius, infeliciter invenitur. Revelato scelere parentes sibi laqueo medentur, bona filio *male* superstiti praefectus adscribit, non ad hereditatem, sed ad stipendium stupri et incesti. Satis erat unum istud exemplum publicae *eruptionis* eiusmodi scelerum delitiscen-

est etiam mercatus servorum. Cf. Intt. ad Petron. Sat. 29. et ad locum Apulei a me modo notatum. Inscrr. ap. Gruter. V, 1. et 2. VIII, 3. et ap. Marin. Frat. Arv. p. 712. Ceterum adnota *in* praepositionem pro accusativo cum ablativo structam ad verbum *referre*. V. de hoc usu Scheffer. ceterosque Intt. ad Phaedr. V, 2. — *ut vestra* sc. consuetudo est. Mox Agob. habet *adulescentem*, edd. Gothofr. Rig. *adolescentem*. — *exitus suos*. Voc. *exitus* pro *exitio* vel extremo infortunio haud raro invenitur in scriptis Tertulliani. V. adn. ad Apolog. cap. 21. — *ceterum eodem eventu*. Comma posui post haec verba, quae pertinent ad ea quae praecedebant *se quoque a pueritia perisse*. Par eventus et paedagogum cum nutrice et ipsum alumnum perdidit. *Ceterum* est hic idem quod *alioquin*, de quo eius particulae usu et significatu v. Hand. Tursell. II. p. 39. Cf. Intt. ad Apul. Metam. VII, 28. Pro *Romae* Agob. mox habet *Romoe* — *voluntate ... ut tanta* ed. Gothofr. qui supplet *fit*. Sed lacunam agnoscunt neque ed. Rig. neque ipse Cod. Agob. — *saeculo* Agob. et ed. Gothofr. *seculo* ed. Rig. — *spiritus* *d̃i* *die concutit* Agob. *spiritus dei de die concutit* ed. Gothofr. *spiritus de die concutit* ed. Rig. Emendavi *spiritus de die* (h. e. von dem Tage an, von Stund an) *concludit*. Spiritus hic est pro mente. — *lineamentis* Agob. et ed. Rig. *liniamentis* ed. Gothofr. — *tantum prolatae* Agob. et ed. Rig. *tantum praelatae* ed. Gothofr. *tantum* retrahe ad verba *immo iam parentes*. — *ma .. superstiti* Agob. et ed. Gothofr. *male superstiti* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *publicae eru .... eiusmodi*

tium in vobis. Nihil semel evenit in rebus humanis. Semel plane erui potest de sacramentis nostrae religionis opinor. Intentatis, et sunt paria vestris etiam non sacramentis.

17. De obstinationibus vero vel praesumptionibus, si qua proponitis, ne istae quidem ad communionem comparationis absistunt. Prima obstinatio est quae secunda *a deis* religio constituitur Caesarianae maiestatis, quod inreligiosi dicamur in Caesares, neque imagines eorum repropitiando neque genios deierando hostes populi nuncupamur. Ita vero sit,

Agob. et ed. Gothofr. *publicae erubescentiae eiusmodi* ed. Rig. Gothofredus coni. *publice eruendorum eiusmodi.* Minus bene. Emendavi *publicae eruptionis eiusmodi.* Cf. Apolog. cap. 35. „sub ipsa impietatis *eruptione.*" Mox Agob. *delitiscentium*, edd. Gothofr. et Rig. *delitescentium.* Vide de eius verbi scriptura quae adnotavi ad Apolog. cap. 21. fin. — *humanis*, *semel plane erui potest. De sacramentis n. r. opinor intentatis*, *et sunt* sqq. interpunctio est edd. Gothofr. et Rig., quibus *intentatis* non pro finito erat, sed pro *non tentatis*, participio. Verba *Semel plane erui potest de sacramentis nostrae religionis opinor* gravem nempe ironiam continent. Faciunt huc verba cap. 7. „Tunc, inquitis primo delatum et exhibitum est, auditum et inspectum est, atque exinde famae commendatum. Hoc quidem superscendit omnem admirationem, si semel deprehensum est quod semper admittitur." — *non sacramentis. Non sacramenta* vero appellantur gentilium incesta et stupra palam admissa, non ut Christianorum in sacris et pro opinione Gentilium ipsa illorum religione postulata. —

17. — Cf. Apolog. cap. 35. — *ad communionem comparationis.* Cf. supra cap. 1. „deficit adaequatio comparationis." Rigaltius putat verba *ad communionem* in unum vocabulum conflandum, interpretans ita: „Hic igitur, ait, ne ista quidem quae obiicitis absistunt adcommunionem comparationis, hoc est, non impediunt quominus sistat se adcommunio comparationis.", quod nemo sobrius probabit. Verte: so stehen auch diese nicht betreffs eines gleichen Anspruchs auf eine Vergleichung zurück h. e. etiam istae possunt in comparationem vocari non minus quam quae supra attulimus. — *quae secunda ab eis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. mendose. Recepi emendationem verissimam Haverkampii prolatam ad Apolog. cap. 35. p. 295. Pro *quae* fortasse scribendum *qua;* sed non opus est. — *eorum repropitiando.* Haverkamp. ad Apolog. l. l. emendat *eorum ture propitiando*, quod fortasse verum est. Nihil tamen mutare volui. Mox pro *deierando* Agob. vitiose exhibet *delerando.* — *Ita vero sit.* Forte scribendum *Itane vero sit.* Si-

cum ex vobis nationibus quotidie Caesares et Parthici et Medici et Germanici fiant? Hoc loco Romana gens viderit in quibus indomitae et extraneae nationes. Vos tamen de nostris adversus nostros conspiratis. Agnoscimus sane Romanam in Caesares fidem. Nulla umquam coniuratio erupit, nullus in senatu vel in palatiis ipsis sanguinis Caesaris notam fixit, nulla in provinciis affectata maiestas. Adhuc Syriae cadaverum odoribus spirant, adhuc Galliae Rhodano suo non lavant. Sed omitto vesaniae crimina, quia nec ista Romanum nomen admittunt. Vanitatis sacrilegia *conveniam* et ipsius vernaculae gentis inreverentiam recognoscam et festivos libellos quos statuae sciunt et illa obliqua nonnunquam *dicta* a concilio at-

gnum interrogationis quod flagitat sensus verborum non habent edd. Gothofr. Rig. — *Germanici fiant.* Voc. *fiant* prave omissum est in quibusdam editionibus. Sensus loci est hic: Rebelles nationes imperatoribus titulos et cognomina victricia subministrare: nullum tale cognomentum ex Christianorum rebellione quemquam principum sibi umquam peperisse. — *in quibus* sc. utrum inter Christianos, an inter gentiles. *Extraneas* nationes appellat quae sint genti Romanae inimicae atque hostiles. De significatione vocabuli *extraneus* dixi supra ad cap. 7. — *Vos tamen de nostris adversus nostros conspiratis.* Obiectio gentilium ad Christianos. Mox Agob. et ed. Gothofr. *umquam*, ut saepius, ed. Rig. *unquam.* — *sanguinis Caesaris* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Haverkampius ad Apolog. cap. 35. p. 300. emendandum putat *sanguis Caesaris*, qua quidem emendatione non opus erit, si ad *nullus*, quod praecessit, tacite *Christianus* suppleveris. *notam fixit* h. e. vestigium fixit. De ipsa re cf. Apolog. cap. 35. — *Adhuc Syriae cadaverum odoribus spirant.* Pescennium Nigrum et affectatam ab eo maiestatem intelligit. Cf. Apolog. cap. 35. — *adhuc Galliae Rhodano suo non lavant.* Clodii Albini intelligit seditionem modo repressam. Cf. Apolog. cap. 35. — *sacrilegia ... veniam* Agob. et ed. Gothofr. *sacrilegia conveniam* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *conveniam* h. e. arguam. Cf. capp. 1. et 10. — *recognoscam .. festivos* Agob. et ed. Gothofr. *recognoscam et festivos* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Festivos libellos vocat famosos. — *quos statuae sciunt.* Eiusmodi inscriptiones aliquas habes in Suetonii V. Neronis capp. 39. et 45. *sciunt* h. e. norunt. V. quae adnotavi ad Apolog. capp. 5. et 21. — *nonnunquam ... ta a concilio* Agob. et ed. Gothofr. *nonnunquam dicta a concilio* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *a concilio* h. e. a popularibus in spectaculis. *Concilium* apud

que maledicta quae circi sonant. Si non armis, *saltim* lingua semper rebelles estis. Sed aliud opinor est non iurare *per* genium Caesaris; dubitatur enim de periuris iure, cum ne per deos *quidem* vestros ex fide deieretis. Sed non dicimus deum imperatorem; super *hoc* enim, quod vulgo aiunt, sannam facimus. Immo *qui deum* Caesarem dicitis, et deridetis, dicendo quod non est, et male dicitis, quia *non vult* esse quod dicitis; mavult enim vivere quam deus fieri.

18. Reliquum obstinationis in illo capitulo collocatis, quod neque gladios neque cruces neque bestias vestras, non ignem, non tormenta ob duritatem ac contemptum mortis animo recusemus. At enim haec omnia apud priores maioresque vestros non contemni modo, sed *etiam* magna laude *pensari a* virtute didicerunt. Gladius quot et quantos viros volunta-

Tertullianum pro theatrali, eoque etiam aptat de Spectac. cap. 3. illud e psalmo: „Felix qui non abiit in concilium impiorum et in via peccatorum non stetit et in cathedra pestium non sedit.“ Immo et „ecclesiam diaboli“ vocat. cap. 27. eiusdem libri. (Gothofr.). — *quae Circi sonant.* V. mea adn. ad Apolog. cap. 35. — *armis . a ... im lingua* Agob. *armis .... im lingua* edd. Gothofr. *armis, saltim lingua* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *iurare ... genium* Agob. et ed. Gothofr. *iurare per genium* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *per deos ...... vestros* Agob. et ed. Gothofr. *per deos quidem vestros* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *ex fide.* Cf. ad Apolog. cap. 46. — *super ... enim* Agob. *super .... im* ed. Gothofr., (qui coni. *superque eum*) *super hoc enim* ed. Rig. *sannam facere* quid sit edoceberis ab Intt. ad Pers. Sat. I, 58 sq. et ad Iuvenal. Sat. VI, 306. — *quidem Caesarem* Agob. *qui deum Caesarem* edd. Gothofr. Rig. — *quia ...... t esse* Agob. et ed. Gothofr. *quia non vult esse* ed. Rig. Gothofredus coni.: *quia non cupit esse.* Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 23. „fieri se deos metuunt, etsi iam senes, nolunt.“ —

18. — Cf. Apolog. cap. 50. — *ac contemptu* ed. Gothofr. — *animo* h. e. fortiter. V. supra cap. 2. „temeritate.“ cap. 8. „ingenio.“ Apolog. cap. 2. „necessitate.“ — *aput priores* Agob. — *sed enim magna laude* Agob. et ed. Gothofr. *sed etiam magna laude* ed. Rig. — *pensantia virtute* Agob. et ed. Gothofr. cuius emendationem *pensari a virtute* recepi. *pensari ac virtute* ed. Rig. *didicerunt* h. e. solent. Cf. Caes. B. G. I, 18. „ita se a maioribus didicisse.“ Lucan. IV, 239. „Ferae homines *didicere* pati.“ Verba *a virtute* strue cum *pensari.* — *voluntarios.* Fortasse rescriben-

rios! Piget prosequi. Crucis vero novitatem numerosae, abstrusae, Regulus vester libenter dedicavit, regina Aegypti bestiis suis usa est, ignes post Carthaginensem feminam Asdrubale marito in extremis patriae constantiorem docuerat invadere ipsa Dido. Sed et tormenta mulier Attica fatigavit tyranno negans, postremo, ne cederet corpus et sexus, linguam suam pastam expuit, totum eradicatae confessionis ministerium. Sed vestris ista ad gloriam, nostris ad duritiam deputatis. Destruite nunc gloriam maiorum, quo nos quoque destruatis. Contenti estote detrahere etiam laude parentum ad praesens, ne nobis locum detis. De his forsitan et temporum qualitas *robustioris* antiquitatis exegerit ingenia duriora: at nunc tranquillitate pacis et ingenia mitiora et men-

dum *voluntarius.* Sed minime opus est. Verbi ellipsin facile tibi solves. — *Crucis vero novitatem* etc. *Novitatem* dicit ideo quia primus Regulus exquisitum hoc supplicii genus excepit. *Numerosam* dicit propter machinam illam clavis seu stimulis acutissimis undique eminentibus confixam, cui inclusus fuit Regulus. (Cf. Tertull. ad Martyr. cap. 4. Valer. Max. I, 2, 1. Gell. N. A. VI, 4. August. C. D. I, 15. Tertull. Apolog. cap. 50.) *abstrusam* denique vocat propter cruciatuum exquisitissima genera, de quibus v. Tubero ap. Gell. l. l. — *dedicavit* h. e. initiavit, primus passus est. Cf. me ad Apol. cap. 5. „tali *dedicatore.*" et ad cap. 12. „patibulo corpus dei vestri primum *dedicatur.*" — *regina Aegypti.* De Cleopatrae morte v. Plutarch. Anton. 78 sq. Dio Cass. LI, 11 sqq. Zonar. X, 31. Strab. XVII, p. 795. Liv. CXXXIII. Vell. Paterc. II, 87. Sueton. Octav. 17. Flor. IV, 11, 10. Eutrop. VII, 7. Oros. VI, 19. Aurel. Vict. de V. I. 86. — *ignes post Carthaginensem feminam.* Cf. infra II, 9. Nota historia de Asdrubalis uxoris fortitudine. Tertull. ad Martyr. 4. Valer. Max. III, 2, 8. Appian. VIII, 130. Flor. II, 15. Oros. IV. 23. — *mulier Attica.* De Didone et Leaena v. quae adnotavi ad Apolog. cap. 50. — *ministerium* h. e. ministram. Ut *servitium* saepe pro *servis*, ita et *ministerium* pro *ministris.* Cf. Plin. Ep. X, 36. Tacit. Ann. XIII, 27. et Hist. II, 59. Suet. Ner. 12. Tertull. Apolog. cap. 39. „pro *ministeriis* eorum." — *laude parentum* Agob. et ed. Gothofr. *laudi parentum* ed. Rig. Nil mutare volui. — *qualitas robu .... ris* Agob. et ed. Gothofr. *qualitas robustioris* ed. Rig. ex coni. Gothofr. — *at nunc tranquillitate pacis* Agob. *at nunc tranquillitas pacis* edd. Gothofr. (sed corr. in adnot.) Rig. Perperam. — *in extraneos .... inquitis* Agob. et ed. Gothofr. *in extraneos ....*

tes hominum etiam in extraneos. *Esto*, inquitis, veteribus vos comparate; nobis necesse est in vobis odio prosequi quod a nobis non probatur, quia nec invenitur in nobis. Respondete igitur ad singulas species. Non eadem voce exempla deposco. Si contemptu scilicet mortis gladius de maioribus fabulas fecit, utique non vitae amore gladio vos ad *lanistas* auctoratis, *sed* mortis nomen militiae datis. Si feminae *alicui* de bestiis famosa mors est, *medio* quotidie pacis sponte libera ad bestias itis. Si crucem, configendi corporis machinam, nullus adhuc ex vobis Regulus pepigit, attamen iam ignis contemptus evasit, ex quo se quidam proxime vestiendum incendiali tunica ad certum usquequaque locum auctoravit. Si flagris mulier insultavit, hoc quoque proxime *ille* inter

Ergo inquitis ed. Rig. Gothofredus coni. *in extraneos esse inquitis.* Reposui ex mea coniectura: *in extraneos. Esto, inquitis.* — *adlatantstas* ed. Gothofr. *ad lanistas* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *auctoratis ... mortis nomen* Agob. *auctoratis ..... mortis nomen* ed. Gothofr. qui coni. *auctoratis nec mortis nomen.* Ed. Rig. habet *auctoratis, sed mortis nomen*, verissima coniectura. Verte: wenn nämlich das Schwert von den Vorfahren ob der Todesverachtung ruhmvolle Erzählungen bildete, so verkauft ihr dagegen euch gewiss nicht aus Liebe zum Leben an die Lanisten, gebt aber dafür vielmehr dem Kriege und seinem Stande den Namen des Todes. Amarissima ironia. — *aliquid de bestiis* Agob. et ed. Gothofr. *alicui de bestiis* ed. Rig. — *medie quotidie pacis* Agob. et ed. Gothofr. *medio quotidie pacis* ed. Rig. ex emend. Gothofr. *medio pacis* h. e. media pace. — *pepigit* sc. sibi, in proprium supplicium. — *incendiali tunica.* Cf. de ea Senec. Ep. 14. Iuvenal. Sat. VIII, 235. Martial. Epigr. X, 15. De re narrata cf. ad Martyr. 5. „Iam et ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent. — *ad certum usquequaque locum* sc. iturum. — *proxime inter* Agob. et edd. Gothofr. et Rig. Reposui coniectura *proxime ille inter*, vocabulo *ille* repetito ex tribus ultimis litteris vocabuli praecedentis, quod facili opera fit. *remensus est.* Vertendum fere: „so hat auch dies ganz vor kurzem jener, der die Gasse zwischen den Jägern durchlaufen, zurückgemessen (vel: zurückgezahlt, sc. mulieri Atticae). Olim putabam: *hoc quoque proxime inter venatorios ordine transcursor remensus est*, vel: *h. q. pr. inter venatoriorum ordinem transcursor rem. est* vel: *hoc quoque qui proxime iter venatorio ordine*

venatorios ordine transcurso remensus est, ut taceam de *Laconica* gloria.

19. Hucusque, opinor, horrenda obstinationum Christianarum, quae si *vobiscum* communicamus, superest deridenda personarum conferamus. Quanquam de persuasionibus omnis obstinatio nostra praestruitur; mortuorum enim praesumimus resurrectionem. Spes rerurrectionis fastidium est mortis. Ridete igitur quantumlibet stupidissimas mentes quae moriuntur ut vivant, sed quo facilius rideatis et resolutius decachinnetis, arrepta spongia vel *interim* lingua delete litteras interim vestras, quae similiter asseverant animas in corporaredituras. Attamen quanto acceptabilior nostra praesumptio est, quae in

transcurso remensus est., vel etiam: *h. q. pr. inter venatorios ordine transcurso remensum est.* Passivo sensu *remetior* occurrit apud Virgil. II, 181. III, 144. De re cf. Tertull. ad Martyr. cap. 5. „Alii inter venatorum taureas scapulis patientissimis inambulaverunt.“ Venatores intellige circi, de quibus Cassiod. Var. V, 52. Apul. Metam. IV, 13. p. 267. Buleng. de Venat. Circi cap. 31. in Graevii Thesaur. Antiqu. Rom. tom. IX, p. 810 sqq. — *de calonica gloria* Agob. et ed. Gothofr. *de Laconica gloria* ed. Rig. *ut taceam de Laconica gloria* quo quidem maiore sane patientiae exemplo fit, ut vel de Laconum illa gloria taceam in flagellis perferendis. Laconum flagella memorantur in Apolog. cap. 50. ubi v. quae adnotavi. —

19. — Cf. Apolog. capp. 47. 48. 49. — *horrenda obstinationum.* Cf. supra cap. 16. „*aspera* erroris.“, et hoc ipso cap. paulo post „*deridenda personarum.*“ Mox Agob. et ed. Gothofr. *quanquam*, ed. Rig. *quamquam.* — *nobiscum communicamus* Agob. *vobiscum communicamus* ed. Gothofr. Rig. — *omnis obstinatio nostra praestruitur.* His persuasionibus ducti obstinati sumus in morte non metuenda. — *decachinnetis.* Apolog. cap. 47. „gehennam si comminemur, *decachinnamur.*“ Gloss. Vet. in. Ang. Mai Auctt. Class. tom. VI, p. 519. „Decachinnantem, deridentem.“ — *spongea* Agob. et ed. Gothofr. *spongia* ed. Rig. Delendis quae non placuere spongiae apud veteres usum fuisse notum. Hinc apud Non. p. 96, 13. in fragmento Varronis spongia appellatur *deletilis.* Cf. praeterea Macrob. Saturn. II, 4. init. Sueton. Aug. 85. Id. Calig. 20. „eos qui maxime displicuissent scripta sua *spongia linguave delere* iussos.“ Auson. Ep. VII, 4. Martial. Epigr. IV, 10. ibique Rader. Iacobs. ad Antholog. Graec. tom. XI, p. 162. — *vel inter .. lingua* Agob. et ed. Gothofr. *vel interim*

eadem corpora redituras defendit? vobis autem quanto vanius traditum est hominis spiritum in cane vel mulo aut pavone rediturum? Item iudicium annuntiamus a deo pro cuiusque meritis post interitum destinatum. Id vos Minoi et Radamantho adscribitis, iustiore *interim* Aristide recusato. Eo iudicio iniquos aeterno igni, pios et insontes amoeno in loco dicimus perpetuitatem transacturos. Apud vos *ipsos* quoque Pyriphlegethontis et Elysii non alias *condicio* disponitur. Nec mythici ac poëtici soli talia canunt, sed et philosophi de animarum *reciprocatione* et iudicii distributione confirmant.

20. *Quonam* igitur usque, iniquissimae nationes, non agnoscitis, immo insuper execramini vestros, si nihil inter nos diversitas habet, si unum et eidem sumus? Quia non odistis quod estis, date dextras potius, compingite oscula, miscete complexus, cruenti cum cruentis, incesti cum incestis, coniurati cum coniuratis, obstinati et vani cum aequalibus. Pariter deorum numina laesimus, pariter indignationem eorum

lingua ed. Rig. — *iustiore* .... *Aristide* Agob. et ed. Gothofr. *iustiore interim Aristide* ed. Rig. — *apud vos* ..... *quoque* Agob. et ed. Rig. *apud vos* .... *quoque* ed. Gothofr. qui coni. *a. v. locus quoque*. Emendavi *apud vos ipsos quoque*. Pro *amoeno* Agob. habet *ameno*, et pro *Pyriphlegetontis*, pro more *ph* scribendi per *f*, *Pyriflegetontis*. — *non alios indicio disponitur* Agob. et ed. Gothofr. *non alia conditio disponitur* ed. Rig. Forte scribendum: *apud vos locus quoque P. et E. non alias iudicio disponitur*. *alias* pro *aliter* habuimus iam supra cap. 9. Cf. Tertull. de Pall. cap. 2. „si quid mare diluit *alias* compensato versura redit." V. praeterea de eo particulae usu apud ICtos inprimis satis frequenti Drakenb. ad Liv. XXI, 56, 2. Oudendorp. ad Sueton. Tib. cap. 71. Hand. Tursell. tom. I, p. 226. Cf. Charis. p. 175. ed. Putsch. — *ac petici* Agob. ed. Gothofr. *ac poetici* ed. Rig. ex emend. Gothofr. *Poeticus* pro *poeta* occurrit etiam apud Arnob. adv. Natt. V, 1. „Esto, ab ludentibus *poeticis* cuncta illa prodita sint," ubi igitur cave ne quid mutes. Mox Agob. *phylosophi*. — *de animarum recipi provocatione* Agob. et ed. Gothofr. *de animarum reciprocatione* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. Apolog. cap. 48. „animarum *reciprocandarum* in corpora." —

20. — *Quoniam igitur* Agob. et ed. Gothofr. *Quonam igitur* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. In seqq. voc. *nihil* aptum est a *habet* verbo. *Diversitas nihil inter nos habet* h. e. nihil diversi-

provocamus. Habetis et vos tertium genus, etsi non de tertio ritu, attamen de tertio sexu. Illud aptius de viro et femina viris et feminis iunctum. Aut numquid ipso vos collegio offendimus? Solet aequalitas aemulationis materiam sumministrare. Sic figulus figulo, faber fabro invidet. Immo iam *desine* simulata confessio! ***Rediit*** conscientia ***ad*** veritatem et ad constantiam ***veritatis.*** Nam omnia ista in nobis solis erunt et a nobis solis revincuntur quibus ***inlata*** sunt, ***agnitione*** scilicet diversae partis, unde scientia instructa et consilium inspirat et iudicium ***gubernat.*** Vestra deniqne ***sententia est*** ne causam quis iudicet nisi duobus auditis, quod in nobis solis neglegitis. Naturae vitio satisfacitis, ut quae in ***vobis***

tatis est inter nos. — *tertium genus.* Cf. supra cap. 8. — *de viro et femina.* Cf. Ael. Lamprid. V. Alex. Severi p. 121. ed. Salmas. „Idem tertium genus hominum eunuchos esse dicebat, nec videndum nec in usu habendum a viris, sed vix a feminis nobilibus." Notatur hic res foedissima: vilissimum illud genus qua viri, qua feminae (h. e. *de viro et femina*) et cum viris et cum feminis coire doctum. — *faber fabrum invidet.* V. Hesiodi Opp. et dies v. 25. et 26. Erasm. Adag. p. 1082. — *Immo iam de fine* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi: *Immo iam desine.* — *confessio redigit conscientia veritatem* Agob. et ed Gothofr. *confessio redigit conscientiam ad veritatem* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Ego emendavi: *confessio! Rediit conscientia ad veritatem.* — *constantiam verit .... nam* Agob. et ed. Gothofr. *constantiam veritatis, nam* ed. Rig. — *Nam omnia ista* sc. quae arguimur. Pro *Nam omnia* forte rescribendum: *tam omnia.* — Verba: *Nam omnia ista — — — inlata sunt* tanquam per parenthesin inlata in edd. Gothofr. et Rig. uncinis sunt inclusa. — *agnitione scilicet diversae partis.* Haec verba illustrantur iis quae mox sequuntur: Vestra denique sqq. — *quibus . . lata* Agob. et ed. Gothofr. *quibus inlata* ed. Rig. Mox Agob. et ed. Gothofr. *agnitionem*, ed. Rig. *agnitione.* — *gubernatur.* Agob. et ed. Gothofr. *gubernat* ed. Rig. — *sent .... ne* Agob. et ed. Gothofr. *sententia est ne* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *negle ..... naturae* Agob. et ed. Gothofr. *neglegitis, naturae* ed. Rig. ex coni. Gothofr. In edd. interpunctio est haec: *auditis. Quod in nobis solis neglegitis, naturae* sqq. quae si placuerit pro *neglegitis* melius fortasse restitutum erit *neglegentes.* — *quae in nobis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendandum erat: *quae in vobis.* — *in aliis ...... tis* Agob. e d. Gothofr. Rig. Dedi ex mea coniectura:

non refutetis in aliis *damnetis*, aut quorum *reatum* in vobis memineritis, ea in alios iactetis. *Diverso* opere *occupati* eritis: in extraneos casti, in vosmetipsos *incesti*, exertiores foris, subiecti domi. Haec est iniquitas, ut gnari ab *ignaris*, absoluti a reis iudicemur. Auferte stipulam de oculo vestro aut *trabem* de oculo vestro, ut stipulam de alieno extrahatis. Emendate vosmetipsos prius, ut Christianos puniatis; nisi quod emendaveritis, non punietis, immo eritis Christiani; immo si fueritis Christiani, eritis emendati. Discite quid in nobis accusetis, et non accusabitis: recognoscite quid in vobis non accusetis, et accusabitis. Patet *iam* hinc vobis,

in aliis damnetis. — *quorum relatum* Agob. et ed. Gothofr. *quorum reatum* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *iactetis .... opere* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *iactetis. Diverso opere,* ex coni. Gothofredi. — *occupatiores eritis* Agob. et edd. Gothofr. et Rig. Emendavi *occupati eritis*. Librarius scripserit *occupatiores* cum oculi eius in voc. *exertiores* sequentis lineae aberrarint. — *in extraneos.* De voc. *extraneus* cf. adnot. ad cap. 7. cf. capp. 17. et 18. — *in ..... exertiores* Agob. et ed. Gothofr. *incesti, exertiores* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *exertiores* h. e. admodum ingenui, liberaliores. Exertum enim proprie id est quod nudum vel liberum est. Cf. Apolog. 21. „*exerta* divinitas“ Tertull. de Baptismo cap. 18. „*exerta* dignatio.“ Falso, si quid iudico, Gothofredus vocabulum *exertiores* interpretatur per: severiores, disciplinatiores, et quod sequitur oppositum *subiecti* per: obnoxii, rei. — *subiecti domi.* Voc. *subiectus* h. l. significat suppositicium, falsum, inliberalem. Sic apud ICtos *subiectus* partus est suppositicius. *Foris* et *domi* h. l. pro *in publicum* et *intus in pectore.* — *ab .... absoluti* Agob. et ed. Gothofr. *ab ignaris, absoluti* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox Agob. vitiose *iudicamur* pro *iudicemur.* — *aut ...... de oculo* Agob. et ed. Gothofr. *aut trabem de oculo* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *aut* particula h. l. est pro *aut potius*, ut saepissime. Quare non audiendus est Haverkampius, qui ad Apolog. cap. 39. p. 330. emendari vult *iudicemur. Auferte trabem de oculo* deletis verbis *stipulam de oculo vestro aut.* — *extrahatis* h. e. extrahendi facultatem habeatis. — *emendaveritis* h. e. si emendaveritis sc. vosmetipsos. De ellipsi condicionalis si cf. adn. ad cap. 23. — *Discite quid in nobis* Agob. *Discite quod in nobis* edd. Gothofr. Rig. — *Patet etiam hinc* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendandum omnino erat: *Patet iam hinc.* Syllaba *et* ad *iam* accrevisse ex finali prae-

quantum aperire potuerimus e pauculis istis libellulis, erroris inspectio et veritatis recognitio. Damnate veritatem, sed inspectam si potestis, et probate errorem, sed repertum si putatis. Quodsi praescribitur vobis errorem amare et odisse veritatem, cur quod amatis et odistis non noveritis?

cedentis vocabuli nemo est qui non videat. — *e pauculis istis* Agob. *e paucis istis* edd. Gothofr. Rig., quibus in editionibus prave incisum est post *potuerimus*. — Libri subscriptio in Cod. Agobardino est: TERTVLLIANI AD NATIONES LIBER I. EXPLICIT. INCIPIT LIBER II. AD NATIONES.

AD NATIONES

LIBER SECUNDUS.

---

1. Nunc de deis vestris, miserandae nationes, congredi vobiscum defensio nostra desiderat, provocans ipsam conscientiam vestram ad censendum, an vere dei, ut vultis, an falso, ut scire non vultis. Haec enim *materia* est erroris humani per artificem eius, ne ignorantia erroris *tollatur* quo magis rei sitis. Patent oculi nec vident, hiant aures nec audiunt, cor stupet saliens, nescit animus quod agnoscit. Denique si tantam perversitatem una praescriptione discuti liceret, in expedito esset nuntiatio, cum omnes istos deos ab hominibus institutos *novimus, non iam* hinc excidere fidem verae divinitatis, quod nihil utique *aliquando* coeptum divinum videri iure possit. Sed enim multa sunt, quibus teneritas conscientiae obduratur in callositatem voluntarii erroris. Ingenti manu veritas obsidetur; *at* ipsa de sua virtute secura est. Quidni? *quemcunque* vult, de ipsis adversariis socios protectoresque

1. — *miseramdae* Agob. — *erroris ...... quo magis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *erroris tollatur, quo magis* ex coni. Rigaltii. Gothofr. coni.: *erroris eruatur quo magis.* — *praescriptione* h. e. exceptione, *παραγραφῇ.* Cf. supra I, 3. Apolog. capp. 7. et 47. — *nuntiatio* h. e. denuntiatio. — *non ...... am hinc* Agob. *non .... hinc* ed. Rig. *non manifestam hinc* ed. Gothofr. Emendavi: *novimus, non iam hinc.* — *utique .... coeptum* Agob. *utique aliquando coeptum* ed. Rig. *utique coeptum,* neglecta lacuna, ed. Gothofr. Pro *quod nihil* in edd. aliquot extat vitiose *quo nihil.* — *et ipsa de sua* Agob. et ed. Gothofr. *at ipsa de sua* ed. Rig. — *quaecunque vult* Agob. et ed. Gothofr. *quoscunque vult* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Emendandum erat *quemcunque vult.* Sic supra I, 7. Agobardi liber bis exhibebat scriptum

sibimet assumit et omnem illam *expugnatorum* multitudinem prosternit. Adversus haec igitur nobis negotium est, adversus institutiones maiorum, auctoritates receptorum, leges dominantium, argumentationes prudentium, adversus vetustatem, consuetudinem, necessitatem, adversus exempla, prodigia, miracula, quae omnia adulterinam istam divinitatem corroboraverint. Quare secundum vestros commentarios, quos ex omni theologiae genere cepistis, gradum conferens, quoniam maior in huiusmodi penes vos auctoritas literarum quam rerum est, elegi ad compendium Varronis opera, qui rerum divinarum ex omnibus retro digestis commentatus idoneum se nobis scopum *exposuit*. Hunc si interrogem, qui insinuatores deorum, aut philosophos designat aut populos aut poëtas. Triplici enim genere deorum censum distinxit: unum esse physicum, quod philosophi retractant, aliud mythicum, quod inter poëtas volutetur, tertium gentile, quod populi sibi quique adoptaverunt. Igitur cum philosophi physicum coniecturis concinnarint, poetae mythicum de fabulis traxerint, populi gentile ultro praesumpserint, ubinam veritas collocanda? In coniecturis? sed *incerta conceptio* est. In fabulis? sed foeda relatio est.

quaeadmodum pro *quemadmodum*. De structura cf. Apul. Metam. IV, 10. p. 259. „Sic *unusquisque* proximi periculi confinio *territus* suppetiatum *decurrunt anxii*.“ Ael. Spart. V. Severi 15. p. 615. ed. Salm. „*suspectos unumquemque idoneum* imperio.“ Cf. Heins. Advers. I, 8. p. 83. Duk. ad Flor. III, 18. Eckstein. ad Vossii Aristarch. III, p. 1025. — *expugnatorem* Agob. et ed. Gothofr. *expugnatorum* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Sed defendi potest scriptura Agobardini libri. Cf. Apolog. cap. 25. „*Graeciam debellatorem*.“ — *divinitatem istam corroboraverint* Agob. et ed. Gothofr. *divinitatem corroboraverunt* ed. Rig. Forte legendum *divinitatem in tantum corroboraverint* vel etiam: *divinitatem ita corroboraverint*. — *cepistis*. Forte scribendum *recepistis* vel *excerpsistis*. — *in huiusmodi*. Sic Apolog. cap. 49. habuimus *eiusmodi* more substantivi cum *in* praepositione structum. — *retro digestis*. De adverbio *retro* cf. Apolog. capp. 1. 2. 3. ad Natt. I, 1. 4. 7. de verbo *digerere* v. supra ad I, 11. — *scopum et posuit* Agob. et ed. Gothofr. *scopum exposuit* ed. Rig. — *insinuatores* h. e. doctores. — *censum* h. e. originem. Cf. quae adnotavi ad I, 12. De re v. Augustin. Civ. Dei VI, 5. — *sed in* ....

In adoptionibus? sed *passiva* et municipalis adoptatio est. Denique apud philosophos incerta, quia varia, apud poetas omnia indigna, quia turpia, apud populos passiva omnia, quia voluntaria. Porro divinitas, si veram retractes, ea definitione est, ut *ista* neque argumentationibus incertis colligatur neque fabulis indignis contaminetur neque adoptionibus passivis iudicetur; haberi enim debet, sicut est, certa, integra, communis, quia scilicet omnium. Ceterum quem deum credam? Quem suspicio aestimavit? Quem historia iactavit? Quem civitas voluit? Dignius multo neminem credam quam dubitandum aut pudendum aut adoptivum.

2. Sed physicorum auctoritas philosophorum ut mancipium sapientiae patrocinatur. Sane mera sapientia philosophorum, cuius infirmitatem prima haec contestatur varietas opinionum, veniens de ignorantia veritatis. Quis autem sapiens expers veritatis, qui ipsius sapientiae ac veritatis patrem et dominum deum ignoret? *Nonne et* divina alias enuntiatio Solomonis: Initium, inquit, sapientiae metus in deum? Porro timoris origo notitia est; quis enim timebit quod ignorat? Ita *qui* deum timuerit *ignotior* omnium, deum omnium notitiam

ceptio est Agob. et ed. Gothofr. *sed incerta conceptio est* ed. Rig. Gothofredus rescribendum putabat *sed inanis deceptio est* vel etiam *sed incerta praeceptio est.* — *in adoptionibus* Agob. et ed. Gothofr. *in adoptationibus* ed. Rig. mendose. — *sed .... et municipalis* Agob. et ed. Gothofr. *sed passiva et municipalis* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. De voc. *passivus*, *passivitas* cf. adnot. ad Apolog. cap. 9. fin. — *Porro.* Cf. adnot. ad I, 3. — *ut istud neque* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *ut ista neque.* —

2. — *mancipium sapientiae* h. e. mancipum sapientiae. Cf. supra ad I, 9. „*mancipe* erroris.“ Apolog. cap. 11. „*mancipem* quemdam divinitatis.“ — *mera sapientia philosophorum.* Quae nihil Christianum, nihil divinum sapit. Agob. pro more scriptum habet *phylosophorum.* — *ignoret .... divina* Agob. et edd. Rig. Gothofredus coni. *ignoret? Nam et divina.* Magis placebat: *ignoret? Nonne et divina.* — *Initium inquit.* Proverb. IX, 10. Psalm. X, 11. — *Itaque deum* Agob. et ed. Gothofr. *Ita qui deum* ed. Rig. *Quique deum* emend. putavit Gothofr. — *ignotio omnium deum* Agob. et ed. Gothofr. Emendavi *ignotior omnium, deum* In ed. Rig. ea verba prorsus deleta sunt. Perperam. *Ignotior* hic

et veritatem adsecutus plenam atque perfectam sapientiam obtinebit. Hoc autem philosophiae non liquido successit. Licet enim per curiositatem omnimodae litteraturae inspiciendae divinis quoque scripturis ut antiquioribus *possint* videri incursasse et inde nonnulla dempsisse, cum tamen *deviant*, probant sese aut omnia *despexisse* aut non omnibus *credidisse* (nam et alias *veritatis* simplicitas per scrupulositatem *passivae fidei* nutat), et ita accedente libidine gloriae ad proprii ingenii opera mutasse, per quod in incertum abiit etiam quod invenerant et facta est argumentationum inundatio de stillicidio uno atque alio veritatis. Invento enim solummodo *deo* non ut invenerunt exposuerunt, ut de *qualitate* eius et de natura, etiam de *sede* disceptent: Platonici quidem curantem rerum et arbitrum et iudicem, Epicurei otiosum et inexercitum et, ut ita

est pro *ignarior*, ut saepius et *ignarus* usurpatur pro *ignotus.* V. Oudendorp. ad Sueton. Galb. 3. et Drakenb. ad Liv. XXXVI, 43, 7. Paulo post pro *obtinebit* Agob. scriptum habet *optinebit.* — *antiquioribus* ..... *videri* Agob. et ed. Gothofr. *antiquioribus possint videri* ed. Rig. — *cum tamen* ..... *nt* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *cum tamen credunt* coni. Prior. *cum tamen aberrant* coni. Gothofr. Emendavi *cum tamen deviant*, mei ingenii periculo. Apolog. cap. 21. „*deviantes* ab disciplina." — *dispexisse* Agob. *despexisse* edd. Gothofr. Rig. — *non omnibus* .... *nam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *non omnibus credidisse nam* dedi ex coni. Gothofredi, quam probat etiam Priorius. — *alias everitatis* Agob. et ed. Gothofr. *alias veritatis* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *scrupulositatem* ...... *ue fide nutat* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *scrupulositatem plerumque fide nutat* coni. Gothofr. Emendavi: *scrupulositatem passivae* (scriptum erat in Cod. *passive* pro more) *fidei nutat.* Fides passiva est quae non omnibus credit. De voc. *passivus* cf. adnot. ad II, 1. et Hildebr. ad Apul. Metam. VI, 10. tom. I, p. 426. — *uno atque alio.* Cf. I, 4. et 9. — *solummodo eo* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *solummodo deo.* Mox pro *invenerunt* quod praebet Cod. Agob. et edd. Gothofr. et Rig. in quibusdam aliis edd. legitur *invenerant.* — *de qualitatis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *de qualitate* ex Apologetico, quam emendationem proposuerat iam Rigaltius. Posset etiam non sine veri similitudine emendari *de qualitatibus*, cum haud raro a librariis confundantur finales syllabae — *is* et *ibus.* — *etiam de fide* Agob. et ed. Gothofr. *etiam de sede* ed.

ita dixerim, neminem, positum vero extra mundum Stoici, *intra* mundum Platonici. Quem non penitus admiserant neque nosse potuerunt neque timere nec inde sapere, exorbitantes scilicet ab initio sapientiae, id est metu in deum. Extant testimonia tam ignoratae quam dubitatae inter philosophos divinitatis. Diogenes consultus, quid in caelis agatur: Numquam, inquit, ascendi. Item, an dei essent: Nescio, inquit, nisi ut sint expedire. Thales Milesius Croeso sciscitanti quid de deis arbitraretur post aliquot deliberandi commeatus Nihil renuntiavit. Socrates ipse deos istos quasi certus negabat, idem Aesculapio gallinaceum secari quasi certus iubebat. Et ideo cum tam incerta et inconstans definiendi de deo philosophia deprehenditur, quem potuit *metum habere* eius quem non liquido tenebat determinare? De mundo *deo didicimus*. Hunc enim physicum theologiae genus *colunt, qui sane ita* deos tradiderunt, ut Dionysius Stoicus trifariam deos dividat: unam vult speciem quae in promptu sit, ut solem, lunam, *astra*, aliam quae non compareat, ut Neptunum, reliquam quae de hominibus ad divinitatem transisse dicitur, ut Her-

Rig. Cf. Apolog. cap. 47. — *Platonici quidem* sc. deum exposuerunt. — *extra mundum* Agob. et ed. Gothofr. *intra mundum* ed. Rig. Recte. — *Diogenes consultus.* Paulo aliter haec narrat Diog. Laert. VI, 39. *Πρὸς τὸν λέγοντα περὶ τῶν μετεώρων, Ποσταῖος, ἔφη, πάρει ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ;* — *Socrates.* Cf. Apolog. cap. 46. — *gallinaceum sesecari* ed. Gothofr. — *quem potuit* .... *re* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *quem potuit metum habere.* Gothofredus coni.: *quem potuit metus subire. tenebat determinare.* Sic *habere* saepius apud Tertullianum struitur cum infinitivo. Cf. Apolog. cap. 22. „*habent sapere.*" cap. 37. „*habemus odisse.*" ad quos locos v. quae adnotavi. — *de mundo* .... *dicimus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *de mundo deo didicimus.* Olim volui: *de mundo deo audivimus.* — *cogunt q* ...... *ta deos* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi: *colunt, qui sane ita deos.* Olim placebat: *colunt* (vel *norunt*), *quare et ita deos.* Gothofr. coni. *cogunt. Quid? non ita deos.* — *Dionysius Stoicus.* Dionysium aliquem Stoicum memorant Cic. Tusc. II, 11. Diog. Laert. VI, 43. Eudoc. Violar. p. 138. — *lunam* .... *aliam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *lunam, aetherem, aliam.* Malui *lunam, astra, aliam.* — *Actesilaus* Agob. et ed. Gothofr.

culem, Amphiaraum. Aeque Arcesilaus trinam formam divinitatis ducit, Olympios, Astra, Titanios de Caelo et Terra. ex his Saturno et Ope Neptunum, Iovem et Orcum et ceteram successionem. Xenocrates Academicus bifariam facit, Olympios et Titanios, qui de Caelo et Terra. Aegyptiorum plerique quattuor deos credunt, Solem et Lunam, Caelum ac Terram. Cum reliquo igni superno deos ortos Democritus suspicatur, cuius instar vult esse naturam Zenon. Unde et Varro ignem mundi animum facit, ut perinde in mundo ignis omnia gubernet sicut animus in nobis. Atqui vanissime. Nam cum est, inquit, in nobis, ipsi sumus; cum exivit, emorimur. Ergo et ignis cum de mundo per fulgura proficiscitur, mundus emoritur.

3. His ita expeditis videmus physicum istud ad hoc subornatum, ut deos elementa contendat, cum his etiam alios deos natos alleget; dei enim nonnisi de deis nascerentur. Quos quoniam in mythico apud poëtas plenius suo loco examinabimus, tamen quod de ipsis interim retractandum est quod ad praesentem speciem facit, simul et de praesenti specie ad ipsos *coniectando* ostensuri sumus deos nullo modo videri posse qui de elementis nati dicuntur, *ut* iam hinc praeiudicatum sit deos elementa non esse, cum qui de elementis nati

— *Titaneos* Agob. et edd. Gothofr. et Rig. — *ex his Saturno et Ope* h. e. ex his natos Saturnum et Opem procreasse Neptunum sqq. Mox Agob. *Academicus* et paulo post *hortos* pro *ortos*. — *Xenocrates*. Cf. Stob. Ecl. Phys. I, 3. p. 62. (Heeren). Clem. Alex. Protrept. p. 19. Cic. N. D. I, 13. qui tam diversi abeunt in enarranda Xenocratis opinione. — *Varro*. Cf. Augustin. Civ. Dei VII. 6. et 29. — *Zenon* Agob. et ed. Gothofr. *Zeno* ed. Rig. —

3. — *ad ipsos . . . . . an ostensuri* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi et supplevi *ad ipsos coniectando ostensuri*. Scriptum erat nempe olim sic: *ad ipsos coniectan ostensuri*, syllaba ultima voc. *coniectando* per errorem omissa. Anacoluthon loci vel brachylogiam sic solve: Qui quoniam in mythico apud poetas plenius suo loco examinabuntur hoc quidem loco nondum sunt commemorandi, quod tamen de ipsis interim retractandum est quod ad praesentem speciem facit, simul etc. — *dicuntur iam hinc* Agob. *dicuntur, ut iam hinc* edd. Gothofr. Rig. Recte. — *demonstrando orta* edd.

dicuntur dei non sunt; aeque demonstrando *elementa* deos non esse ad illam agnatorum speciem *praestruemus recte* non esse defendi quorum parentes id est elementa dei non sunt. Scitum deum e deo nasci, quemadmodum de non deo non deum. Igitur quod elementa contineat mundus iste, ut summaliter tractem de universitate, partibus eius praeministrans (nam quae condicio eius, eadem utique erit et elementorum et membrorum), aut ab aliquo institutus sit necesse est, qua Platonis humanitas, aut a nullo, *qua* Epicuri duritia. Et si institutus est, habendo initium habebit *etiam* finem, ita quod aliquando non fuit ante initium et quandoque non erit post finem; non capit utique videri deus, carens substantia

Gothofr. Rig. Gothofredus scribit se cum denuo inspiceret haec verba in vetusto libro situ paene obesa sibi iam legere visum esse non *demonstrando orta*, sed *demonstrantes elementa*. Hodie in Cod. Agob.extat *demonstran* ..... *ta*, vacuo spatio satis amplo, ut, si putemus voc. *elementa* per compendium fuisse scriptum, *demonstrando* (vel *demonstrantes*) *elementa* suppleri possit. — *ad illam magnatorum* Agob. et ed. Gothofr. *ad illam agnatorum* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *praestru* .... *non esse* Agob. et ed. Gothofr. qui coni.: *praestruemus recte deos non esse*. Edidi cum Rigaltio: *praestruemus recte non esse*. De verbo *esse* Graeco more usurpato pro *licere*, *posse* v. Intt. ad Virgil. Ecl. X, 46. Georg. IV, 447. Arnob. adv. Natt. V, 11. „quibusnam modis *esset* intractabilis illa feritas *edominari*.“ — *Scitum* (ita legere in Cod. Agob. sibi videbatur Gothofr.) *deum* edd. Gothofr. Rig. Ut alias *scire* pro *nosse*, ita hic *scitum* pro *notum*. Cf. supra ad I, 17. — *de non deo*. Cf. supra I, 16. fin. „non sacramentis.“ Apolog. cap. 35. „de non Christianis.“ Eiusmodi exempla possent innumera afferre ex scriptis Tertulliani. — *quod elementa contineat mundus iste*. Nam quod non simplex est sua natura, quod partibus et elementis quibusdam constat, id recte dicitur non suae esse originis. — *summaliter*. Adiectivum *summalis* legitur adv. Hermog. cap. 31. — *praeministrans* h. e. ante ministrans, ante ministerium exhibens. Tertull. de Baptismo cap. 11. „semper is dicitur facere, cui *praeministratur*.“ Cf. Id. ad Uxor. I, 2. — *et membrorum*. Rescribendum fortasse *ut membrorum*. — *Platonis humanitas*. Cf. Augustin. de C. D. II, 14. — *quae Epicuri* ed. Gothofr. *qua Epicuri* ed. Rig. — *habebit et infinem* Agob. et ed. Gothofr. *habebit et finem*. ed. Rig. Emendavi *habebit etiam finem*. *Non capit utique videri deus haberi*.

divinitatis id est aeternitate, quae sine initio et fine censetur. Si vero institutus omnino non est ac propterea deus habendus, quod ut deus neque initium neque finem sui patitur, quomodo quidam assignant elementis, quae deos volunt, generationem, cum Stoici negent quicquam *deo* nasci? Item quomodo volunt quos de elementis natos ferunt deos haberi, cum deum negent nasci? Itaque quod mundi erit, hoc elementis adscribetur, caelo dico et terrae et sideribus et igni, quae deos et deorum parentes adversus negatam generationem dei et nativitatem frustra credi *vobis* proposuit Varro, et qui Varro indicaverat animalia esse caelum et astra. Quod si ita est, etiam mortalia sint necesse est, secundum animalis formam; nam etsi immortalem constat animam, ipsi hoc soli licebit, non etiam illi cui adnectatur, id est corpori. Nemo autem negabit *animalibus* corpus esse, cum et contingamus ea et contingamur ab eis, *certaque corpora* ex illis decidere videamus. Ergo si animalia *deposita ratione* animae, qua

V. quae adnotavi ad Apolog. cap. 17. verba „Quod vero immensum est, soli sibi notum est. Hoc est quod deum aestimari facit dum *aestimari non capit.*" — *quicquam ... nasci* Agob. et ed. Gothofr. *quicquam deo nasci* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *frustra v .... credi* Agob. teste et ipso Gothofredo qui edidit *frustra credi*, lacunae signo addito nullo. Ita etiam ed. Rig. Edidi *frustra vobis credi* ex coni. Gothofredi. — *et qui* h. e. et quidem is ipse Varro qui sqq. Olim putavi rescribendum: *Atqui* pro *et qui.* Mox pro *indicaverat* in Agob. extat scriptum *indicaver̃.* De re cf. Augustin. de C. D. VII, 6. 23. 24. 28. — *secundum animalis formam* h. e. secundum animalis naturam. Ita, ne multus sim in aliis exemplis ex Tertulliani scriptis afferendis. adv. Marc. I, 11. „ex *forma* dei." de Carne Christi cap. 16. „ex *forma* ingenii haeretici." — *cui adnectatur* Agob. *cui adnectitur* ed. Gothofr. (sed correctum in adnott.) et ed. Rig. — *negabit .... corpus* Agob. et ed. Gothofr. *negabit mortale corpus* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Edidi mei ingenii periculo: *negabit animalibus corpus.* — *cer ..... pora* Agob. et ed. Gothofr. qui supplendum putat *certa corpora* vel *certaque tempora.* Illud edidit Rig. Ipse supplevi: *certaque corpora.* — *deposit ...... ne* Agob. et ed. Gothofr. *deposita ratione* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Fortasse scribendum: *deposita nexione.* — *non utique .... Et tamen* Agob. *non utique .... Et ta-*

corporum condicio, mortalia, non utique *dei elementa.* Et tamen unde animalia Varroni videntur elementa? Quoniam *elementa moventur.* Ac ne ex diverso proponatur, multa alia moveri, *ut rotas,* ut plaustra, ut machinas ceteras, ultro praevenit dicens, eo animalia credita quod per semetipsa moverentur, nullo extrinsecus apparente motatore eorum *aut incitatore,* sicut apparet qui rotam compellit et plaustra volvit et machinam temperat. Igitur nisi animalia, non mobilia per se. Porro allegans quid non appareat, ostendit quid quaesisse debuerat, id est artificem et arbitrum motus; neque enim statim non est quod, quia non videmus, non credimus esse. Immo eo altius investigandum est, quod non videatur, ut quod videatur quale sit scire possimus. Alioquin si tantum ea quae comparent ideo esse credantur quia comparent, quomodo deos etiam eos *recipitis* qui non comparent? si autem videntur esse qui non sunt, cur non sint *et qui* non videntur? Motatorem dico caelestium rerum. Sint ergo et *animalia,* quia mobilia per se, etiam mobilia per se, quia non per alium, tamen *uti* non statim dei, quia animalia, ita nec ideo, quia per se mobilia:

men ed. Gothofr. *non utique dii elementa. Et tamen* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *Quoniam .... uentur* Agob. (teste et Gothofr. in adnott.) *Quoniam .... ventur* ed. Goth. *Quoniam moventur* ed. Rig. Edidi *Quoniam elementa moventur* ex coni. Gothofredi. — *mouer .... ut plaustra* Agob. et ed. Gothofr. qui coni. *moveri non animalia ut plaustra.* Ed. Rig. habet *moveri, ut rotas, ut plaustra.* — *eorum ut iniatore* Agob. et ed. Gothofr. *eorum aut minatore* ed. Rig. *eorum aut initiatore* emend. Gothofr. Emendavi *eorum aut incitatore.* Mox ed. Gothofr. *sicuti apparet.* — *Porro.* V. quae adnotavi ad I, 3. Cf. I, 2. 4. II, 1. — *quod non videatur.* Gothofr. coni. *quod non videtur.* Mox ed. Rig. vitiose *scire possumus.* — *esse credantur* Agob. et ed. Gothofr. *esse creduntur* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *etiam eos .. cipitis* Agob. et ed. Gothofr. *etiam eos recipitis* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *non sint ..... non* Agob. et ed. Gothofr. *non sint et qui non* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *et anima ... quia* Agob. et ed. Gothofr. *et animalia quia* ed. Rig. ex coni. Gothofr. — *tamen .... non statim* Agob. et ed. Gothofr. *tamen illa non statim* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Edidi meo periculo: *tamen uti non statim.* — *aut .... vetat* Agob. et ed. Gothofr. *aut quid vetat* ed. Rig. ex coni. Go-

aut quid vetat universa animalia, ut mobilia per se, deos haberi? *Colere animalia* sane vanitate Aegyptiis licet.

4. Aiunt quidam propterea deos *fuisse appellatos* quod θέειν et σείεσθαι, procurrere ac motari interpretatio est. *Quod si verum*, vocabulum istud non est alicuius maiestatis; a cursu enim et motu, *non ab divinitatis* eis dominatione formatum est. Sed cum etiam ille unus Deus *quem colimus* θεὸς cognominetur nec tamen aut motus ullus aut cursus *eius appareat*, quia nec visibilis cuiquam sit, palam est ut vocabulum istud *sit aliunde desumptum* propriumque, quia *a* se nativum, divinitatis inventum. *Itaque semota* interpretationis eius astutia verisimilius est non a cursu et motu θεοὺς dictos, sed de appellatione veri dei mutuatum, uti quos aeque deos

thofr. — *haberi* .... *lia* Agob. *haberi* .... *lia* edd. Gothofr. (sed in adn spatium lacunae auctum conspicitur) et Rig. Edidi: *haberi? Colere animalia* ex coni. Gothofredi. De ablativo *vanitate* cf. supra ad I, 18. init. voc. *animo*. —

4. — *deos . u* .... *latos* Agob. *deos* ,......... *atos* ed. Gothofr. *deos fuisse appellatos* ed. Rig. ex coni. Gothofr. — *quod thin et siesta procurrere* Agob. et ed. Gothofr. *quod* θέειν *et* σείεσθαι *procurrere* ed. Rig. Recte. Verto: „weil θέειν auch die Bedeutung von σείεσθαι, von procurrere und motari hat." Olim putabam: *quod* θέειν *ut* σείεσθαι *procurrere*. Voc θεὸς a θέειν deducit etiam Plato Cratylo p. 397. D. et ibi Proclus. — *est* .... *vocabulum* ed. Gothofr. qui coni.: *est. Ergo iam vocabulum.* Rig. edidit: *est. Sane vocabulum.* Edidi meo periculo: *est. Quod si verum*, *vocabulum.* Olim putabam: *est. Igitur vocabulum.* — *et motu* .... *tatis eis dominatione* Agob. et ed. Gothofr. *et motu*, *non ab divinitatis denominatione* ed. Rig. *eis* sc. *diis*. — *deus* .... *s theos* Agob. et ed. Gothofr. *deus quem colimus* θεὸς ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *cursus* .... *at* Agob. et ed. Gothofr. *cursus eius appareat* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *palam est.* Cf. Apolog. I. „quid *sit liquido* in causa Christianorum." ad Natt. II, 5. „cum quis valetudine *male est.*" ibid. II, 7. „eo *palam est.*" — *istud* .... *sumptum* Agob. et edd. Gothof. Rig. Edidi *istud sit aliunde desumptum* ex verissima coniectura Gothofredi. — *quia se nativum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Scribendum erat ex coni. Gothofredi: *quia a se nativum.* Olim putabam *quasi nativum.* — *inventum* .... *interpraetationis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex verissima coni. Gothofredi: *inventum. Itaque semota interpretationis.* Mox rur-

excudissetis, *θεοὺς* cognominaretis. Denique quam ita sit, probatio suppetit, cum etiam universos deos vestros, in quibus *nullius* cursus aut motus officium denotatur, *θεοὺς* communiter appelletis. Itaque si aeque *θεοὺς* aeque immobiles, disceditur vocabuli interpretatione pariter et divinitatis opinione, *quae a* cursu et motu modulata rescinditur. Quod *si* nomen istud proprium divinitatis et simplex nec interpretatorium in illo deo reprehensum in cetera quae deos vultis, docete etiam qualitatis inter illos esse consortium, ut iure consistat collegium nominis communione substantiae. Porro *θεὸς* ille iam *hoc* solo, quod non sit in promptu, vacat a comparatione eorum quae in *promptu* sunt et visui et sensui; sed sensui *datis*, quod est testimonii ad diversitatem occulti et manifesti renuntiatio. Si elementa palam *proposita* omnibus, si contra

sum Agob. *theos dictos* et paulo post theos *cognominaretis.* — *Denique.* Cf. meam adnot. ad I, 5. et 10. — *nullus cursus* Agob. et ed. Gothofr. *nullius cursus* ed. Rig. Mox Agob. *theos communiter.* — *qua cursu* Agob. et ed. Gothofr. *quae a cursu* ed. Rig. *modulata.* Cf. I, 3. „de suavitate vel bonitate *modulatum* est.“ — *Quod si nomen* Agob. et ed. Gothofr. *Quod si nomen* ed. Rig. ex emendat. Gothofredi. Mox Agob. *interpraetatorium* pro more. — *reprehensum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus emendandum putabat *deprehensum;* sed cf. Apolog. capp. 12. et 19. ubi optimi plurimique Codd. MSS. etiam *reprehendere* tuentur pro vulg. *deprehendere.* Cf. ad Apolog. cap. 19. „retrosiores *reprehenduntur.*“ H. l. *reprehendere* est idem quod retinere, retrahere, revocare, transferre. Male post *reprehensum* vulgo in edd. comma positum comparet; struendum est enim cum verbis *in cetera.* Mox Agob. *theos ille.* – *Porro.* V. adnot. ad I, 3. Cf. 2. 4. II, 1. 2. 3. — *iam h .. solo* Agob. et ed. Gothofr. *iam hoc solo* ed. Rig. Mox pro *vacat a* ed. Gothofr. habet *vacuata*, sed correctum in adnott. — *qui in .... tu* Agob. et ed. Gothofr. *qui in promptu* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *sed sensui satis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. mendose. Emendavi: *sed sensui datis* h. e. et tamen sensui subiicitis sc. deum. dum elementa colitis. Qua quidem re fit, ut quod modo ipsi concessistis et testes fuistis, scilicet dei naturam simplicem esse humanisque sensibus non comprehensibilem, renuatis iam vobis parum constantes atque in contraria incurratis tamquam nihil sit diversitatis inter occultum et manifestum. — *propo .... omnibus* Agob. et ed. Gothofr. *proposita omni-*

deus nemini, quomodo poteris ex ea parte quam *non vidisti* quae vides congredi? Cum ergo non habes coniungere sensu *neque* ratione, quid vocabulo coniungis, ut coniungas etiam potestate? Ecce enim Zeno quoque materiam mundialem a deo separat, vel eum per illam tamquam mel per favos transisse dicit. Itaque materia et deus duo vocabula, duae res. Pro discrimine vocabulorum etiam res separantur, etiam materiae condicio vocabulum sequitur. Quodsi materia non est, quia sic et appellatio praescribit, quomodo quae sunt in materia, id est elementa, dei habebuntur, cum membra a corpore *alienata* esse non possint? Sed quid ego cum argumentationibus physiologicis? *Sursum mens* ascendere debuit de statu mundi, non in incerta *descendere. Quae mundo*

bus ed. Rig. ex coni. Gothfredi. — *quam ..... disti* Agob. et ed. Gothofr. *quam non vidisti* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *congredi.* Quomodo, inquit, quae ita diversa sunt natura, ut alterum manifestum sit sensibus, alterum occultum, quomodo haec in se congredi possint atque conflari ita ut unum efficiant? — *sensu .... ratione* Agob. et ed. Gothofr. *sensu neque ratione* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *habes coniungere.* De hoc graecismo v. quae supra adnotavi ad II, 2. „quem non liquido *tenebat determinare.*“ Cf. Tertull. de Patient. 7. „*habemus amittere.*“ de Idol. 5. „*habes vivere.*“ de Habitu Mul. I. „*mori habuit.*“ ad Uxor. I, 2. „*habeo loqui.*“ de Virg. Vel. I. „nasci *non habebat.*“ — *tamquam mel per favos transisse dicit.* Notum Stoicorum istud, in natura deum seu efficientem a materia seu patienti distinguentium. Cf. Lactant. VII, 3. Senec. Ep. 65. 89. Diog. Laert. VII, 134 sqq. et ibi Menag. Cic. N. D. II, 8 sqq. Acad. I, 11. Sext. Empir. adv. Mathem. IX, 101. Stobaeus Ecl. Phys. I, p. 312. et p. 538. ed. Heeren. — *a corpore alig .... esse* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *a corpore aligenea esse;* sed illud adiectivum neque in lexicis neque apud ullum quod sciam veterem scriptorem, neque in glossariis ullis latinis sequioris aetatis deprehenditur. Emendavi: *a corpore alienata esse.* Vitiose nempe a librario scriptum fuisse puto *aligenata* cum scribere vellet *alienata.* Plane similiter in Apolog. cap. 35. Cod. Put. pro *deierabant* a m. pr. habebat *degerabant*, Cod. Lugd. II. *degerebant.* — *S........ ascendere* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *Sursum mens ascendere* ex probabili coniectura Gothofredi. — *descen .... lo Platonica* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *descendere. Rotunda mundo Platonica*, sed eam suppletionem non capit

Platonica forma? Quadratum eum angulatumque *commentum alii, credo,* circino rotundo ita collegit, quod sine capite solum credi laborat. Sed *et* Epicurus, qui dixerat, Quae super nos, nihil ad nos, cum et ipse caelum inspicere desiderat, solis orbem pedalem deprehendit. Adhuc scilicet frugalitas et in caelis agebatur. Denique ut ambitio profecit, etiam sol aciem suam extendit; ita illum *orbe* maiorem Peripatetici denotaverunt. Oro vos, quid sapit coniecturarum libido? Quid probat tanta praesumptione asseverationis otium affectatae morositatis eloquii artificio adornatum? Merito ergo Milesius Thales *dum* totum caelum examinat et ambulat oculis, in puteum cecidit *turpiter,* multum inrisus Aegyptio illi: In

spatium. Edidi ex mea coniectura: *descendere. Quae mundo Platonica forma? — com .... do circino* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi ex mea coniectura: *commentum alii, credo, circino.* Irridet Tertullianus philosophorum de mundi forma commenta. Excogitavit, inquit, fortasse aliquis sibi angulatum mundum quadratumque, quem, credo, Plato ad rotundam formam revocare maluit. — *circino rotundo ita collegit.* Scribendum forte *rotunde* pro *rotundo;* nisi forte *rotundus* hic est idem quod *aequabilis.* De dogmate illo Platonis v. Casaub. ad Diog. Laert. III, 72. — *laborat.* Plato deum mundo ipso includens, non extra eum summum rectorem statuens, illi ipsi capitis formam attribuit, ne scilicet capite suo carere videatur. Locum, si sanus est, aliter explicare nequeo. — *Sed Epicurus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *Sed et Epicurus* ex coni. Gothofredi, sensu flagitante. — *Quae super nos.* Lactant. III, 20. Minuc. Fel. Octav. 13. et Hieronym. adv. Rufin. cap. 8. hoc dictum Socrati tribuunt et efferunt sic: *Quod supra nos, nihil ad nos. — Solis orbem pedalem deprehendit.* Verba eius extant apud Diog. Laert. X, 91. „τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου τε καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων κατὰ μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς τηλικοῦτόν ἐστιν ἡλίκον φαίνεται. Cf. Plutarch. de Placit. Philosoph. II, 21. Cicero Acad. IV, 26, 82. — *orbem maiorem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *orbe maiorem. — affectatae morositatis.* Est *morositas* hic scrupulosa curiositas. Cf. de Praescript. Haeret. 40. „Nonne manifeste diabolus *morositatem* illam Iudaicae legis imitatus est?" — *Thales ... totum* Agob. et ed. Gothofr. *Thales dum totum* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *cecidit ...... r* Agob. et ed. Gothofr. Rig. Edidi *cecidit turpiter* ex coni. Gothofredi. Rem narrat Diog. Laert. I, 8, 34. Mox Agob. vitiose *inquis* pro *inquit. — perspici ..... caelum* Agob. et ed.

terra, *inquit*, nihil *perspiciebas*, caelum tibi speculandum existimas? Itaque casus eius per figuram *philosophos* notat, scilicet eos qui stupidam exerceant curiositatem *in res* naturae quam prius in artificem eius et praesidem, in vacuum *currendum* habituros.

5. Quin ergo ad humaniorem aliquanto *convertimur* opinionem, quae de communi omnium sensu et simplici *coniectura* deducta videatur? Nam et Varro meminit eius, creditam praeterea dicens elementorum divinitatem, quod nihil omnino sine suffragio illorum gigni, ali, provehi possit ad vitae humanae et terrae sationem, quando ne ipsa quidem corpora aut animas sufficere licuisset sine elementorum temperamento, quo habitatio ista mundi circulorum condicionibus foederata praestatur, nisi *quod hominum* incolatui denegavit enormitas frigoris aut caloris. *Itaque* deos credi: solem, qui *diem* de

Gothofr. qui coni. *perspiciebas et caelum.* Edidi cum Rigaltio: *perspiciebas, caelum.* — *per figuram* .... *s notat* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex coni. Gothofredi: *per figuram philosophos notat.* — *curiositatem* ..... *naturae* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *curiositatem in res naturae*, ex coni. Gothofredi. *quam prius.* De ellipsi comparativi *magis* dixi supra ad I, 7. — *in vacuum* ..... *ndum habituros* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *in vacuum currendum habituros* ex coni. Gothofredi. De structura verbi *habere* cum gerundio et gerundivo cf. quae exempla profert ex Tacito Boetticher. Lexic. Tacit. p. 339. —

5. — *aliquanto con* ..... *imur* ed. Gothofr. *aliquanto* ... . *imur* Agob. et ed. Rig. Edidi: *aliquanto convertimur* ex coni. Gothofredi. — *cog* .... *deducta* edd. Gothofr. (sed correct. in Erratis) Rig. *con* .... *deducta* Agob. Edidi ex verissima coniectura Gothofredi: *coniectura deducta.* — *ad vitae humana* Agob. vitiose. — *quando ne ipsa quidem corpora.* Erat cum emendandum putabam: *quando deo ne ipsa quidem corpora*, vel etiam: *quando deo ne ipsi quidem corpora*, sed emendatione nihil opus est. *circulorum* h. e. zonarum. Mox *anima sufficere* Agob. vitiose. — *nisi qu . d* ..... *incolatui* Agob. et ed. Gothofr. *nisi quod hominum incolatui* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *nisi quod* h. e. praeter eam partem quam etc. Ipse olim coniiciebam *nisi quod partem incolatui.* Res eodem redit. Voc. *incolatus* occurrit etiam apud Tertull. Apolog. 22. de Anima 57. de Resurr. Carnis 27. — *caloris* .... *deos credi* Agob. et ed. Gothofr.

suo cumulet, fruges caloribus *expediat*, *qui* et annum stationibus servet: lunam, solatium noctium, patrocinium mensum gubernaculis: item sidera, signacula quaedam temporum ad *rurationem* notandorum: ipsum denique caelum, sub quo omnia *in terra*, super quam omnia, et quicquid illorum inter se ad commoda humana conspirat. Nec tantum beneficiis fidem divinitatis elementis convenire, sed etiam de diversis quae tamquam de ira et offensa eorum *incidere* soleant, ut fulmina, ut grandines, ut ardores, ut aurae pestilentes, item diluvia, item hiatus motusque terrarum, et iure credi deos quorum natura honoranda sit in secundis, metuenda sit in adversis, domina scilicet iuvandi et nocendi. Porro si *ista* sentiuntur in *civium* conversatione, non perinde rebus ipsis quibus iuvantur sive laeduntur aut gratias referunt aut querellas inten-

caloris. Itaque deos credi ed. Rig. Gothofredus coni. *caloris aestivitas: ideo deos credi.* Merkel. ad Ovid. Fastt. Prolegg. p. CCXXV. coni. *caloris, ideo deos credi.* Malim *caloris ideoque et deos credi.* Retinui interim Rigaltii lectionem. — *qui diei de suo cumulet* Agob. et edd. Gothofr. (qui *cumulet* hic explicat per *commodet*, *communicet*) Rig. Emendandum esse videbatur *qui diem de suo cumulet* h. e. augescere et splendescere facit. — *caloribus* . . *p* . . . . *et annum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendo: *caloribus expediat*, *qui et annum*, partim ex coni. Gothofredi. — *solacium* Agob. — *mensum gubernaculis* Agob. et ed. Gothofr. *mensium gubernaculis.* De genitivo *mensum* cf. Prisc. VII, 771. Ovid. Metam. VIII, 500. Id. Fast. V, 424. *patrocinium mensum gubernaculis* idem est ac si dixisset: *patrocinium mensibus gubernandis* vel *constituendis.* — *ad mutationem notandorum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *ad rurationem notandorum* ex felicissima Merkelii mei emendatione prolata in Prolegg. ad Ovid. Fast. l. l. — *sub quo omnia in terra* Agob. et edd. Gothofr. *sub quo omnia, terram* ed. Rig. Retinui Cod. Agobardini lectionem. Sensus eodem redit. — *inc . . . . soleant* Agob. et ed. Gothofr. *incidere soleant* ed. Rig. *incusari soleant* coni. Gothofredus. — *Porro si ita* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *Porro si ista* ex coni. Gothofredi. *Porro* est *At enim.* V. quae adnotavi ad I, 3. Cf. I, 2. 4. II, 1. 3. 4. 5. supra. — *in c . . . . conversatione* Agob. teste et ipso Gothofredi in cuius ut etiam in Rig. editione desideratur illud *c* in initio lacunae. Gothofr. coni. *in aetatis conversatione*, et putat hoc dictum pro: humana conversatione. Dedi ex mea coniectura:

dunt, sed his sub quorum *ducatu* et potestate operatio rerum decurrit. Nam in voluptatibus *vestris* non tibiae aut citharae coronam ad praemium adiudicatis, sed artifici qui tibiam et citharam suavitatis temperet vi. Aeque cum quis *valetudine* male est, non lanis nec antidotis aut malagmatis ipsis gratiam meministis sed medicis, quorum opera atque prudentia *remedia* proveniunt. Item in adversis qui ferro sauciantur non gladium ipsum aut lanceam accusant, sed hostem vel latronem. Et quos *tecta opprimunt non* tegulas aut imbrices arguunt, sed vetustatem, sicut et naufragi non petrae et fluctibus imputant, sed procellae. Merito. Certum enim est, quodcunque *fit*, ei adscribendum, non per quod fit, sed a quo fit, quia is est caput facti qui et ut fiat et per quid fiat instituit. Et sunt in omnibus rebus tres tituli isti: quod est, per quod est, et a quo est; quia prius *est qui* quid velit fieri et *quid* possit inveniri. Et ita recte in ceteris agitis, auctorem considerantes, at in physicis contra naturam regula vestra, *quam* in ceteris

et civium conversatione. — *sub quorum ...... et potestate* Agob. et ed. Gothofr. *sub quorum ducatu et potestate* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox pro *Nam in* Gothofr. emendari vult *Nam et in.* — *voluptatibus ...... non* Agob. et ed. Gothofr. qui coni. *voluptatibus quoque non.* Edidi cum Rig. *voluptatibus vestris non.* — *cum quis .... tudine* Agob. et ed. Gothofr. *cum quis valetudine* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *male esse* aliqua re est *laborare* aliqua re. Aliter struit Senec. Ep. 82. init. „*Male tibi esse malo quam molliter.*“ — *prudentia ..... dia proveniunt* Agob. et ed. Gothofr. *prudentia remedia proveniunt* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *lanciam* Agob. (teste Gothofr. habet *lanciem*, ut et edidit ipse) *lanceam* ed. Rig. — *quos .... tegulas* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Reposui ex coni. Rigaltii: *quos tecta opprimunt, non tegulas.* Gothofredus coni. *quos casus subitus obtrivit, non tegulas.* — *petrae sed fluctibus* ed. Gothofr. sed correct. in adnot.: *petrae et fluctibus* ut habet Cod. Agob. Rigalt. edidit *petris et fluctibus.* — *quodcunque sit ei adscribendum* Agob. *quodcunque praesto est adscribendum* ed. Gothofr. *quodcunque est ei adscribendum* ed. Rig. Emendavi et edidi: *quodcunque fit ei adscribendum.* — *esse quid quid velit fieri et quod* Agob. et ed. Gothofr. *est qui quid velit fieri et quod* ed. Rig. Edidi *qui quid velit fieri et quid.* Strue: prius est eum inveniri qui aliquid velit fieri et possit. Olim placebat emendatio: *est qui quid velit fieri nec quod.* —

sapientiam iudicatis. Auferendo summum gradum auctoris et quae *fiunt* non a quo fieri *ratis* ita credere contingit elementorum potestates et *arbitria* esse quae sunt servitutes et officia. Non in ista investigatione *alicuius* artificis intus et domini servitutis *artem ostendimus* elementorum *certis ex* operis eorum quas facis potestatis? Sed dei non serviunt; ea igitur *quae* serviunt dei non sunt. Aut doceant vulgo fieri, ut de licentia passivitatis libertas approbetur, de libertate dominatio, de dominatione divinitas intellegatur. Nam si omnia haec super nos certis curriculis, legitimis *decursibus*, propriis spatiis, aequis vicibus sub legis instar constituta *volvendis* temporibus et exercendis temporum ducatibus occurrere meminerunt, *num non* ex ipsa observatione condicionum suarum et fide operum et instantia *curriculorum* et cura demutationum, memoria re-

qua in ceteris Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *quam in ceteris.* — *et quae fi . . t non a quo fieri . . . . . ita* Agob. *et quae fi . . t non a quo fieri ita* ed. Gothofr. *et quae fiunt non a quo fieri . . . . ita* ed. Rig. Emendavi: *et quae fiunt non a quo* (h. e. ab aliquo) *fieri ratis ita.* — *et ar . . . . a esse* Agob. *et ar . . . . esse* edd. Gothofr. Rig. Edidi *et arbitria esse* ex coni. Gothofredi. — *investigatione ali . . . . us artificis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi *investigatione alicuius artificis* ex coni. Gothofr. *artificis intus et domini.* De adverbio posito pro adiectivo cf. adnot. ad I, 16. ad verba *saltus ubique luxuriae.* Adde I, 12. „intus cruci ingerit." — *servitutis autem non tendimus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. mendosissime. Emendavi *servitutis artem ostendimus.* — *elementorum . . . . operis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *elementorum certis ex operis* ex coni. Gothofredi. qui totum hunc locum ita restituendum esse putat: *investigatione alicuius artificis intus et domini servitutes etiam ostendimus certis ex operis elementorum quas facis potestates?* — *ea igitur . . . . serviunt* Agob. et ed. Gothofr. *ea igitur quae serviunt* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *de licentia passivitatis.* Passivitas non habet libertatem, sed tantum licentiam efficiendi. Passivitas elementorum est, per quae quae fiunt licent fieri dei numine intus moderante et animante; igitur solius dei libertas est efficiendi. — *legitimis . . . . . . ibus* Agob. et ed. Gothofr. *legitimis decursibus* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *vol . . . . . s temporibus* Agob. et ed. Gothofr. *volvendis temporibus* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *meminerunt, ... ex ipsa* Agob. et edd. Gothofr. et Rig. Edidi: *meminerunt, num non ex ipsa* ex coni. Gothofredi. — *et instantia . . . . et cura*

ciprocatorum, aliquam dominationem sibi praeesse persuadeant vobis, cui apparere videatur *universa* negotiatio mundialis perveniens ad humani generis utilitatem et *laesionem?* Non enim potes dicere ea sibi agere ista ac sibi curare nec quicquam hominum causa disponere, cum propterea defendas elementis divinitatem quod ab illis aut *iuvari* te aut laedi sentias; nam *si* sibi praestant, nihil eis debes.

6. Age iam, conceditisne divinitatem non modo non serviliter currere, sed inprimis integre stare neque minui neque intercipi neque corrumpi debere. Ceterum abiit omnis felicitas eius, si quid patitur umquam. Ecce autem et astra intercidunt et intercidisse se attestantur. Confitetur et luna quantum amiserit, cum resumit. Iam maiora eius detrimenta soletis in aquae speculo considerare, ut nihil amplius *ulla in parte* credam quod magi *norunt.* Ipse etiam sol saepe defectione temptatus est. Fingite *quaslibet* rationes caelestium

Agob. et edd. Gothofr. Rig. *et instantia curriculorum et cura* dedi ex coni. Gothofredi. In seqq. pro *reciprocatorum* malim *reciprocationum. Reciprocata* vocat repetitos cursus in orbem, repetita officia. — *videatur .... negotiatio* Agob. et ed. Gothofr. *videatur universa negotiatio* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *perveniens* h. e. tendens. — *utilitatem et ..... nem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *utilitatem et laesionem* ex coni. Haverkampii prolata a! Apolog. cap. 13. p. 135. Mox pro *ab illis* in edd. aliquot mendose legitur *ab aliis.* *aut turbari te* Agob. et ed. Gothofr. *aut iuvari te* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *nam sibi* Agob. et ed. Gothofr. *nam si sibi* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. —

6. — *Ceterum* h. e. Alioquin. Cf. adnot. ad I, 16. — *ullam ..... credam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *ulla in parte credam* dedi ex coni. Gothofredi. Notum est magos in lunae defectibus illam ab se in terram detrahi profiteri solitos. V. Plutarch. de Defect. Orac. 13. Praecept. Coniug. 48. Plat. Gorg. p. 513. Aristoph. Nub. v. 748. Horat. Ep. V. 45. Tibull. I, 2, 45. I, 8, 21. Virgil. Ecl. VIII, 21. et ibi Intt. Brunk. Anthol. III, 172. Lucan. VI, 420. Lindenbrog. ad Anthol. Lat. Burm. tom. II, p. 328 sqq. Intt. ad Apul. Metam. I, 3. Mox Agob. et ed. Gothofr. *maginorum* pro *magi norunt*, quod praebet ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *Fingite qualibet* Agob. et ed. Gothofr. quod non temere spernendum. *Fingite quaslibet* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *Videri*

casuum, non volet deus aut minor fieri aut esse desinere. *Viderint* igitur humanae doctrinae patrocinia quae coniectandi artificio sapientiam *mentiuntur* et veritatem. Nam alias natura sic est, ut qui melius dixerit hic *verius dixisse* videatur, non qui verius, is melius. Ceterum cui res examinabitur, verisimilius utique dicet elementa ista ab aliquo regi quam ultro *moveri:* igitur non deos quae sub aliquo. At si in isto erratur, melius est *errare* simpliciter quam ut physici diligenter. Sed enim si ad *mythicum spectes,* melius iam in physico mortalitas errat eis divinitatem adscribendo quae super hominem putat situ et vi et magnitudine et divinitate sentiri. Quod enim super *hominem,* credas deo proximum.

7. Ceterum *ut ad* mythicum transeamus, quod poëtis

igitur Agob. *Viderint igitur* edd. Gothofr. Rig. *Viderint.* De hac locutione v. quae notavi ad Apolog. cap. 16. Cf. Apol. capp. 25. 26. 42. — *men .... et veritatem* Agob. et ed. Gothofredi *mentiuntur et veritatem* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *hic ver ..... xisse* Agob. et ed. Gothofr. *hic verius dixisse* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Cum verbis *Ceterum cui res examinabitur* in ed. Rig. incipit caput septimum. — *ultro ..... igitur* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *ultro cadere.* Male. Emendavi *ultro moveri.* Cf. supra cap. 3. ad fin. Olim placebat *ultro agere.* De ellipsi comparativi *magis* vel *potius* v. adnot. ad I, 4. et 7. Cf. I, 8. II, 4. fin. — *igitur non deos* sc. esse. — *melius est ...... simpliciter* Agob. (teste et Hildebr. ad Arnob. I, 34. p. 50.) *melius est simpliciter*, sine lacunae signo, edd. Gothofr. Rig. Edidi *melius est errare simpliciter* ex verissima coniectura Hildebrandii, prolata ad Arnob. II. — *si ad mythic ...... tes* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *si ad mythicos deflectes.* Prior. coni. *si ad mythicas artes* vel: *si ad mythicas vanitates.* Recepi *si ad mythicum spectes* ex coni. Hildebrandii, prolata ad Arnobii locum modo a me laudatum. — *mortalitas* h. e. aevum, mortales. Cf. Arnob. I, 7. II, 45. IV, 36. et I, 34. „communi *mortalitatis* assensu", ad quem locum Hildebr. citat Buenem. ad Lactant. IV, 25, 1. Kopp. ad Martian. Cap. II, 102. p. 143. Adde Tertull. ad Natt. II, 13. „causas allegendae *mortalitatis* in caelum." — *super omnem* Agob. et ed. Gothofr. *super hominem* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. —

7. — *Ceterum .... mythicum* Agob. et ed. Gothofr. *Ceterum ut ad mythicum* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *quod poetis*

deputatur, nescio an tantum *par quaerere* mediocritati nostrae, an tanti de documentis divinitatis *confirmati reiici possint Mopsus* Africanus et Boeotus Amphiaraus. Delibanda enim *nunc* est species ista, cuius suo loco ratio reddetur. Interim hos certe homines fuisse vel eo palam est, quod non constanter deos illos, sed heroas appellatis. Quid ergo contendimus? Si addicenda mortuis divinitas erat, non utique talibus? Ecce vos cum eadem licentia praesumptionis sepulchris regum vestrorum caelum infamatis, nonne *probatos* quosque iustitia, virtute, pietate et omni bono eiusmodi consecrationis solatio *honestatis*, contenti pro talibus etiam inrideri peierantes?

deputatur. De verbo *deputare* cf. adnot. ad I, 2. Cf. I, 12. 18. — *an tantum .... mediocritati* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *an tantum laborandum mediocritati.* Edidi ex mea coni.: *an tantum par quaerere mediocritati.* — *divinitatis confi .... ut mox Africanos* Agob. *divinitatis conf .... ut Mopsus Africanus* edd. Rig. et Gothofr. qui explendum putavit: *divinitatis confitentes sint ut Mopsus Africanus.* Dedi ex mea coni. *divinitatis confirmati reiici possint Mopsus Africanus.* Mopsus et Amphiaraus clarissimi antiquitatis vates. De Mopso, quem apud Afros cultum fuisse constat, v. Intt. ad Cic. N. D. II, 3. Hygin. Fab. 128. Apul. de Deo Socr. cap. 15. extr. Tertull. de Anima cap. 47. Gronov. ad Senec. Med. v. 655. Vales. ad Ammian. Marcell. XIV, 8. De Amphiarao v. Intt. ad Cic. N. D. I. I. Hygin. Fab. 73. Kopp. ad Mart. Cap. II, 159. p. 215. Tertull. de Anima 45. Apollod. I, 8, 2. Pausan. II, 21. 2. II, 23, 2. VI, 17, 4. Homer. Odyss. XV, 244 sqq. Pind. Nem. IX, 25. Olymp. VI, 14. Mueller Gesch. d. Hellen. Staemme I, p. 146. et p. 486. Cf. Grueneisen: Die Altgriech. Bronze des Tux'schen Kabinetts in Tübingen. (Stuttg. u. Tübing. 1835.). — *et Boetus Ampharaus* Agob. et ed. Gothofr. — *Delibanda enim non est* Agob. et ed. Gothofr. *Delibanda enim nunc est* ed. Rig. Recte. — *cuius* (sc. speciei) *suo loco ratio reddetur.* Gothofredus recte putat his verbis significari Apologetici capp. 22. et 23. ubi demonstrantur praestigiae magorum daemonum esse opera. Unde qui aliena vi aguntur non ipsi habendi sunt divini. *sepulchris regum vestrorum caelum infamatis.* V. de hac materia supra I, 10. De verbo *infamare* v. quae adnotavi ad Apolog. capp. 22. et 39. — *probatis quosque* Agob. et ed. Gothofr. *probatos quosque* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Mox Agob. *solacio* pro more. — *one ..... s contenti*

tes? at e contrario impios, *turpes* etiam pristinis humanae gloriae praemiis aufertis, decreta eorum *et titulos* lancinatis, imagines detrahitis, monetam repercutitis? Ille autem conspector omnium, comprobator, immo *largitor* bonorum, tantae indulgentiae suae ordinationem vulgo *prostituet*, et plus diligentiae atque iustitiae hominibus licebit in *distribuendis divinitatibus* sapere? Mundiores erunt regum et principum *comites quam* summi dei? Atquin horretis et aversamini va-

Agob. et ed. Gothofr. *honestatis*, *contenti* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox pro *peierantes* ed. Gothofr. *perierantes*. — *impios ... pes* Agob. et ed. Gothofr. *impios*, *turpes* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *etiam pristinis humanae gloriae praemiis aufertis* h. e. non solum non consecratis sed etiam pristinis principalis dignitatis atque splendoris praemiis privatis post mortem. Cuiusmodi praemia significet statim exponit, scilicet decreta, titulos, imagines. — *eorum ..... los lancinatis* Agob. et ed. Gothofr. *eorum et titulos lancinatis* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. De verbo *lancinare* cf. Stewech. ad Apul. Metam. IV, p. 298. ed. Oudend. et Intt. ad Amm. Marcellin. XIV, 7, 18. Arnob. I, 36. „coniugem membranatim *lancinatum*.“ II, 8. „credulitatem facetiis iocularibus *lancinare*“. II, 77. „quibus corpora *lancinatis* nostra.“ Adde Tertull. de Pall. 14. adv. Iud. 9. de Resurr. Carnis 8. adv. Marc. III, 13. De re narrata si exempla quaeris, adeas Ael. Lamprid. V. Commodi p. 52 sq. Iul. Capitol. V. Pertinacis p. 55. Ael. Lamprid. V. Heliogab. p. 105. ed. Salmas. De moneta Gothofredus haec adnotat „Notum inter regalia fuisse et hoc saeculo Caesarisque notam seu argumentum nummum eius imagine percuti. Quod ut aliunde notum, ita et de Albino memorat Herodianus [II, 15.], cum eum Severus Comitem sibi seu Caesarem adscivisset: *Ὁ δὲ Σεβῆρος καὶ πρὸς τὴν σύγκλητον τὰ αὐτὰ ἀνενεγκὼν (ὡς ἂν μᾶλλον αὐτὸν εἰς πίστιν ὑπαγάγοιτο) νομίσματά τε αὐτοῦ κοπῆναι ἐπέτρεψε καὶ ἀνδριάντων ἀναστάσεσι ταῖς τε λοιπαῖς τιμαῖς τὴν δοθεῖσαν χάριν ἐπιστώσατο.* Verum repercussa Albini istius moneta eo devicto, quod Tertullianum his nominatim indicare istorum temporum ratio et quae libro superiore cap. 17. memoravit argumento sunt.“ — *immo ..... tor* Agob. et ed. Gothofr. *immo largitor* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *vulgo pro .... et plus* Agob. et ed. Gothofr. *vulgo prostituet et plus* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *distribuend .... nitatibus* Agob. et ed. Gothofr. *distribuendis divinitatibus* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *comi ..... am* Agob. et ed. Gothofr. *comites quam* ed. Rig. ex coni. Gothofr. Quid, inquit, mundiores ipse deus

gos, exules, *opibus* debiles, *sordide* natos, inhoneste institutos, contra incestos, adulteros, raptores, parricidas etiam legibus *exornatis*. *Ridendum an irascendum* sit, tales deos credi quales homines esse non debeant? Sed enim in isto mythico genere, quod poetae ferunt, quam incerti agitis *circa* conscientiae pudorem et pudoris defensionem! Nam quotiens *misera vel* turpia vel atrocia deorum exprobramus, *allegatione poeticae licentiae* ut fabulosa defenditis, quotiens ultro siletur de eiusmodi poetica, *non* modo non *horretis,*

comites sibi adiunget quam sunt qui a vobis ei adiunguntur principum comites? In plano est significari hic Antinoum, de quo v. quae adnotavi ad Apolog. cap. 13. ad fin. — *exules . . . . . . s debiles* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *exules*, *mutilos*, *debiles*, quod non placet. Edidi ex mea coniectura: *exules*, *opibus debiles*. — *sorditos natos* Agob. et ed. Gothofr. *sordide natos* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *legibus exarandis* Agob. et ed. Gothofr. *legibus exerendis* ed. Rig. Dedi ex mea coni. *legibus exornatis*. Olim placebat *legibus exserentes*. Intellige leges quibus a senatu vel a successore mortui imperatores qui caelo dicarentur digni promulgabantur. (Cf. Plin. Paneg. 11. Suet. Caes. 88.) Initio capitis Mopsum Africanum et Amphiaraum Boeotium, qui oraculis suis et vaticiniis tueantur divinitatis suae famam, veluti perfunctorie praefatus, gentilium obiectioni, quinam mortalium potius in deos referendi si non illiusmodi, respondet ullos omnino non licere hominibus divinitati et caelo dicare mortuos, sed si cui, soli deo licere. Huius utique iudicium in seligendis sibi comitibus atque *παρέδροις* verum atque exactum, hominum contra sane debile et ineptum, qui dum partem non alia de causa horrent et aversantur quam quia sint vagi, exules, pauperes, sordide nati aut inhoneste instituti, alios, qui incesti, adulteri, raptores, parricidae, vel legibus caelo addicunt. — *Riden . . . . . rascendum* Agob. et ed. Gothofr. *Ridendum an irascendum* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox Agob. *myticho* pro *mythico*. — *agitis . . . . . conscientiae* Agob. et ed. Gothofr *agitis circa conscientiae* ed Rig. ex coni. Gothofredi. — *mise . . . . . turpia* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *misera vel turpia* ex coni. Gothofredi. — *allegationem poeti . . . . e ut fabulosa* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *allegationem poetices a limine ut fabulosa* quod non probo. Edidi mei ingenii periculo *allegatione poeticae licentiae ut fabulosa*. — *poetica? modo non erratis* Agob. et ed. Gothofr. (in qua tamen non comparet signum interrogationis. *poetica! Non modo non horretis* ed. Rig., qui

sed insuper honoratis atque in necessariis artibus habetis, denique per hanc initiatricem litteraturae ingenuitatis studia producitis. Criminatores deorum poetas eliminari Plato censuit, ipsum Homerum sane coronatum civitate pellendum. At cum *recipiatis* illos et retineatis, cur non credatis talia retexentibus de deis vestris? Igitur si creditis poetis, cur tales deos colitis? Si ideo colitis quia non creditis poetis, cur laudem mendacibus fertis nec cavetis ne offendatis eos quorum detractatores honoratis? Sane fides a poetis non exigenda. Nonne qui dicitis deos post mortem factos, homines confitemini ante mortem? Quid ergo novi, si qui homines fuerint humanis aut casibus aut criminibus aut fabulis polluuntur? Non creditis poetis, cum de relationibus eorum etiam sacra quaedam disposueritis? Cur rapitur sacerdos Cereris, *si non* tale Ceres passa est? Cur Saturno alieni liberi immolantur, si ille *suis*

etiam post *defenditis* posuit signum interrogationis. Poeticam dicit fabulas poeticas. — *denique per hanc.* Particula *denique* significat hic *atque adeo.* V. adnot. ad I, 4. Cf. I, 20. — *Plato.* V. Plat. Polit. III, p. 473. Cf. Minuc. Fel. Octav. 22. Augustin. Civ. Dei II, 14. Maxim. Tyr. Diss. VII, p. 463. ed. Reiske. — *At cum ecipiatis* Agob. et ed. Gothofr. *At cum excipiatis* ed. Rig. Dedi *At cum recipiatis* ex coni. Gothofredi. — *detractatores* Agob. *detrectatores* edd. Gothofr. Rig. Restitui genuinam vocabuli formam, de qua cf. Oudendorp. ad Suet. Caes. 54. Aug. 24. Cort. ad Sallust. Iug. 53. extr. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Illustr. 63, 4. Burm. ad Propert. II, 2, 11. Drakenb. ad Liv. XXXIV, 15. Gloss. Vet. in Ang. Mai Auctt. Class. tom. VI, p. 520. „*Detractat*, retractat, recusat“, ubi Ang. Mai adnotat eam formam usurpatam esse etiam Frontoni. Gloss. Latino-Graecum ap. Vulcan. p. 70. „*Detractans*, λοιδορῶν.“, et Onomast. apud eundem pag. 38. „*Detractores* (leg. *Detractatores*), ψίθυροι.“ Gloss. a me editum in Klotz et Iahn Archiv. a. 1847. p. 294. „*Detractasset*, *retussasset*“ (leg. *recusasset*) et p. 296. „*Detractat*, *resultat*, *provocat.*“ Cf. Lactant. de Mort. Persec. cap. 9. Similiter ap. Min. Felic. Octav. cap. 21. Cod. Paris. praebet *inbarbis* pro *inberbis* cap. 30. *infactas* pro *infectas*, cap. 21. *adsparsis* pro *adspersis*, ap. Symmach. Ep. VI., ultima *commandare* pro *commendare*, apud Vig. Aen. II, 719. *attractare* pro *attrectare*, apud alios *contractabilis*, *impartire*, *obaudire*, *circumsedere.* — *Cereris* ..... *tale* Agob. et ed. Gothofr. *Cereris*, *si non tale* ed. Rig. ex coni.

pepercit? Cur Idaeae masculus amputatur, si nullus illi *fastidiosior adolescens* libidinis frustratae dolore castratus est? Cur *Herculeum polluctum* mulieres *Lanuvinae* non gustant, si non mulierum causa *praeivit.* Mentiuntur sane poetae! sed non ideo quod talia gesserint *vestri dei, homines quando fuerint,* nec quod divinas adscripserint *foeditates divinitati,* cum interim vobis credibilius visum est deos *fuisse, sed* non tales, quam tales, sed non deos.

8. Superest gentile illud *genus* inter populos deorum, quos libidine sumptos, non pro *notitia* veritatis, docet pri-

Gothofredi. — *si ille ..... percit* Agob. et ed. Gothofr. *si ille suis pepercit* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. De re cf. Apolog. cap. 9. — *fastidiosi .... cens* Agob. et ed. Gothofr. *fastidiosior adolescens* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. De re cf. Arnob. adv. Natt. V, 6 sqq. et ibi Intt. Lactant. I, 17. Firm. Matern. de Err. Profan. Relig. cap. 3. Min Fel. Octav. cap. 21. Paulin. Nolan. Poema adv. Pag. v. 83. — *Hercule ..... luctum* Agob. et ed. Gothofr. *Herculeum polluctum* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox Agob. et ed. Gothofr. praebent *Lanuvie non gustat* pro *Lanuvinae non gustant.* — *p ...... Mentiuntur* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *praeivit. Mentiuntur.* Gothofredus coni. *prius fuit. Mentiuntur.* Macrob. Saturn. I, 12. „Unde et mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse, quia Herculi, cum boves Geryonis per agros Italiae duceret sitienti respondit mulier aquam se non posse praestare, quod feminarum deae celebraretur dies nec ex eo apparatu viris gustare fas esset; propter quod Hercules facturus sacrum detestatus est praesentiam feminarum, et Potitio ac Pinario sacrorum custodibus iussit, ne mulierem interesse permitterent.“ Cf. Plutarch. Quaest. Rom. 60. Gell. N. A. XI, 6. initio. Aurel. Vict. de Orig. G. R. cap. 6. — *gesserint .... homines quas defuerint* Agob. et edd Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *digesserint de deis, homines quam defuerint* quod non probo. Emendavi et edidi: *gesserint vestri dei, homines quando fuerint.* Mox Agob. *adscribserint* habet. — *fo ...... divinitatis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi ex mea coniectura: *foeditates divinitati.* — *deos fuis ..... non tales* Agob. et edd. Gothofr. *deos fuisse, sed non tales* ed. Rig. ex coni. Gothofredi.

8. — *illud ...... inter* Agob. et ed. Gothofr. *illud genus* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *non pron .... veritatis* Agob. et ed. Gothofr *non pro notitia veritatis* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. In seqq. pro *Deum ergo* Gothofredus mavult scribi *Deum*

vata notitia. Deum ergo existimo ubique *notum*, ubique praesentem, ubique dominantem, omnibus colendum, omnibus demerendum. At enim cum illi quoque, quos *totus* orbis communiter colit, excidant probationi verae divinitatis, quanto magis isti quos ne ipsi quidem municipes sui norunt? Nam quae idonea auctoritas praecucurrit eiusmodi theologiae quam etiam fama destituit? Quanti sunt qui norint *visu* vel *auditu* *Atargatim* Syrorum, Caelestem Afrorum, Varsutinam Maurorum, Obodan *et Dusarem* Arabum, Belenum Noricum, vel quos Varro ponit: Casiniensium Deluentinum, *Narniensium* Visidianum, *Atinensium Numiternum*, *Asculanorum An-*

ego. — *ubique* ...... *ubique* Agob. et ed. Gothofr. *ubique notum*, *ubique* ed. Rig. ex coni. Gothofredi qui adnotat: γϱ. *ubique notum*, quod exhibent fugientes litterae transversa tuentibus hirquis. Ipse olim putavi rescribendum: *ubique eundem*, *ubique.* — *quos totos* Agob. et ed. Gothofr. *quos totus* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *norint* (*norunt* ed. Gothofr. sed correct. in adnot.) *visum vel auditum etargatim* (*et Argatim* ed. Gothofr.) Agob. et ed. Gothofr. *norint visu vel auditu Atargatin* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. De Atargati vel Astarte dea Syrorum v. adnot. ad Apolog. cap. 24. Item de Caelesti dea Afrorum. Contra Varsutinae deae Maurorum nullibi praeterea fit mentio. — *obodanedussarem Arabum* Agob. teste et ipso Gothofredo in adnott., qui prius ediderat *Obodanedussirem Arabum.* In ed. Rig. extat *Obodan et Dusaren.* Deum Obodan una cum Dusare (de quo v. quae adnotavi ad Apolog. cap. 24.) Arabibus cultum testatur etiam Euseb. Praeparat. Evang. I, 7. Cf. Stephan. Byz. v. Ὄβοδα, χωϱίον Ναβαταίων. Οὐϱάνιος Ἀϱαβικῶν τετάϱτῳ. ὅπου Ὀβόδης ὁ βασιλεὺς, ὅν θεοποιοῦσι, τέθαπται. De Beleno Norico cf. adnot. ad Apolog. l. l. — *deietim. Narnensium* Agob. *Dei ... etim.: Narnensium* ed. Gothofr. (qui in adn. putat emendandum *Deiluetim Narnensium*). *Deluentinum*, *Narniensium* ed. Rig. Cf. Apolog. l. l. — *Athemensium Numentinum* ed. Gothofr. *Atheniensium Numentinum* ed. Rig. *Atheniensium Numertinum* Agob. teste et ipso Gothofr. in adnot., cuius emendationem *Aternensium Numertinum* probat etiam Cl. Merkelius in Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CLXXXVIII. Equidem edidi *Atinensium Numiternum* ex auctoritate inscriptionis alicuius Atina repertae et recensitae apud Bonaventuram Taulerum in Memorie storiche dell' antica Città d' Atina (Napoli 1702. 4.) et inde apud Murator. Corp. Inscr. 42, 5.: MARTI SIVE NVMITERNO || ACHILLES ET VLPIA NICE. || EIVS

chariam, et quam *praeverterim*, Vulsiniensium Nortiam, quorum ne nominum quidem dignitas humanis cognominibus distat? Satis rideo etiam *deos* decuriones cuiusque municipii, quibus honor intra muros suos *determinatur*. Haec libertas adoptandorum deorum quousque profecerit Aegyptiorum superstitiones docent, qui etiam bestias privatas colunt *spiritu* crocodilos et anguem suum. Parum est, si etiam hominem *consacrarunt*, illum dico quem non iam Aegyptus aut Graecia, verum totus orbis *colit et* Afri iurant, de cuius statu quid coniici potest apud nostras litteras *ut verisimile* videa-

D. D. D. ||. Cf. Orellius in Inscr. Latt. Ampliss. Coll. tom. I, p. 279. si Tertullianei loci meminisset, sane eam inscriptionem non inter eas habuisset quae dubiae fidei sint. — *Aesculanorum .. chariam* Agob. et ed. Gothofr. *Aesculanorum Anchariam* ed. Rig. ex coni. Gothofr. Cf. Apolog. cap. 24. — *et quam praeverint Vulsiniensium Nortiam* Agob. *et Quampraeverint: Vulsiniensium Nortiam* ed. Gothofr. *et Quampraeverim Vulsiniensium Nortiam* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. Nihili est *Quampraeveris* aliqua dea, quod vel nominis demonstrat monstrosa compositio. Emendavi et edidi: *et quam praeverterim, Vulsiniensium Nortiam.* Dicit se Nortiam, si quod aliud numen, aliquanto praevertere illis ignotioribus quorum nomina modo enumeraverit. Et erat sane illa non ignobilis dea, ut loci demonstrant quos attuli ad Apolog. l. l., licet solis Etruscis culta. — *d..s decuriones* Agob. *...s decuriones* ed. Gothofr. *deos decuriones* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Decuriones deos dicit municipales, cuiusmodi modo enumeravit. — *deter... atur* Agob. et ed. Gothofr. *determinatur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *privatas colunt . sp .... corcodrillos* ed. Gothofr. *privatas colunt sp .... corcodrillos* (*crocodilos* ed. Rig.) Agob. et ed. Rig. Gothofredus coni. *pr. c. et aspidem et crocodilos.* Edidi ex mea coniectura: *privatas colunt spiritu crocodilos.* De crocodilorum cultu apud Aegyptios v. Herodot. II, 69. de anguis Id. II, 72. et 74. — *consacra .... illum* Agob. et ed. Gothofr. *consecrarunt, illum* ed. Rig. Edidi: *consacrarunt, illum.* Cf. quae supra adnotavi ad II, 7. ad voc. *detractator.* Adde I, 12. initio et adnot. crit. ad Apolog. cap. 22. ad verba *eadem exsecramenti voce.*

totus orbis ...... Afrii (Afri ed. Rig.) *iurant* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi: *totus orbis colit et Afri iurant* ex coni. Gothofredi. Mox Agob. *conici* pro *coniici* pro vetere more scribendi composita verbi *iacio.* — *quid coniici potest.* De indicativo in oratione obliqua et interrogatione indirecta usurpato cf. ad I, 7. —

tur positum est. Nam Serapis iste quidam olim Ioseph *dictus fuit* de genere sanctorum. Iunior inter ceteros fratres, sed excelsior ingenio ab isdem fratribus per livorem venum in Aegyptum *datus serviebat in familia* regis Aegyptiorum Pharao. A regina minus pudica *desideratus, sed* quia non obsequebatur, e contrario ab eadem delatus a rege *in carcerem* datur. Illic somnia quibusdam non perperam interpretatus, vim spiritus sui ostendit. Interea rex quoque *somniat* terribilia quaedam. Illi *detractus quod convocatus erat* valuit exponere Ioseph, *experimenta* de carcere edocuit, somnium regi aperit: illos boves septem opimissimos *diffluentes* totidem annorum ubertatem significare, posteriores aeque septem *enectos* subsequentium septem annorum inopiam

litteras ..... risimile videatur Agob. et ed. Gothofr. *litteras ut verisimile videtur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Fortasse rescribendum: *litteras ut verisimile videbatur.* — *Iosef ...... fuit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *Ioseph dictus fuit* ex coni. Gothofredi. De Serapidis cum Iosepho mirifica apud Christianos confusione v. inprimis Firmic. Matern. de Errore Prof. Relig. cap. 13. Suid. s. v. Σάραπις., Paulin. Nolan. Natal. XI. Sti. Felicis v. 100. Ruffin. Hist. Eccl. II, 23. Est nempe Serapis vel Sarapis quasi Σαρᾶς ἄπο. — *excelsior .... ab isdem* (*iisdem* ed. Rig. male) Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *excelsior ingenio, ab isdem* ex verissima Gothofredi coniectura. Mox Agob. *liborem* pro *livorem.* — *datur servi .... lia* Agob. et ed. Gothofr. *datus serviebat in familia* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox Agob. constanter exhibet *Farao.* — *deside .... quia* (*ma* ed. Gothofr. sed correct. in adnot.) Agob. et ed. Gothofr. *desideratus sed quia* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *a rege .... datur* Agob. et ed. Gothofr. *a rege in carcerem datur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox Agob. *interpraetatus*, pro more. — *quaedam illi detractis quos convocaverat valuit* (ed. Rig. *voluit* ex coni. Gothofr.) *exponere. Iosef expedimenta* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi locum mendosissimum ita: *quaedam. Illi detractus quod convocatus erat valuit exponere Ioseph, experimenta.* Experimenta de carcere dicit somnia quibusdam in carcere feliciter exposita. Mox ed. Gothofr. mendose *bovem* pro *boves*, sed correct. in erratis. — *defluentes* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendandum erat *diffluentes.* — *aeque septem ineptos* Agob. et edd. Gothofr. Rig. mendose. Rescribendum erat *aeque septem enectos.* Cf. Apolog. cap. 14. „cum *enecta* et tabidosa et scabiosa

praedicare. *Ita quae suadet* de recondendis praesidiis in futuram famem de copia priore credidit rex; exitus rerum et prudentem et sanctum semper necessarium probavit. Itaque Pharao universae Aegypto et frumentandae et exinde curandae eum praefecit. Hunc Serapidem ex suggestu quo caput eius ornatum vocaverunt, cuius suggestus modialis figura frumentationis memoriam *obsignat, et curam* frugum super caput eius fuisse ipsis spicis quibus per ambitum notatur apparet. Propterea et canem quem *apud* inferos deputant sub dextera eius dicaverunt, quod sub manu eius *compressa cura* Aegyptiorum, et Phariam adiungunt, quam filiam regis Pharao

quaeque mactatis.“ *Enectus* appellatur is qui est macie confectus et prope mortuus. Cic. de Divin. II, 35. „avis fame *enecta* in offam pultis invadit. Id. Tuscul. I, 5. „Siti *enectus* Tantalus.“ Cf. Drakenb. ad Liv. II, 23, 3. Voc. *aeque* trahe ad *septem.* — *inopiam praedicare. Saepe itaque de recondendis* Agob. *inopiam: Praedicare saepe itaque de recondendis* ed. Gothofr. *inopiam. Praedicare itaque saepe de recondendis* ed. Rig. Emendavi: *inopiam praedicare. Ita quae suadet de recondendis*, apertissimo sensu. — *universae Aegypto et frumentandae* h. e. frumentis universae Aegypto conquirendis. Nove usurpatum *frumentari* transitive. — *Serapitem* Agob. et ed. Gothofr. *Serapidem* ed. Rig. — *cuius suggestus modialis figura.* De modio Serapidis capiti imposito v. Gerhard. Antike Bildwerke p. 25 sqq. cf. p. 28. — *obsignatura frugum* Agob. et ed. Gothofr. *obsignat et curam frugum* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. *super caput eius fuisse* h. e. ei mandatam fuisse. Locutio ex sanctis libris repetita. — *quem .... inferos* Agob. et ed. Gothofr. *quem apud inferos* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *quod sub manu eius compressatur Aegyptiorum* Agob. teste etiam Rigaltio, qui ex sua emendatione edidit: *quod sub manu eius compressatus Aegyptiorum.* In ed. Gothofr. legitur *quod sub manu eius ..... compressatur Aegyptiorum*, pro quo censet reponendum: *quod sub manu eius fames compressa tum Aegyptiorum.* Rigaltius emendationem suam commendans adnotat: „*Compressatum* dicit Tertullianus pro vexatione quae oppressura erat Aegyptum, ut habet latina versio Geneseos cap. 41. Sic in Scorpiaco cap. 3. „Manus erat super illos in mala et compressati sunt valde.“ Edidi ex mea emendatione: *quod sub manu eius compressa cura Aegyptiorum.* — *Fariam* Agob. et edd. Gothofr. et Rig. *Pharia* est Isis vel Aegyptia Ceres. Cf. Apolog. cap. 16. Intt. ad Minuc. Felic. Octav. cap. 21. — *quam filiam ..... Farao*

derivatio nominis esse demonstrat; nam et tunc Pharao inter cetera honorum et remunerationum filiam quoque in matrimonium ei dederat. Sed quia et feras et homines colere susceperant, *utramque faciem* in unum Anubin contulerunt, in quo naturae *condicionisque suae* potius argumenta videri *posset* consecrasse gens rixosa, suis *regibus* recontrans, in extraneis deiecta, sane et gula et spurcitia *canina insuper* etiam servi ipsa.

9. Haec secundum tripertitam dispositionem *Varronis* divinitatis aut notiora aut insigniora digessimus, ut possit

Agob. et ed. Gothofr. *quam filiam regis Farao* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *Farae ..... cetera* Agob. et ed. Gothofr. *Farao inter cetera* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. – *filiam quoque in matrimonium ei dederat.* In hac Iosephi historia enarranda non semel aberrat Tertullianus ab iis quae tradidit Moyses Genes. cap. 41. Ecce primum ait Iosephum a fratribus venditum servisse in familia regis Aegyptiorum Pharao, cum tamen in Potipharis familia servierit. Secundo ait a regina minus pudica desideratum seu compellatum de stupro Iosephum a rege in carcerem datum: atqui compellatus ab uxore Potipharis. Tertio ait Pharaonem ei filiam suam in matrimonium dedisse, cum tamen filiam Potipherai ei in matrimonium dederit. Aeque in libro adv. Iudaeos cap. 5. historia Abelis et Caini tractata indiligentius. — *ut .... ciem* Agob. et ed. Gothofr. *utramque faciem* ed. Rig. ex coni. Gothofr. *utramque faciem* sc. canis et hominis. — *condicionis .... potius* Agob. et ed. Gothofr. *condicionisque suae potius* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Paulo post pro *posset*, quae emendatio Rigaltii est, Agob. et ed. Gothofr. praebent *posse.* — *suis reg .... recontrans* Agob. et ed. Gothofr. *suis regibus recontrans* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Alexandrinos regibus suis seu principibus saepe fuisse infestos, plena historia Augusta. *Recontrans* dicit quod aetati suae proximi scriptores dixere *contrarians.* — *et spurcitia .... etiam servi ipsa.* Agob. et ed. Gothofr. qui explet *et spurcitia canina etiam serva ipsa.* Amplioris spatii lacunam in Cod. Agob. esse quam quo comprehendatur voc. *canina* probat etiam ed. Rig. Hinc reposui ex mea coniectura: *et spurcitia canina insuper etiam servi ipsa.* Gothofredus *canina* supplens haud inepte credit Tertullianum respicere cynocephalum Anubin. *ipsa* pro ablativo accipio. —

9. — *dispositionem .... divinitatis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *dispositionem Varronis divinitatis* ex coni.

iam videri satis responsum de physico genere, de poetico, de *gentili*. *Sed* quoniam omnis substitutio non iam philosophorum nec poetarum nec populorum, a quibus tradita est, sed dominantium Romanorum, a quibus occupata est, a quibus auctoritatem sibi extruxit, alia iam nobis ineunda est humani erroris latitudo, immo silva caedenda, quae undique conceptis superstitionum seminibus *vitii* pueritatem obumbravit. Sed et Romanorum deos Varro bifariam disposuit incertos et electos. Tantam vanitatem! Quid enim erat illis cum incertis, si certos habebant? nisi si Attico stupori recipere volue-

Gothofredi. — *ut possit .... satis* Agob. et ed. Gothofr. *ut possit videri iam satis* edidi ex coni. Gothofredi. Ed. Rig. habet *ut possit iam videri satis*. — *de gentibus. Et* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *de gentili. Sed*. — *substitutio*. Recte; vocabulum e ICtorum penu depromptum. Deum verum non agnoscentes Gentiles ei substituerunt mendacii deos. Gothofredus proposuit emendandum *superstitio*. Mox Agob. *filosophorum* pro more. — *a quibus occupata est a quibus auctoritatem* Agob. et ed. Gothofr. *a quibus occupata est*, *auctoritatem*, deletis verbis *a quibus* ante *auctoritatem*, ed. Rig., quae correctio non est probanda. — *vitiis pueritatem* Agob. et ed. Gothofr. *vitii pueritatem* ed. Rig. Voc. *pueritas* quamquam neque altero in Tertulliani scriptis loco, neque apud alios scriptores, neque in glossariis vetustis aut recentioribus reperitur, tamen cum sit legitime formatum, mutare nolui. — *bifariam disposuit*. Immo trifariam, certos, incertos, selectos. Hoc et aliorum testimonia et quae statim sequuntur docent. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 275.: Varro dicit deos alios esse qui ab initio certi et sempiterni sunt, alios qui immortales ex hominibus facti sunt: et de his ipsis alios esse privatos, alios communes: privatos, quos unaquaeque gens colit, ut nos Faunum, Thebani Amphiaraum, Lacedaemonii Tyndareum: communes, quos universi, ut Castorem, Pollucem, Liberum, Herculem. Cf. Merkel. in Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CXXXV sqq. Hinc puto in loco hoc Tertulliani esse rescribendum: *Sed et Romanorum deos Varro trifariam disposuit in certos, incertos et electos*. Facilis sane res erat librario verbis *in certos* sequenti vocabulo *incertos* absorptis pro *trifariam* scribere *bifariam*. — *Attico stupori* Agob. et ed. Gothofr. *Atticos stupores* ed. Rig. Gothofredus emend. *Attico stupore*. Sed bene stat vetus scriptura: dicit: nisi forte illos recipere voluerunt ut Atticum stuporem quandam referrent. De illa ara cf. Acta Sanct. XVII, 23. ibique Beza. Pausan. Attic. I, 1, 4. Cf. Diog.

runt. Nam et Athenis ara est inscripta: IGNOTIS DEIS. Colit ergo quis quod ignorat? Tum si *certos habebant*, contenti esse debuerunt, nec electos desiderare. In quo etiam *inreligiosi* deprehenduntur. Si enim dei ut *bulbi seliguntur*, qui non seliguntur, *improbi* pronuntiantur. Nos vero bifariam Romanorum deos *recognoscimus*, communes et proprios, id est quos cum omnibus habent et quos *ipsi* sunt commenti. Et numquid hi sunt publici et adventicii dicti? *Hoc enim* arae docent, adventiciorum ad fanum Carnae, publicorum in *Palatio;* quare communes dei *tam* physico quam in mythico *comprehenduntur*. Actum est iam de istis. Speciebus de propriis dicere *cum libet*, de Romanis stupeamus tertium illud

Laert. I, 110. Brodaei Miscell. II, 2. — *certo ..... ant* Agob. et ed. Gothofr. *certos habebant* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *inreli ..... deprehenduntur* Agob. et ed. Gothofr. *inreligiosi deprehenduntur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *ut vultis eliguntur* Agob. et ed. Gothofr. *ut bulbi seliguntur* ed. Rig. Recte. Ita emendandum esse ex loco Augustini de Civ. Dei VII, 1. iam Gothofredus indicaverat. — *seliguntur ..... bi pronuntiantur* Agob. et ed. Gothofr. *seliguntur*, *reprobi pronuntiantur* ed. Rig. ex propria coniectura. Gothofr. *restituit: seliguntur*, *improbi pronuntiantur* ex loco Augustini. Gloss. Graeco-Lat.: *Reprobus*, ἀδόκιμος. Ulpian. Dig. XIII, 7, 24. „*reprobos* nummos.“ Tertull. de Pudic. cap. 19. „*reproba* terra.“ Apolog. cap. 30. „*reprobi* bovis.“ — *recognosci .... communes* Agob. et ed. Gothofr. *recognoscimus, communes* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *quos .... sunt* Agob. et ed. Gothofr. *quos ipsi sunt* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *adventicii dicti? ...... m arae* Agob. et ed. Gothofr. *adventicii dicti? hoc enim arae* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Ambrosch. in libro Forschungen etc. p. 165. coni.: *adventicii dicti? siquidem arae.* — *in pa ..... Quare communes* Agob. et ed. Gothofr. *in Palatio. Quare cum communes* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. V. de hoc loco disputantem Ambrosch l. l. p. 165. 190. et contra eum Merkelium meum in Prolegg. ad Ovid. Fast. pag. CXCIV, sq. De Carna dea v. Macrob. Saturn. I, 12. Hartung. Relig. der Roemer II, p. 128. Merkel. l. l. — *quam physico* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Correxi *tam physico.* Idem error occurrit supra I, 10. Cf. I. Fred. Gronovii Observv. III, 12. Add. (ed. novae p. 262 sq.) — *compre ..... tur* Agob. et ed. Gothofr. *comprehendantur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Scripsi *comprehenduntur. Actum* sqq. Cod. Agob. interpunctionem secutus. — *dicere ...... et* Agob. et edd.

genus hostilium deorum *nexuisse*, eo quod nulla gens alia tantum sibi superstitionis invenerit. *Ceteros in* duas species dirigimus, alios de hominibus assumptos, alios *modo alio conceptos.* Igitur quoniam idem illis color suppetit consecrationis mortuorum, tanquam ob merita vitae, eandem et nos responsionem opponamus necesse est, neminem ex his quoque tanti fuisse. Patrem diligentem *Aenean* crediderunt, militem numquam gloriosum, lapide debilitatum; quod telum quantum vulgare, atque caninum, tanto ignobile vulnus! Sed et proditor patriae Aeneas invenitur, tam Aeneas quam Antenor. Ac si hoc verum nolunt, *Aeneas* certe patria *flagrante* de-

Gothofr. Rig. *dicere attinet* coni. Gothofredus. Restitui *cum libet* et punctum collocavi ante voc. *Speciebus*, cum in edd. Gothofr. et Rig. incisum sit post *speciebus.* — *deorum* ...... *se* Agob. et ed. Gothofr. *deorum* ...... *e* ed. Rig. Recepi coniecturam Gothofredi *deorum nexuisse.* Vestigia enim litterarum *xuisse* deprehendere sibi visus erat princeps editor. Hostiles dei sunt numina victarum urbium et provinciarum. Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 25. Tertull. Apolog. cap. 25. ad Natt. II, 17. — *invenerit* .... *duas* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Recepi Gothofredi coniecturam *invenerit. Ceteros in duas.* Propriorum igitur deorum Varro tres species statuerat unum hostilium, alterum eorum qui de hominibus in caelum assumpti, alios qui alio modo concepti. De diis communibus et propriis ex partitione Varronis adeas, si placet, subtiliter disputantem pro more Merkelium in Prologg. ad Ovid. Fast. p. CXCV sqq. — *alios m̃* .... *s* Agob. *alios in* .. *conceptos* ed. Gothofr. *alios inde conceptos* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Pro magnitudine spatii situ obesarum in Cod. Agobardino litterarum conieci et edidi: *alios modo alio conceptos.* — *Aenea crediderunt* Agob. et ed. Gothofr. *Aenean crediderunt* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *lapide debilitatum.* V. Homer. Il. V, 300 sqq. — *quantum* —— *tanto.* De ellipsi comparativi *magis* aliis in locis iam dixi. *quantum* est pro *in quantum.* — *Aenea certe* Agob. et ed. Gothofr. *Aeneas certe* ed. Rig. Forma nominativi *Aenea* probari posset ex auctoritate Varronis apud Charis. I, p. 50. Cf. Quinctilian. I, 9. Paulo post Agob. praebet: *fraglante dereliquid.* De transmutatione *fraglare* pro *flagrare* cf. Ang. Maium in Ind. Orthograph. addito ad calcem Epp. Corn. Frontonis p. 412. Eadem verbi forma, ut in aliis vett. membranis, ita saepius deprehenditur etiam in vet. Cod. Parisino illo qui continet libros Arnobii adversus Nationes et Min. Felicis Octavium. Adde Quinctil. I, 5.

reliquit socios, feminae Punicae subiiciendus quae maritum Hasdrubalem Aeneae *timiditate sic* supplicantem hosti non *comitata* raptis secum filiis formam et patrem sibi habere non in fugam sapit, sed in ignes ardentes Charthaginis ut in amplexus patriae pereuntis incubuit. Pius Aeneas ob unicum puerum et decrepitum senem Priamo et Astyanacte destitutis? Atquin Romanis magis *detestandus*, qui pro salute principum et domus eorum adversus liberos et coniuges et *omne* pignus suum deierant. *Consecrant* filium Veneris, et hoc Volcanus *sciens patitur* et Iuno concedit. *Filii si pietate* parentum in caelo sedent, cur non potius Argivi iuvenes dei habiti, quod matrem, ne in sacris *piaculum* committeret, plus quam humano more iugales provexerunt? cur non magis dea quae magis pia, illa filia patris in carcere fame defecti uberibus

— *feminae Punicae subiiciendus.* V. de hac narratiuncula quos citavi supra ad I, 18. *subiiciendus* h. e. posthabendus. — *timiditatē* (*timiditatem* ed. Gothofr.) *his supplicantem* Agob. et ed. Gothofr. *timiditate supplicantem* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Reposui ex mea coniectura: *timiditate sic supplicantem.* — *comitatu* Agob. et ed. Gothofr. *comitata* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *formam et patrem sibi habere* h. e. corporis formam et pulchritudinem et generis nobilitatem sibi non in fugam esse datas memor fuit. Pro *sapit* Gothofredus maluit *sapuit* vel *sapivit*, quod non opus est. — *in ignes ardentes* Agob. et ed. Gothofr. *in ignes ardentis* ed. Rig. Retinui vulgatam. — *Atquin* h. e. quinimmo. V. anot. ad I, 6. Cf. I, 7. 10. 15. II, 7. — *detestan* ... *qui* Agob. et ed. Gothofr. *detestandus qui* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *et o* ... *pignus* Agob. et ed. Gothofr. *et omne pignus* ed. Rig. ex coni. Gothofr. — *Consecrat* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *Consecrant.* *scien* ... *titur* Agob. et ed. Gothofr. *sciens patitur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *si bisepte parentum* Agob. et ed. Gothofr. *Si veredi parentum* ed. Rig. Corruptissimum locum sic emendo atque restituo: *filii* (vel *fili*) *si pietate parentum* sqq. Verba *filii si* perquam facile potuisse corrumpi in *si bise* apparebit, si litterarum ductus diligentius examinaveris, character vero *pte* compendium est vocabuli *pietate.* In seqq. pro *piaculum* Agob. mendose praebet *piculum.* — *Argivi iuvenes.* Cleobis et Biton. V. Herodot. I, 31. Pausan. II, 20. Cic. Tuscul. I, 47. Valer. Maxim. V, 4 ext. 4. Stob. Serm. 169. Serv. et Philargyr. ad Virgil.

suis *educatrix?* Quid aliud Aeneae gloriosum, nisi quod proelio Laurentino nusquam comparuit? Rursus forsitan solito more quasi desertor e proelio fugerit. Romulus aeque post mortem deus. Si quia urbem condidit? *Cur non* alii usque in feminas urbium auctores? Sane Romulus et fratrem interfecit et alienas virgines dolo rapuit. Ideo deus, ideo Quirinus *est, quia* tunc parentibus *quiritatum* est per illum. Quid Sterculus meruit ad divinitatem? si agros stercoribus iuvando diligens fuit, plus fimi Augias conferebat. Si Faunus Pici filius in ius agitabatur mente ictus, curari eum magis quam consecrari decebat. Si Fauni filia pudicitia praecellebat, ut ne conversaretur quidem inter viros, aut barbaria aut conscientia deformitatis aut rubore insaniae paternae, quanto dignior Bona Dea Penelopa, quae inter tot vilissimos amatores diversata obsessam castitatem tenere protexit? Est et Sanctus propter hospitalitatem a rege Plotio fanum consecu-

Georg. III. 532. — *educ ..... Quid aliud* Agob. et ed. Gothofr. *educatrix? Quid aliud* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Perus, Cimonis filiae, nobilissimum hoc pietatis facinus tradit Valer. Maxim. V, 4. ext. 1. — *condidit .... alii* Agob. et ed. Gothofr. *condidit, deus; et alii* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Malui mei ingenii periculo edere: *condidit? Cur non alii.* Particula *si* in praegressis erat pro *an*, ut saepe. — *Quirinus .... tunc* Agob. et ed. Gothofr. *Quirinus est, quia tunc* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. In seqq. pro *quiritatum* in Agob. et ed. Gothofr. legitur *queritatum.* — *Sterculus* Agob. et ed. Rig. *Sterculinus* ed. Gothofr. V. de hoc nomine Apolog. cap. 25. Mox pro *Augias* in Agob. et ed. Gothofr. est *Augeas.* — *in ius agitabatur.* Contra ius fasque. (Rig.). Mox Agob. *ruborae insaniae.* De Bona dea cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 314. Macrob. Saturn. I, 12. Cic. de Harusp. Resp. 17. Varro ap. Lactant. I, 22, 9. Ovid. Fast. V, 148. Intt. ad Iuvenal. Sat. VI, 429. Plutarch. Quaest. Rom. 20. Dio Cass. XXXVII, 45. Hartung. Relig. der Römer II, 191. Intt. ad Arnob. I, 36. et ad V, 18. Klausen Aen. II, 849 sqq. Merkel Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CCIV. — *tenere protexit.* Neque enim parem laudem meret quae inter viros usque conversando eorum petulantiam prudenter vitare scit quam quae illos subinde ipsos vitat. Pro *tenere* interim mallem *tenaciter* vel *tenore*, nisi forte *tenere* est infinitivus cum *protexit* similiter structus, uti aliis locis infinitivi cum verbis *habere* et *tenere.* Cf. supra ad II, 2. et 4. — *Sanctus* Agob. et edd. Gothofr. Rig.

tus: potuit et Vlixes de humanissimo Alcinoo unum amplius deum vobis contulisse.

10. Ad foediora festino. Non puduit auctores vestros de *Larentina* palam facere. Scortum haec *meritorium* fuit, sive dum Romuli nutrix et ideo lupa quia scortum, sive dum Herculis amica est, et iam mortui Herculis, id est iam dei. Nam ferunt aedituum eius solum forte in *aede* calculis ludentem ut sibi collusorem, quem non habebat, repraesentaret, una manu Herculis nomine, alia ex sua persona lusum inisse, si ipse vicisset, coenulam et *scortulum* ex *stipibus* Herculis sumeret, si vero Hercules, id est manus altera, eadem Herculi exhiberet. Vicit manus Herculis. Id quoque potuit duodecim titulis eius adscribi. Aedituus coenam Herculi dependit, scortum Larentinam conducit: coenat ignis, qui *solvit* ipsius Herculis *corpus, et omnia* ara consumpsit. Larentina in aede

De Sanco vel Sancto (Augustin. C. D. XVIII, 19.) v. Ovid. Fast. VI, 213 sqq. Liv. VIII, 20. XXXII, 1. Sil. Ital. VIII, 422 sqq. Propert. IV, 9, 71 sqq. Hartung Relig. der Römer II, 44 sqq. Merkel Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CCIX sq. Orelli Inscrr. Vol. I, p. 302. nro. 1547 et 1548. De rege Plotio memoria tacet. — *Alcinio* Agob. et ed. Gothofr. *Alcinoo* ed. Rig. Cf. —

10. — *Laren .... palam* Agob. et ed. Gothofr. *Larentina palam* ed. Rig. Cf. Apolog. capp. 13. et 25. In seqq. post *scortum* punctum comparet in Agob. et ed. Gothofr. Perperam. — *meritorum* Agob. et ed. Gothofr. *meritorium* ed. Rig. Mox *etiam mortui* ed. Gothofr. — *in ae calculis* Agob. et ed. Gothofr. mendose *in aede calculis* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Rem narrant praeterea Plutarch. Quaestt. Rom. 35. Macrob. Saturnal. I, 10. Augustin. de Civ. Dei VI, 7. — *conclusorem* ed. Gothofr. — *cenulam et ... rtulum ex stipitibus* Agob. et ed. Gothofr. *coenulam et scortulum ex stipitibus* ed. Rig. Emendavi *coenulam et scortulum de stipibus*. Idem error erat supra I, 10. — *dependit ..... m* Agob. et ed. Gothofr. *dependit, scortum* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *qui solet ipsius* Agob. *qui Sol et ipsius* ed. Gothofr. et Rig. Restituendum puto *qui solvit ipsius* vel *qui olet ipsius* vel etiam *qui dolet ipsius*. Gothofredi emendatio nititur testimonio Macrobii Saturn. I, 20. ubi traditur Sol cum Hercule idem esse. — *co .... mnia* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni.: *comes. Omnia.* Dedi ex mea coniectura: *corpus, et omnia.* Significatur Oetaeus rogus. — *dormit .... de lenonio* (*lenonis* ed.

sola dormit *et mulier* de lenonio ludo iactitat se somniis *Herculi iunctam*, et *potuit*, *dum animo* contemplatur, somnio pati. Eam de aede *progredientem* mane primo quidam adulescens, tertius quod aiunt Hercules, concupiscit, ad se *invitat; illa obsequitur, memor commodo fore* id dictum sibi ab Hercule, utique *impetrat ut legitimo connubio commiscean-*

Gothofr. vitiose, sed in erratis correctum) Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. ex vestigiis evanescentis scripturae: *dormit*, *mulier de lenonio*. — *Herculis functam* Agob. et ed. Gothofr. *Herculi functam* Rig. ex emend. Gothofredi, qui *fungi* hic putat esse pro apparere, se supponere. Puto scribendum *Herculis vi functam* vel *Herculi iunctam*. Mox pro *contemplatur* maluerim *contemplabatur* — *et po .... animo* Agob. Verbum *pati* saepissime usurpari in re turpi lexica docent. et ed. Gothofr. *et potuit dum animo* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *progredi ..... mane* Agob. et ed. Gothofr. *progredientem mane* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox *adulescens* scripsi auctoritate Agobardini. — *tertius quod aiunt Hercules*. Primus Hercules erat cum quo sibi visa coire vel certe iactitabat Larentina, alter aedituus Herculis vicibus functus. Ceterum videtur hic respici notum illud Graecorum: *Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς.*, proverbium ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶν καὶ *κραταιῶν*, ut inquit Diogenianus I, 63., usurpari solitum. V. Paroemiogr. Gr. ed. Gaisford. (Oxon. 1836.) p. 6, 46. et p. 161, 63., ubi citantur Plutarch. Thes. tom. I, p. 14 sq. et Eustath. ad Il. V, p. 589, 41. Cf. M. Terentii Varronis Satur. Menipp. Reliqu. ed. Oehler p. 93 sq. — *ad se .... id dictum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *ad se compellat: Larentia obsequitur*, *nempe id dictum*. Malui: *ad se invitat*, *illa obsequitur*, *memor commodo fore id*. — *utique .... centaur* (*ceantur* ed. Gothofr. per vitium typographi repetitum etiam in ed. Rig.) Agob. Gothofredus supplet: *utique et legitimo connubio commiscentur*. Malui: *utique impetrat ut legitimo connubio commisceantur*. Macrob. Saturn. I. I. „victore itaque Hercule illum Accam Larentiam per id tempus nobilissimum scortum intra aedem inclusisse cum coena, eamque postero die distulisse rumorem quod post concubitum dei accepisset munus; nec commodum primae occasionis, cum se domum reciperet, offerendae aspernaretur. Evenisse itaque ut egressa templo mox a Carutio capto eius pulchritudine compellaretur, cuius voluntatem secuta assumptaque nuptiis post obitum viri omnium bonorum eius facta compos cum

sceantur (non enim impune *licuit cum dei scorto rem habuisse*); *coniux heredem* quoque scribit. Mox illa *prope mortem populo Romano legavit quae* per Herculem fuerat insecuta, agrum *satis amplum unde quaesivit sibi* divinitatem et filiabus suis, quas *et* ipsas *heredes instituere noluit.* Divina Larentina Romanorum numina *dignitate aucta; nempe sola* de tot uxoribus Herculis cara, sola enim dives *longeque adeo felicior* Cerere, quae mortuo placuit. Tot exemplis et *nominibus apud vos* quis non deus affirmari potuit? Quis denique Antinoo *controversiam divinitatis* agitavit, quod

decederet populum Romanum nuncupavit heredem." — *licui* .... *dem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *licuisset lupari. Inde Larentinam et heredem.* Ipse malui: *licuit cum dei scorto rem habuisse; coniux heredem.* — *Mox illa prop* .... *per Herculem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *Mox illa prope mortem Populo Romano reliquit quae per Herculem*, quem secutus sum, nisi quod *legavit* dedi pro *reliquit.* — *agrum* .... *divinitatem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *agrum Turacem, Semurium, Lutirium, Solinium. Hinc quaesivit divinitatem.* Cf. Macrob. Saturn. I. I. Malui edere: *agrum satis amplum, unde quaesivit sibi divinitatem.* — *quas ut ipsas h* .... *divina* (edd. Gothofr. Rig. *dium a*) *Larentina* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *quas ut ipsas heredes instituere debuit divina Larentina.* Dedi ex mea coniectura: *quas et ipsas heredes instituere noluit. Divina Larentina.* — *digni* .... *lade tot* (*sola de tot* ed. Rig.) Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *dignitate eius aucta. Nempe sola de tot*, quem fere secutus sum. — *dives* .... *or Cerere* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi Gothofredi supplementum. Ceres pro Proserpina, uti iam supra II, 7. *Mortuum* appellat Ditem patrem, mortuorum regem. — *et vo* ... . *quis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *et votis totius populi quis*, quod non placet. Malui: *et nominibus apud vos quis.* Exempla dicit quae modo attulit, scilicet de consecratione Aeneae, Romuli, Larentinae, aliorum, *nomina* sunt tituli, causae, rationes. — *Quis denique* h. e. ut uno exemplo fungar, de qua particulae *denique* significatione et usu dixi ad I, 5. Cf. Apolog. cap. I. ad Natt. I, 10. II, 4. — *contro* .... *nitatis* Agob. et ed. Gothofr. *controversiam divinitatis* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Sensus: Nihil curat vestra religio,

decorior Ganymedes aut carior suo amatori? *Patet* apud vos mortuis caelum; viam ab inferis ad astra subigitis. *Passim et scorta* ascendunt, ne multum putetis vos praestare regibus vestris.

11. Non contenti eos deos asseverare qui visi retro, auditi contrectatique sunt, *quorum* effigies descriptae, negotia digesta, memoria *propagata, umbras nescio* quas incorporales, inanimales et nomina de rebus efflagitant *caelo et* sanciunt, dividentes omnem statum hominis singulis *potestatibus ab ipso* quidem uteri conceptu, ut sit deus Consevius quidam, qui consationibus concubitalibus praesit, et

utrum aliquis deus sit factus per Iovem, an per hominem, dum modo sit exoletus uterque. Fortasse tamen rectius ita erit emendandum et distinguendum: *Quis denique Antinoo controversiam divinitatis agitavit? Quo decorior Ganymedes aut carior suo amatori?* De Antinoo cf. adnot. ad Apolog. cap. 13. fin. — *amatori ..... apud vos* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni.: *amatori? Igitur apud vos.* Recepi coniecturam Haverkampii propositam in adnott. ad Apolog. cap. 13. p. 136. — *Pass .... ta ascendunt* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *Passim alii ita ascendunt.* Male. Haverkamp. ad Apolog. l. l. supplet ita: *Passim ita Catamiti ascendunt.* Malui mei ingenii periculo edere: *Passim et scorta ascendunt.* — *regibus vestris* sc. dum eos conseccratis et caelo dicatis. —

11. — *Non contenti* Agob et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus suspicatus in Cod. Agobardi hic aliquid excidisse vult scribi: *Nec Romani contenti.* Sed nihil desideratur, et verba *Non contenti* clare in vetere libro leguntur. Ceterum cf. cum hoc capite quae profert Augustinus de Civ. Dei IV, 20. et 21. et VI, 9. — *retro* h. e. antea. V. Apolog. capp. 1. 4. 7. ad Natt. II, 1. — *sunt ...... effigies* Agob. et ed. Gothofr. *sunt, quorum effigies* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *negotia digesta* h. e. narrata. Cf. adnot. ad I, 11. II, 1. Mox pro *propagata* Agob. vitiose habet *propagate.* — *umbras ..... quas* (*quasi* ed. Gothofr. vitiose, sed in erratis correctum) Agob. et ed. Gothofr., qui coni.: *umbras aliquas.* In ed. Rig. extat *umbras nescio quas* — *efflagitant .... sanciunt* Agob. et ed. Gothofr., qui coni.: *et numina de rebus efflagitant deosque sanciunt,* quam suppletionem recepit in suam editionem Rigaltius, sed retento *nomina* ex Cod. Agob. fide et auctoritate. Ego edidi ex mea coniectura: *et nomina de rebus efflagitant caelo et sanciunt.* — *potestat .... so quidem uteris* Agob. et ed. Gothofr. *potestatibus ab ipso quidem uteri* ed. Rig. ex coni.

Fluviona, quae infantem in utero *retineat, hinc* Vitumnus et Sentinus, per quem viviscat infans et sentiat *primum, de*hinc Diespiter, qui puerum perducat ad partum. Cum *primum pariebant* et Candelifera, quoniam ad candelae lumina pariebant, et quae *aliae deae sunt ab officiis partus* dictae. Perverse natos *iuvaudi Postvertae, recte vero* Prosae Car-

Gothofredi. — *Consevius.* V. Macrob. Saturn. I, 9. — *Fluviona* Agob. teste et Hildebrando ad Arnob. III, 30. (quem vide de scribendo hoc nomine) *Fluvionia* ed. Gothofr. Rig. De hac dea cf. praeter Hildebr. l. l. Augustin. C. D. VII, 2. Martian. Cap. II, 149. Kopp. Festus p. 69.: „Fluoniam Iunonem mulieres colebant, quod eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putabant.“ — *in utero* .... *hinc* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *in utero retinebat, hinc* coni. Gothofr. *in utero nutriat, hinc* coni. Merkel. in Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CLXXXVI. Edidi: *quae infantem in utero retineat, hinc.* — *Vitumnus et Sentinus.* V. Augustin. de Civ. Dei VII, 2. et 3. — *sentiat* .... *dehinc* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *sentiat primum, dehinc* ex coni. Gothofredi. — *Diespiter.* V. Augustin. de Civ. Dei IV, 11. — *Cum prin* .... *et Candelifera* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *Cum primum pariebant et Candelifera* ex coni. Gothofredi. — *et quae* .... *us dictae* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus explet: *et quae alias parturientium praeesse nixibus dictae.* Malui edere: *et quae aliae deae sunt ab officiis partus dictae.* Quaenam deae significentur disces ex locis Tertulliani de Anima cap. 37. „superstitio Romana deam finxit *Alemonam*, alendi in utero foetus, et *Nonam* et *Decimam*, a sollicitioribus mensibus, et *Partulam*, quae partum gubernet, et *Lucinam*, quae producat in lucem.“ (Cf. Gell. N. A. III, 16.) Augustini de Civ. Dei IV, 11. „Ipse sit nomine Liberi virorum seminibus, et nomine Liberae feminarum. Ipse sit Diespiter, qui partum perducat ad diem. Ipse sit dea *Mena*, quam praefecerunt menstruis feminarum. Ipse *Lucina*, quae a parturientibus invocetur. Ipse opem ferat nascentibus, excipiens eos sinu terrae et vocetur *Opis*.“ Cf. Varro ap. Non. p. 57. *Enixae* dicuntur feminae nitendi hoc est conandi et dolendi labore perfunctae a *Nixis* quae religionum genera parientibus praesunt.“ Festus: *Nixi Dii* apellantur tria signa in Capitolio ante cellam Minervae, genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus“ sqq. ad quem locum v. Intt. Cf. Gierig et Iahn ad Ovid. Metam. IX, 294. Adv. Turnebi Adverss. XXIX, 19. — *Perverse* (*Perversae* Agob.) *natos* .... *ro* (*to* ed. Rig.) *Prosae* (*prose* Agob.) Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus sup-

mentis esse *provinciam voluerunt.* ***Dictus*** et ab effatu Farinus et aliis a *loquendo Locutius.* *Adest oculum gravem* ad cavendum sumministrat*que quietem Cunina, est educatrix*

plet: *Perverse nato partu Postvertae, recto Varro Prosae.* Edidi ex mea coniectura: *Perverse natos iuvandi Postvertae, recte vero Prosae.* Ad *recte* supple *natos.* De Carmentis Gell. N. A. XVI, 16. „Esse autem pueros in utero Varro dicit capite infimo nisos sursum pedibus elatis, non ut hominis natura est, sed ut arboris. Nam pedes cruraque arboris appellat ramos, caput stirpem et caudicem. Quando igitur inquit, contra naturam forte conversi in pedes bracchiis plerumque diductis retineri solent aegriusque tunc mulieres enituntur, huius periculi deprecandi gratia arae statutae sunt Romae duabus *Carmentibus*, quarum altera *Postverta* cognominata est, *Prorsa* altera, recti perversique partus et potestate et nomine.“ Cf. Augustin. de Civ. Dei IV, 11. Macrob. Saturn. I, 7. (qui appellat *Porrimam* sive *Antevortam* et *Postvortam*). Ovid. Fast. I, 633 sqq. Charis. II, p. 190 sq. ed. Putsch. Böttiger Kl. Schriften I, p. 89 sq. adn. Hartung Relig. der Römer II, p. 199. Merkel in Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CCX sqq. Orelli Inscr. Latt. I, p. 288. nro. 1415. — *provin* .... *et ab effatu Farinus* (*Farmus* edd. Gothofr. Rig.) Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *provinciam quoque scribit et ab effatu Farmus.* Malui: *provinciam voluerunt. Dictus et ab effatu Farinus.* Deus *Fabulinus* memoratur in fragm. Varronis ap. Non. p. 532. Merc. „ali Statilino et Statano, quorum nomina habent scripta pontifices. *Sic cum primo fari incipiebant, sacrificabant divo Fabulino.*“ — *et aliis a lo* .... *uem ad cavendum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *et aliis a loquendo Locutius: sed et Veiovem ad cavendum*, quod non placet. Hinc supplevi et edidi: *et alius a loquendo Locutius. Adest oculum gravem ad cavendum.* De Locutio v. Varro apud Gell. N. A. XVI, 17. Intt. ad Cic. de Divin. I, 45. et II, 32. Hartung Relig. der Römer II, p. 184. Intt. ad Arnob. adv. Natt. I, 28. — *sumministrat* .... *rix et Albana et una Runcinia.* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus explet: *sumministrat. Est et Cunina cunarum tutrix et Levana et una Rumina.* Malui: *sumministratque quietem Cunina, est educatrix et Levana et una Rumina.* Pro *quietem* posses etiam *tutelam* vel *tutamen.* Oculum *gravem* dicit fascinum. Lactant. I, 20. „*et Cunina quae infantes in cunis tuetur et fascinum submovet.*“ De *Levana* et *Rumina* cf. Augustin. de Civ. Dei IV, 11. „Ipse levet de terra et vocetur dea *Levana*, ipse cunas tueatur et vocetur dea *Cunina* — — — In diva *Rumina* mammam parvulo immulgeat, quia rumam veteres

et *Levana* et una *Rumina*. Mirum *alvi sordibus deos* non esse provisos. Exinde et primi cibi *sumendi potionisque capiendae* Potina et Edula, et statuendi infantis *Statina*. *Ab adeundo Adeona, ab abeundo* Abeona *est;* Domiducam

dixerunt mammam.“ Cf. Varro ap. Non. p. 167. Merc. *Runciniae* vel *Runcinae* alicuius deae hic locus nullus est; aliud enim eius erat negotium, ut testantur Augustini de Civ. Dei IV, 8. verba: „praefecerunt — — cum runcantur sc. frumenta), id est a terra auferuntur deam *Runcinam*.“ — *Mirum* .... *non esse provisos.* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *Mirum infantum sordibus eluendis deos non esse provisos.* Pro spatio lacunae malui edere: *Mirum alvi sordibus deos non esse provisos.* — *cibi sum* .... *Potina et Edula* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni.: *cibi sumendi et potionis ministrandae Potina et Edula.* August. de Civ. Dei IV, 11. „In diva *Potina* potionem ministret, in diva *Edulica* (Codd. Vett.: *Educa*) escam praebeat.“ Id. IV, 36. „sine *Educa* et *Potica* escam potumque sumpserunt.“ Id. VI, 9. „Si duas quisquam nutrices adhiberet infanti, quarum una nihil nisi escam, altera nihil nisi potum daret, sicut isti ad hoc duas adhibuerunt deas *Educam* et *Potinam*“ sqq. Donat. in Terent. Phorm. I, 1, 11. „Apud Varronem legitur initiari pueros *Educae* et *Poticae* et *Cubae*, divis edendi et potandi et cubandi, ut primum a lacte et a cunis transferuntur.“ Varro apud Non. p. 108. Merc. „cum pro cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus *Aedusae* (vulg.: *Edusae*), a potina (alii: *a potione*) *Pontinae* (vulg.: *Potinae*) nutrici (alii: *nutrices*). Arnob. adv. Natt. III, 25. „*Victa* et *Potua* (Cod. Paris.: *Vita* et *Potua*) sanctissimae victui potuique praesunt.“, ad quem locum monui cum Meursio corrigendum esse: *Vica* et *Pota*. Nullam enim fidem habere potest locus interpolatus Cic. de Legg. II, 11., ubi nomina harum dearum a vincendo et potiundo derivantur. Neque ex Livii II, 7. (ubi cf. Drakenb. adn.) aut Plutarchi Val. Poplic. 10. locis ullo modo potest evinci bellicas deas fuisse *Vicam* et *Potam* sive *Vicam Potam*, ut fere appellabantur, quippe uno sacello iunctae ideoque tamquam in unum numen conflatae. Immo sunt eaedem cum illis quae apud alios passim *Edusa* vel *Educa* vel *Edula* et *Potina* vel *Potua* vel *Potica* dicuntur atque hinc explicandus est etiam locus Senecae Apocolocynth. p. 960. (826. ed. Lips.), ubi Diespiter Vicae Potae filius appellatur. — *Sta* .... *do Abeona et* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplevit: *Statilina, ab adeundo et abeundo Adeona et Abeona et.* Malui:

et habent, ***et deam Mentem, quae faciat mentem bonam aeque*** et malam. Item voluntatis Volumnum ***Voletamque; habent et Paventinam*** pavoris, spei ***Veniliam,*** voluptatis Volupiam, ***praestantiae*** Praestitiam, aeque ab actu Perage-

Statina. Ab adeundo Adeona, ab abeundo Abeona est. De *Statina* dea ipse Tertullianus altero loco de Anima cap. 39. „dum prima etiam constitutio infantis super terram. *Statinae* deae sacrum est." *Statilinae* nusquam apud veteres scriptores mentio fit, ni forte eius nomen lateat in loco Tertulliani modo indicato ex libro de Anima, ubi Cod. Agob. vetustissimus ille exhibet *statimae deae,* ed. pr. *statim Aedeae* pro vulg. *Statinae deae.* Masculum numen probant ex Varrone Augustin. de Civ. Dei IV, 21.: „commendare — — — deo *Statilino* stantes, deae *Adeonae* adeuntes, *Abeonae* abeuntes.", (Cf. August. Civ. Dei VII, 3.) et Nonius p. 532. Merc. „*Statilinum* et *Statanum* et Fabolinum praesidis (leg. *praesides*) deos Varro Cato vel de Liberis Educandis puerilitatis affirmat: *ali Statano et Statilino quorum nomina habent scribta pontifices. Sic cum primo fari incipiebant, sacrificabant divo Fabulino.*" — *Domiducam et habent Edeam .... ae et malam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus explet: *Domiducam habent deam et bonam Mentem bonae, malae et malam.* Malui: *Domiducam et habent, et deam Mentem quae faciat mentem bonam aeque et malam.* Augustin. Civ. Dei IV, 21. „commendare — — — deae *Menti* ut bonam haberent mentem." Id. VII, 3. „Ibidem posuerunt et *Mentem* deam, quae faciat pueris bonam mentem." Praeterea v. Ovid. Fast. VI, 245. Liv. XXIII, 31. (Plut. de Fortitud. Rom. 5.) Orelli Inscrr. II, p. 392. 411. et I, nro. 1818 sqq. De Domiduca cf. Augustin. Civ. Dei VII, 3. „Ponitur autem Iuno, quia Iterduca est et *Domiduca.*" Cf. Id. VI, 9. Martian. Cap. II, p. 37. — *Voletam .... entinam pavoris* Agob. et ed. Gothofr. *Voletam .... Paventinam pavoris* ed. Rig. Gothofredus supplet: *Voletam. Habent et Paventinam pavoris.* Edidi: *Voletamque; habent et Paventinam pavoris.* Deam *Voletam* Augustinus de Civ. Dei IV, 21. appellat *Volumnam*, et *Paventinam* ibid. IV, 11. *Paventiam.* — *speive, neleiam* Agob. et ed. Gothofr. *spei Veniliam* ed. Rig. Augustin. de Civ. Dei IV, 11. „De pavore infantum *Paventia* nuncupetur, de spe quae venit *Venilia*, de voluptate *Volupia*, de actu *Agenoria*" sqq. Cf. Augustin. C. D. VII, 22. Intt. Maii ad Virg. Aen. X, 76. p. 103. ed. Keil. „Deam Veniliam alii Venerem, quod in mari nata sit, alii nympham, quam Graeci *Βουνήνην* vocant Varro Rerum Divinarum XIIII de dis certis spes cum conciliata non frustra esset et evenisset credere — —." — *Volupiam .... ntiae prestitiam* Agob. et

norem, a consiliis Consum, Iuventam novorum togatorum, *virorum* iam Fortuna Barbata. *Et de deis* nuptialibus disseram. Afferenda est ab afferendis dotibus ordinata, *sed sunt, proh pudor!* et Mutunus et Tutunus et *dea Pertunda* et Subigus et Prema *dea et Perfica.* Parcite dei impudentes! *luctantibus*

edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *Volupiam*, *praesentiae* (vel *praestantiae*) *Praestitiam.* Deae *Volupiae* mentio fit in antiquis Kalendariis apud Orell. Inscrr. Vol. II, p. 410. Deam *Praestitiam* Arnob. adv. Natt. IV, 3. dicit *Praestanam*, deum *Peragenorem* Augustinus de Civ. Dei IV, 11. deam *Agenoriam.* — *Consum ... ventam* Agob. et ed. Gothofr. *Consum*, *Iuventam* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Augustin. de Civ. Dei IV, 11. „Ipse sit et deus *Consus* praebendo consilia, et dea Sentia sententias inspirando. Ipse dea *Iuventas* quae post praetextam excipiat iuvenilis aetatis exordia. Ipse sit *Fortuna Barbata*, quae adultos barba induit quos honorare voluerit.“ Cf. Orelli Inscrr. I, p. 324. nro. 1742. et II, p. 388. De *Conso* deo v. Servad Virg. Aen. VIII, 636. Schol. in Cic. Verr. I, 10. p. 142. ed. Orelli. Kopp. ad Mart. Capell. I, 55. p. 100. Plut. Rom. 14. Dion. Halic. II, 30 sq. Tertull. de Spectac. cap. 5. Fest. s. v. *Consualia.* Orell. Inscrr. tom. II, p. 410. Creuzer Symb. II, 608 sq. Hartung Relig. der Römer II, 87 sqq. Pro *virorum* Agob. habet *vivorum* mendose. — *barbata .... nuptialibus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *barbata. Et de nuptialibus.* Aliqua *Deferunda* dea, sed diversa ab hac *Afferunda* nuptiali, memoratur in fragm. Actor. Fratr. Arval. tab. XXXII, p. CXLV. ed. Marini, de qua v. Marini. p. 380. Pro *dotibus* in Agob. extat *totibus.* — *ordinata .... dor* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *ordinata: Proh pudor.* Pro spatio lacunae edidi: *ordinata, sed sunt, proh pudor.* De *Mutuno* et *Tutuno* v. adnot. ad Apolog. cap. 25. Praeplacet cum Rigaltio eorum venerei amplexus vocabulorum originem quaerere in *meo* et *tuo*, quam cum aliis aliunde repetere. Cf. Hartung Relig. der Römer II, p. 258. Intt. ad Arnob. adv. Natt. IV, 11. — et *de uertunde* Agob. *et Devertunda* ed. Gothofr. *et dea Pertunda* ed. Rig. Recte. De dea *Pertunda* Arnob. IV, 7. „Etiamne *Pertunda*, quae in cubiculis praesto est virginalem scrobem effodientibus maritis.“ Cf. Id. IV, 11. Augustin. Civ. Dei VI, 9. — *et Subigus et praemat* (*Prema* ed. Rig. ex emend. Gothofredi) .... *parcite* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Haverkamp. ad Apolog. cap. 35. p. 302. coni.: *et Subigus et Prema. Humano pudori parcite.* Emendavi et supplevi: *et Subigus et Prema dea et Perfica. Parcite.* Augustin. de Civ. Dei VI, 9. „Et certe si adest

sponsis nemo intervenit. *Ipsi* quorum votum est *toris* gaudentes erubescunt.

12. Et quoniam usque deos *edidero*, quia disserendum quales deos receperitis, quantum vobis *erubescendum?* Rideam vanitatem an exprobrem caecitatem est admodum *incer-*

Virginensis dea, ut virgini zona solvatur, si adest deus *Subigus*, ut viro subigatur, si adest dea *Prema*, ut subacta, ne se commoveat, prematur, dea *Pertunda* ibi quid facit? Erubescat, eat foras, agat aliquid et maritus. Valde inhonestum est, ut quod vocatur illa, impleat quisquam nisi ille. Sed forte ideo toleratur, quia dea dicitur esse, non deus. Nam si masculus crederetur et Pertundus vocaretur, maius contra eum pro uxoris pudicitia posceret maritus auxilium, quam Foeta contra Silvanum." Deam *Perficam* repetii ex Arnobio adv. Natt. IV, 7. „Etiamne *Perfica* una est e populo numinum, quae obscenas illas et luteas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffensa procedere.", ad quem locum citavi Lucret. II, 1115. Martial. Epigr. III, 79. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. II, p. 18. — *luptantibus sponsis* Agob. et ed. Gothofr. *luctantibus sponsis* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. — *intervenit .... quorum votum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *interveniat nisi quorum votum*, quod non intellego. Haverkampius ad Apolog. cap. 35. p. 302. coni.: *intervenit ipsi quorum votum.* Rectissime, modo in seqq. etiam pro *foris* quod Agob. et edd. Gothofr. Rig. tenent, emendasset *toris.* Voc. *votum* h. l. idem est quod nuptiae, qua significatione saepius occurrit apud ICtos. Cf. Apul. Metam. IV, 26. p. 293. „*votis* nuptialibus pacto iugali destinatus." Id. Florid. I, 4. p. 18. „togam parari *voto* et funeri." Testam. Ludicr. M. Grunnii Corocottae ap. Lambec. ad Apic. VIII, 7. „Sorori meae Quirinae, cuius in *votum* interesse non potui" etc. —

12. — *Et qm̃* (h. e. *quoniam*) Agob. *Et quoniam* ed. Gothofr. *Et quonam* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Fest. p. 133. ed. Lindem. (v. Intt. ad p. 627.): „*quoniam* significat non solum id quod *quia*, sed etiam quod *postquam*, hac de causa quod Graecum ἐπεὶ utriusque significationem obtinet." Cf. Apul. de Magia cap. 17. p. 431. (tom. II, p. 485 sq. ed. Hildebr.): „*quoniam* ad villam publicam venerat.", ad quem locum Hildebr. citat Plaut. Asin. II, 2, 83. Cistell. I, 3, 16. Poen. III, 3, 52. — *deos ...... quia* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *deos recensemus*, *quia.* Malui: *deos edidero*, *quia.* — *erubes ...... Rideam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni.: *erubescendum? Rideam.* Sane supplendum *erubescendum* aut *erubescetis.* *admodum ...... nam* Agob. et ed. Gothofr. *admodum incer-*

tum. Nam quot deos et quos utique producam? maiores an et minores? veteres an et novicios? mares an et feminas? caelibes an et *lecto gaudentes?* artifices an et inertes? rusticos an et urbanos? cives an et peregrinos? Tot enim familiae, tot nationes census bona fide quaerunt, ut dispici et distingui describique non possint. *At* quanto diffusa res est tanto substringenda nobis erit, et ideo qui in ista specie unum tuemur propositum demonstrandi illos omnes homines fuisse (non quidem ut cognoscatis, nam quasi *obliti* agitis), conpendio ab ipsa dispiciendi rationem summam originem generis illorum retractando. Origo enim totius posteritatis. Ea origo deorum vestrorum Saturno, ut opinor, signatur. Neque enim si Varro antiquissimos deos Iovem, Iunonem et Minervam refert, nobis

tum nam ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *an et le* .... *artifices* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *an et legibus iunctos? artifices.* Malui: *an et lecto gaudentes? artifices.* Ita paulo supra in fine cap. 11. „*toris gaudentes.*“ — *census bona fide quaerunt* h. e. bona fide quaerunt recenseri. Cf. tamen etiam quae adnotavi de significatu voc. *census* ad Apolog. capp. 10. et 48. — *bona fide.* Cf. ad Natt. I, 2. — *ut quanto* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Corrigendum erat: *At quanto.* De ellipsi comparativi *magis* aliis inlocis dixi. Mox pro *substringenda* Agob. habet *substrigenda.* — *oblita agitis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Restituendum erat *obliti agitis*, vel: *oblitos agitis.* Cf. Apolog. cap. 10. „colligam in compendium, et hoc non quo cognoscatis sed recognoscatis; certe enim *oblitos agitis.*“ — *conpendio ab ipsa dispiciendi rationem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus non videns voc. *compendio* esse verbum, non ablativum substantivi *compendium*, putabat emendandum: *compendio ad ipsam dispiciendi rationem sumam originem generis illorum retractandam.*, vel etiam; *c. ad ipsam disp. rationem summam or. generis illorum retractabo.* Neutrum probo. *compendio ab ipsa dispiciendi rationem* h. e. in compendium redigo rationem dispiciendi ab ipsa sc. specie ista. Cf. Tertull. adv. Marc. IV, 1. „*compendiatum est* enim novum testamentum et legis laciniosis oneribus expeditum.“ Ibid. IV, 9. „sicut sermonem *compendiatum*, ita et lavacrum.“ Augustin. Quaestt. in Heptateuch. VII, extr. Olim placebat: *compendium ab ipsa dispiciendi ratione sumam* sqq. — *Origo enim totius posteritatis.* Apolog. cap. 10. „Ante Saturnum penes vos nemo est. Ab illo census totius vel potioris vel notioris divinitatis. Itaque quod de origine constiterit id et de posteritate

excidisse debet omnem patrem filiis antiquiorem, tam Saturnum Iove quam Caelum Saturno; de Caelo enim et Terra Saturnus. Et tamen Caeli et Terrae originem omitto. Erant unde caelibes diu et orbi antequam mariti et parentes? Longo scilicet aevo crescendum illis fuit ad tantam *proceritatem.* Denique simul coepit et Caelo vox insolescere et ubera Terrae *lapilliscere;* faciunt nuptias inter se. Credo, aut Caelum descendit ad sponsam, aut Terra ascendit ad sponsum. Concepit tamen Terra de Caelo et peperit illa *acto anno* Saturnum, mira ratione. Utri parentum similis? Sed et *pepererit,* certe *extra* Saturnum neminem procreaverunt nisi unam *postea* Opem; exinde de subole cessatum est. Nam Saturnus quidem Caelum *castravit* dormientem. Legimus Caelum genere masculino: cete-

conveniet.“ – *nobis excid .... debet* Agob. et ed. Gothofr. *nobis excidisse debet* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *proceri ..... Denique* Agob. et ed. Gothofr. *proceritatem. Denique* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *vox insolescere.* Novius Exodio ap. Non. p. 116. Merc. „puerum mulieri praestare; nemo scit quanto melior Sit cuius *vox gallulascit*, cuius iam ramus roborascit.“ *Insolescere* proprie est insolitum vel alium fieri, mutare. Similiter etiam Hieronym. in Helviam n. 18. „Novem mensibus uterus *insolescens.*“ — *lapillis .... faciunt* Agob. et ed. Gothofr. *lapilliscere*, *faciunt* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *Lapilliscere* est idem quod alias *lapidescere*, h. e. in modum lapidum intumescere. Festus s. v. *Sororiare* mammae dicuntur puellarum cum primum tumescunt, ut *fraterculare* puerorum. Plautus in Frivolaria: Tum papillae primulum *sororiabant*, illud volui dicere *fraterculabant.*“ Cf. Plin. H. N. XXXI, 6, 33. Caeli vox est tonitru, Terrae ubera montes. *simul coepit* h. e. simul atque coepit. Cf. Apolog. capp. 1. 9. ad Natt. 1, 1. 4. – *sponsam .... ascendit* Agob. et ed. Gothofr. *sponsam*, *aut Terra ascendit* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *peperit illa athos athos Saturnum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Vitiosissime. Emendavi *peperit illa acto anno Saturnum.* Phaedr. I, 18. „Instante partu mulier *actis mensibus.*“ — *Utri parentum similis* h. e. Utri enim p. similis. — *Sed et ...... rit* Agob. et ed. Gothofr qui coni. *Sed et pepererit.* Recte. Rigalt. edidit *Sed et peperit.* In seqq. pro *ante Saturnum* quod Cod. et edd. praebent, scripsi *extra Saturnum.* Erat cum *ante* retinere vellem, sed *nisi* mutato in *nec nisi.* — *post .. Opem* Agob. et ed. Gothofr. Rig. edidit *postea Opem* ex coni. Gothofredi. – *Caelum ..... vit* Agob. et ed. Gothofr. *Caelum castravit* ed. Rig. ex coni.

rum *quomodo* pater nisi masculinus? Sed et unde castrandum? ***Falx*** illi. Hoc ***scilicet aevo?*** nondum enim Vulcanus artifex ferri. Terra vero orbata ***distulit***, etsi adhuc ***iuvenili*** aetate, alii nubere. Sed nec habebat Caelum ***alium. Quid*** tamen nisi illam Mare amplectitur? Sed olet salsuginem; ***dulcibus est*** aquis assueta. Ita Saturnus unicus masculus Caeli atque Terrae. Sed ipse pubescens sorori suae iungitur. Nondum leges quae incesta prohiberent nec quae parricidium plecterent. Itaque filios virili sexu devorabat; melius ipse quam lupi, si exponeret; timebat scilicet, ne quis illorum de paterna falce didicisset. Nato mox et abalienato Iove saxum infantis ementiti deglutivit. Hoc ingenio diu securus tandem filio quem non digesserat in tenebris adulto oppressus regnoque privatus est. Hunc vobis ***patriarcham*** deorum Caelum

Gothofredi. — *Legimus Caelum genere masculino.* Nam dixit modo eum *dormientem. ceterum . . . . pater* Agob. et ed. Gothofr. *ceterum quomodo pater* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. De particula *ceterum*, quae hic est pro *sed*, *at*, v. adnot. ad I, 16. — *Sed et unde castrandum* h. e. sed et castratio quo instrumento quove telo instituenda erat? — *fax illi*, *hoc s . . l . . . . nondum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. (in qua tamen *falx* extat pro *fax* ex emend. Gothofredi) Gothofredus coni.: *hoc sed unde? nondum.* Malui: *falx illi. Hoc scilicet aevo? nondum.* — *orbata . . . . etsi adhuc uili* Agob. et ed. Gothofr. *orbata distulit*, *etsi adhuc iuvenili* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *Caelum . . . . tamen* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni.: *Caelum alium tamen.* Edidi mei ingenii periculo: *Caelum alium. Quid tamen.* — *sed olet salsuginem* sc. mare. — *salsuginem . . . . aquis assueta* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. perperam: *salsuginem marinis aquis assueta.* Ipse olim putavi reponendum: *salsuginem marinis aquis assuetam.*, nunc edidi melius: *salsuginem; dulcibus* (sc. Caeli et pluviarum) *est aquis assueta.* — *sororis suae* Agob. et ed. Gothofr. mendose. *sorori suae* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Paulo post pro *incesta*, quae emendatio est Gothofredi, Agob. praebet *ingesta* vitiose. — *Hoc ingenio* h. e. hoc artificio ingeniose excogitato. V. quae hoc voc. *ingenium* significatu exempla attuli ad Apolog. cap. 49. ad Natt. I, 8. et 16. — *quem non digesserat . . . . nebris* Agob. *quem nondum digesserat . . . . nebris* ed. Gothofr. *quem nondum digesserat in tenebris* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *patriar . . . . deorum* Agob. et ed. Gothofr. *patriarcham deorum* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox ed. Gothofr.

et Terra poëtis obstetricantibus procreaverunt. *Sed* eleganter quidam sibi videntur physiologice per allegoricam *argumentationem* de Saturno interpretari tempus esse, et ideo Caelum et Terram parentes ut et ipsos origini nullos, et ideo falcatum quia tempore *omnia* dirimantur, et ideo voratorem suorum quod omnia ex se edita *in se* ipsum consumat. Nominis quoque testimonium *compellant: Κρόνον esse* dictum Graece ut *Χρόνον*. Aeque Latini vocabuli a sationibus rationem *ii deducunt* qui eum procreatorem coniectantur, per eum seminalia caeli *in terram* deferri. Opem adiungunt, quod opem vivendi semina *conferant, tum* et quod opere semina

ex Agob. *obsetricantibus* pro *obstetricantibus*. — *procreaverunt ... eleganter* Agob. et ed. Gothofr. *procreaverunt. Sed eleganter* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *physiologice* Agob. et ed. Rig. *physiologi esse* ed. Gothofredi. — *per allegoricam ... umentationem* Agob. et ed. Gothofr. *per allegoricam argumentationem* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Idem cum antea haberet *physiologi esse* in seqq. pro *interpretari*, quod praebet Agob. et ed. Rig., vult legi *interpretati*. — *et ... ram* Agob. et ed. Gothofr. *et Terram* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *origini* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Praeter necessitatem Gothofredus putavit reponendum esse *origine*. — *quia tempore ..... dirimantur* Agob. et ed. Gothofr. *quia tempore omnia dirimantur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *edita .... ipsum* Agob. et ed. Gothofr. qui coni. *edita in semet ipsum*. In ed. Rig. est: *edita in se ipsum*. — *compellent Chron .... um* Agob. et ed. Gothofr. *compellant: Chronium dictum* ed. Rig. Edidi *compellant: Κρόνον esse dictum*. V. Lactant. I, 12. Augustin. C. D. IV, 10. Macrob. Sat. I, 12. Apul. de Mundo cap. 37. Arnob. adv. Natt. III, 29. Cic. N. D. II, 25. ibique Intt. Adde Paulin. Nolan. Poema adv. Paganos v. 100. „Huncque Cronon dicunt ficteque Chronon, quia tempus Quae creat absumit rursusque absumpta promittit. Cur tamen oblique nomen pro tempore fingunt?" — *rationem .... nt* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofr. coni. *rationem deducunt*. Edidi pro spatio lacunae *rationem ii deducunt*. — *caeli .... m* Agob. et ed. Gothofr. *caeli in terram* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Cf. ad Fulg. Mythol. I, 2 p. 628. ed. Stav. Varro de L. L. V, 64. Mueller. Isidor. Origg. VIII, 11. Macrob. Saturn. I, 7. S. 10. Munker. *seminalia* hic sunt semina, ut Apolog. cap. 2. fin. *naturalia* significat ipsam naturam. — *confe .... et* Agob. et ed. Rig. qui edidit: *conferant et*. Praeplacet pro ratione lacunae Gothofredi con-

evadant. Quae, oro, huius translatio *nempe velim exponas.* Aut Saturnus fuit, aut tempus. Quomodo Saturnus *si tempus? si Saturnus,* quomodo tempus? Utrumque enim non potes corporale in eo *uno existimare.* Quid autem prohibuit tempus coli in sua qualitate? *Quid corpus* hominis aut fabulam hominis in sua specie, non in *tempore coli?* Quid sibi vult intellectio ista, nisi foedas materias mentitis argumentationibus colorare? Saturnum neque ideo *quia dicis hominem vis* tempus, aut dum eum tempus facis, iam nec hominem vis fuisse. *Plane vester deus* omnino Saturnus in terris humanae qualitatis apud veteres memorias recensetur. Potest incorporaliter fingi quodvis quod non fuerit omnino, vacat fingendi locus ubi veritas est. Cum autem Saturnum constat vixisse, frustra demutatis; non conceditur vobis quem non negabitis fuisse hominem, qui neque deus neque tempus de-

iectura: *conferant, tum et.* De re cf. Varro l. l. — *translationem .... ponas* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *translatio nempe velim exponas.* ex coni. Gothofredi. — *Quomodo Saturnus .... quomodo tempus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi Quomodo Saturnus, si tempus? *si Saturnus quomodo tempus?* ex verissima coni. Gothofredi. — *corporale in eo .... mare* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *corporale in eo uno existimare.* Malui pro magnitudine lacunae: *corporale in eo uno existimare.* Voc. *corporale* est hic nostrum „verkörpert." — *qualitate .... s hominis* Agob. *qualitate .... eius hominis* ed. Gothofr. (sed corr. in adnot. *qualitate .... hominis* ed. Rig. Edidi: *qualitate? Quid corpus hominis* ex coni. Gothofredi. — *tempo .... Quid sibi* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *tempore colere? Quid sibi.* Malui pro spatio lacunae: *tempore coli? Quid sibi.* Mox Agob. et ed. Gothofr. pro *colorare* habent *collorare.* — *Saturnum neque ideo qu . d .... corpus aut* Agob. teste Gothofredo in curis secundis, cum antea ediderat *Saturnum neque ideo qui . . d .... tempus, aut,* ut est etiam in ed. Rig. Hodie quidem dignoscere non licet quid olim in Cod. Agob. fuerit scriptum, utrum *tempus* an *corpus.* Scripsi ex mea coniectura: *Saturnum neque ideo quia dicis hominem vis tempus, aut.* Olim placebat: *Saturnum neque ideo quia dicis hominem negas tempus ut* sqq. — *Pla .... s omnino* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *Plane vester deus omnino* ex coni. Gothofredi. — *apud veteres memorias.* Cf. Apolog. cap. 19. init. —

fendi potest. Exstat apud litteras vestras usquequaque Sáturni census; legimus apud Cassium Severum, apud Cornelios *Nepotem* et Tacitum, apud Graecos quoque ***Diodorum, Thallum,*** quive alii antiquitatum canos collegerunt. Nec fideliora vestigia *eius* quam in ipsa Italia signata sunt. Nam post plurimas terras et *Attica* hospitia Italiae, vel ut tunc vocabatur, Oenotriae consedit, *exceptus* ab Iano sive Iane, ut *Salii* vocant. *Mons* quem *coluerat Saturnius* dictus, urbs quam depalaverat Saturnia usque nunc est; tota *denique* Italia de Saturno vocabatur: tali teste *terra* quae nunc *dominatur* orbi etiamsi de origine Saturni dubitatur, de actu tamen *constat* hominem illum fuisse. Ita si homo Saturnus, proculdubio

Saturni census. V. quae adnotavi ad Apolog. capp. 10. et 48. Cf. ad Natt. I, 10. Apolog. capp. 5. 7. 12. 15. 21. De re cf. Apolog. cap. 10. — *Nepotum* Agob. et ed. Gothofr. *Nepotem* ed. Rig. ex emend. Gothofredi. Tacit. Hist. V, 2. et 4. — *Diodorum* (*Deodorum* Agob. et ed. Gothofr.) *quive* edd. Gothofr. Rig. Gothofredus adnotat: „Post vocem *Deodorum* arrosa pagina, sic ut vocula adhuc desideretur, quare quod et suadet Apologeticus, Minucius item Felix et Lactantius Thallum scribendum.“ Recte. Hinc edidi: *Diodorum*, *Thallum quive.* Antiquitatum *canos* dicit antiquissimos homines et res eorum non aliter atque in Apolog. cap. 10. urbes *canas* memoriarum dicit. Olim putavi legendum: *cana collegerunt.* — *vestigia e ... quam* Agob. et ed. Gothofr. *vestigia .... quam* ed. Rig. Edidi *vestigia eius quam* ex coni. Gothofredi. — *Italiae v. u. t. v. Oenotriae* h. e. in Italia v. u. t. v. Oenotria. Cf. de hac structura Intt. ad Caes. B. C. III, 103. *Aegypti*, Corn. Nep. Milt. 1. *Chersonesi.* Flor. I, 18, 11. *Lucaniae.* — *ex ..... s* (*exceptus* ed. Rig. ex coni. Gothofr.) *ab Iano sive Ianae* (*Iáne* ed. Rig.) *ut si alii vocant* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *exceptus ab Iano sive Iane ut Salii vocant*, ex auctoritate Apolog. cap. 12. *Iane* haud dubie est ablativus nominativi *Ianis.* — *Mos quem coluerunt Satur .... dictus* Agob. et ed. Gothofr. *Mons quem coluerat Saturnius dictus* ed. Rig. partim ex coni. Gothofredi. Cf. Apolog. l. l. — *tota d ...... Italia* Agob. et ed. Gothofr. *tota denique Italia* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *terram quae nunc do .... orbi* Agob. et ed. Gothofr. *terram quae nunc dominatur orbi* ed. Rig. Recte, modo cum Gothofredo scripsisse *terra* pro *terram.* — *tamen c ...... hominem* Agob. et ed. Gothofr. *tamen constat hominem* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *proculdubio d...... immo* Agob. et ed. Gothofr. Rig. Scripsi: *proculdubio de-*

deus non est, immo quia homo, non utique de Caelo atque Terra, sed cui parentes ignoti quibusdam facile fuit illum *eorum* filium dici quorum possunt omnes videri. Quis enim non caelum ac terram patrem ac matrem *venerationis gratia* appellet? An de consuetudine humana, *qua* ignoti quique *ex inopinato* apparentes de caelo advenisse dicuntur? Proinde *quia venisset peregrinus* repentino, ubique inolevit caelitem dici. Nam et volgo generis incertos terrae filios iactitamus. Nihil allego de statu antiquitatis, quo *ita* rudes tunc agebantur et oculi et mentes hominum, ut cuiuslibet *novi viri aspectu* quasi divino commoverentur, nedum et regis, et quidem primi. Adhuc de Saturno immorabor *quo* et ceteris compendium praestruam, satiata primordiorum disputatione, nec *praetermittam* potiora testimonia divinarum litte-

us non est, *immo.* — *parentes ...... quibusdam* Agob. et ed. Gothofr. *parentes ignoti quibusdam* ed. Rig. ex coni. Gothofredi — *illum deorum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi cum Haverkampio (ad Apolog. cap. 10. p. 112. *illum eorum.* — *quorum poss .... videri* Agob. et ed. Gothofr. *quorum possunt omnes videri* ed. Rig. Recte. *quorum possumus videri* coni. Gothofredus prob. Haverkampio l. l. — *vene .... tia appellet* Agob. et ed. Gothofr. *venerationis gratia appellet?* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Mox pro *qua ignoti* in Agob est *quae ignoti*, vitiose. — *quique .... nato* Agob. et ed. Gothofr. *quique ex inopinato* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *Proinde .... sempereg ..... repentino* Agob. *Proinde .... semper eg ...... repentino* edd. Gothofr. Rig. Gothofredus hunc locum explere haeret nec audet. Puto certissimam esse coniecturam qua supplevi et edidi: *Proinde quia venisset peregrinus repentino.* Haverkampii certe supplementum quod proponit in adnot. ad Apolog. cap. 10. p. 113.: *Proinde Saturno semper egeno et repentino* nemini probatum iri autumem. — *generis incertos* Agob., teste et ipso Gothofredo in adnot., et ed. Rig. *generis ..... tos* ed. Gothofr. — *quo ... rudes* Agob. et ed. Gothofr. *qua ... rudes* ed. Rig. Gothofredus secundis curis in Cod. Agob. legere sibi visus est: *quod eo rudes.* Edidi: *quo ita rudes.* In Apolog. est: *quod ita rudes.* — *et cuiuslibet nov ...... aspectus* Agob. et ed. Gothofr. qui coni.: *ut cuiuslibet novelli aspectu,* cum antea mallet: *ut cuiuslibet novitate aspectus.* Edidi cum Rigaltio: *quod et ceteris* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi *quo et ceteris.* — *nec p .... rmittam* Agob. et ed. Gothofr. *nec*

rarum, quibus fides pro antiquitate *superior* debetur. Ante enim Sibylla quam omnis litteratura *extitit*, illa scilicet Sibylla veri vera vates de cuius vocabulo *daemoniorum* vatibus induistis. Ea *senario* versu in hunc sensum de Saturni prosapia et rebus eius exponit: Decima, inquit, genitura hominum ex quo *cataclysmus* prioribus accidit, regnavit Saturnus et Titan et *Iapetus*, Terrae et Caeli fortissimi filii. Si qua ergo vel vestris *divinioribus litterisve* vestris superioribus, sed idcirco magis proximis *quoniam* illius aetatis, fides adiacet, satis de Saturno et prosapia eius *probatum* est homines fuisse. Tenemus compendium, in ceteros *originis praescriptionem*, ne per singulos evagemur. Qualitas *posteritatis a prin-*

praetermittam ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *superiore debetur* Agob. et ed. Gothofr. *superior debetur* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *litteratura .... illa* Agob. et ed. Gothofr. *litteratura extitit. Illa* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *de cuius vocabulo daemo ... rum vatibus induistis* Agob. et ed. Gothofr. *et cuius vocabula daemoniorum vatibus induistis* ed. Rig. partim ex emend. Gothofredi., quam tamen non probo. Sumpseris *vocabulum* hic significare *nomen*, sumpseris significare *carmen* vel *vaticinium*, sensus idem evadet. — *Ea senatorio versu* Agob. et ed. Gothofr. *Ea senario versu* ed. Rig. ex emend. Gothofr. Recte quidem, uti videtur, sed versum istum aliis constituendum relinquo. — *cataclysmum.* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Legendum aut *cataclysma* aut *cataclysmus*. — *Iamfetus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Scribendum erat *Iapetus*. Versus Sibyllae habentur eorum libro tertio ita: *Καὶ τότε δὴ δεκάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων Ἐξ οὗπερ κατακλυσμός ἐπὶ προτέρους γένετ' ἄνδρας Καὶ βασίλευσε Κρόνος καὶ Τιτᾶν Ἰαπετός τε, Γαίης τέκνα φέριστα καὶ οὐρανοῦ.* Cf. Lactant. I, 14. — *vel vestris ..... oribus litteris vestris* Agob. et ed. Gothofr. Supplevi et edidi: *vel* (h. e. etiam) *vestris divinioribus litterisve vestris.* In seqq. pro *sed idcirco* erat cum *et idcirco* scribendum putarem. De significatu voc. *proximus* v. quae adnotavi ad Apolog. cap. 23. ad fin. *proximis ...... m* (*in* ed. Rig.) Agob. et edd. Gothofr. Rig. Scripsi: *proximis*, *quoniam* ex coni. Gothofredi. Post voc. *adiacet* in ed. Rig. punctum positum est perperam et novum caput incipit. — *eius ...... um est* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: eius: *probatum est*, ex coni. Gothofredi. — *origi .... ptionem* Agob. et ed. Gothofr. *originis praescriptionem* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *posterita ...*

a principibus generis ostenditur, mortalia de mortalibus, *terrena de terrenis;* gradus ad gradus comparantur, nuptiae, conceptus, *natales* cucurrerunt, patriae, sedes, regna, monumenta *liquent. Igitur* qui natos non possunt negare, mortuos credant, *qui mortuos* confitentur, deos non putent.

13. Sed enim manifestis *vis* sua adsistit. Quos a primordio *non* possunt *numina* asserere, *tamen recipiunt in* divinitatem, affirmando illos post mortem deos factos, ut Varro, et qui cum eo somniaverunt. Hic igitur consisto: *si sunt allecti illi* in hoc nomen et numen, ut in ordinem senatorium, *sapientia* vestra *esse concedatis* iam necesse est aliquem

.... *ncipibus* Agob. et ed. Gothofr. *posteritatis a principibus* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Malim: *posteritatis de principibus* — *terre* .... *nis* Agob. et ed. Gothofr. *terrena de terrenis* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *conceptus* ...... *s cucurrerunt* Agob. et ed. Gothofr. *conceptus*, *natales cucurrerunt* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *cucurrerunt* h. e. praeteriverunt, recensiti sunt. — *monomenta* (*monumenta* ed. Rig.) *l* .... *qui natos* Agob. et ed. Rig. *monumenta* .... *qui natos* ed. Gothofr. qui coni. *monumenta. Iam igitur qui natos.* Dedi ex mea coni. *monumenta liquent. Igitur.* — *credant* .... *confitentur* Agob. et ed. Gothofr. *credant*, *qui mortuos confitentur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. —

13. — *vis sua* edd. Gothofr. Rig. *suis sua* Agob. vitiose. — *a primordio possunt non asserere* .... *divinitatem* Agob. et ed. Gothofr. *a primordio non* .... *divinitatem* ed. Rig. Gothofredus explet: *a primordio non possunt asserere sacros et in illam divinitatem*, et pro *affirmando illos* in seqq. vult scribi: *affirmant illos.* Equidem persuasus voculam *non* latere in syllaba finali vocis *primordio* et pro ea quae iam ante *asserere* compareat genuinam olim fuisse scripturam *numina* (per compendium scriptum: *nũna asserere*) ita restitui: *a primordio non possunt numina asserere*, *tamen recipiunt in divinitatem.* — *consisto* ...... *alle* .... *in hoc* Agob. et ed. Rig. *consisto* .... *alle* ... *in hoc* ed. Gothofr. qui supplet: *consisto. Opinor*, *deus qui illos allegit in hoc.* Edidi ex mea coniectura pro modulo vacui spatii: *consisto: si sunt allecti illi in hoc.* — *senatorium* .... *vestra* .... *cedatis* Agob. et ed. Rig. *senatorium* ...... *est* .... *cedatis* ed. Gothofr. qui supplet: *senatorium*, *allegi mos est: quare concedatis.* Dedi ex mea coniectura: *senatorium*, *sapientia vestra esse concedatis.* — *dominatorem* .... *allegandi* (*allegendi* ed. Rig.) *potestatem* Agob.

summum dominatorem *habentem allegendi* potestatem et quasi Caesarem; neque quisquam aliis *praestare potest de quo* non *ipse* dominetur. Ceterum si potuerunt deos sese facere post mortem, *at quorsum* deterioris condicionis ab initio esse voluerunt? Aut si nemo est qui deos *fecerit*, quomodo facti dicentur qui non nisi ab alio fieri potuissent? Ita *vere nullus* datur vobis renuendi locus esse mancipem quendam divinitatis. Perspiciamus itaque causas *allegendae* mortalitatis in caelum. Harum duplicem rationem credo proferetis. Aut enim *illud deus quisquis* id praestans facit, ut habeat vel amminicula vel *munimenta* vel etiam ornamenta fastigii sui, aut meritorum necessitas *conferens* dignis quibusque. Aliud

et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex coni. Gothofredi: *dominatorem habentem allegendi potestatem.* — *neque quisquam* h. e. neque enim quisquam. — *aliis prest* .... *non* .... *dominetur* Agob. et ed. Gothofr. *aliis praestare potest qui* (Gothofr. coni. *si*) *non ipse dominetur* ed. Rig. partim ex coni. Gothofredi., quod et ego recepi ita quidem, ut *qui* in *de quo* mutaverim. — *Ceterum* h. e. contra, sed. V. quae adnotavi ad I, 16. Cf. II, 12. Apolog. capp. 1. 4. 15. 21. — *sese facere* ipsi sc. — *post mortem a* .... *deterioris* Agob. et ed. Rig. *post mortem a* ..... *deterioris* ed. Gothofredi, qui supplet: *post mortem*, *atquin deterioris*. Edidi ex mea coniectura: *post mortem*, *at quorsum deterioris.* — *qui deos* ...... *quomodo* Agob. et ed. Gothofr. *qui deos fecerit*, *quomodo* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *Ita* .... *datur* Agob. unde edidi: *Ita vere nullus datur*, pro spatio lacunae. *Ita* ...... *datur* ed. Gothofr. *Ita nullus datur* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. De voc. *manceps* v. adnot. ad I, 9. — *causas allegandae* Agob. et ed. Gothofr. *causas allegandae* ed. Rig. ex emend. Gothofr. — *Aut enim illu* .... *quis* Agob. et ed. Rig. *Aut enim ille* ... . *quis* ed. Gothofredi, qui coni. *Aut enim ille deus quisquis.* Scripsi: *Aut enim illud deus quisquis.* — *id praestans* Agob. et ed. Gothofr. *idem praestans* ed. Rig. Mox pro *amminicula* in Agob. et ed. Gothofr. extat *amnicula.* — *vel mu* .... *vel* Agob. et ed. Gothofr. *vel munimenta vel* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *necessita* .... *s dignis* Agob. et ed. Gothofredi, qui coni. *necessitas conferens dignis.* In ed. Rig. legitur: *necessitas* .... *s dignis.* Mox pro *suspicari* in Agob. et ed. Gothofr. est *suspicare*, quod servare posses, si in locis Plauti Casin. II, 6, 42. et Menaechm. V, 9, 22. scriptura Codd. MSS. auctoritate idonea satis firmata esset. De structura cf. quae adnotavi ad II, 4. ad verba „habes coniungere.“ Cf. II, 2. „tenebas

quid *suspicari* non datur. Nemo *quid largiendo* alicui aut non sua aut illius causa facit. Sed neque *hoc potest competere* numini, *si inest* tanta et potestas, ut scilicet *deos* faciat, et *sic* tanta humanitas inrogetur, quia egeat opera *vel adiumento* quorundam, et quidem mortuorum, *quod* mirum, *cum ab initio sibi* immortales instituere potuisset. Nec diutius *destruendi apparatus* conquiret qui humana divinis comparavit. *Satius quae posterior* opinio est discuti debet, si deus *reminiscentia meritorum divinitatem tribuerit. Sed si ita est attributa*, si pristinis viris *caelum ob merita pa-*

determinare.“ — *Nemo* .... *giendo* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *Nemo quid fungendo.* Edidi: *Nemo quid largiendo.* — *Sed neque* .... *petere numini ut est tanta et* Agob. et ed. Gothofr. *Sed neque* .... *petere numini inest tanta et* ed. Rig. Dedi ex mea coniectura: *Sed neque hoc potest competere numini, si inest tanta et* sqq. Possis etiam: *Sed neque hoc potest competere, numen si inest tanta et* sqq. Gothofredus supplet: *Sed neque potest competere numini ut est tanta haec.* — *ut scilicet* .... *faciat* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *ut scilicet deos faciat* ex coni. Gothofredi. — *et si tanta* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Corrigendum erat: *et sic tanta.* Particula *sic* h. l. significat ideo, ea de causa, de quo eius usu cf. adnot. ad Apolog. capp. 2. et 5. — *q̃a egeat* (h. e. *quia egeat*) Agob. Recte. *qui egeat* edd. Gothofr. Rig. — *opera* .... *menta* (*merita* ed. Gothofr.) Agob. et ed. Gothofr. *opera vel adiumento* ed. Rig. Gothofredus supplet: *opera vel curae symmeria*, quod nemo probabit. — *quo mirum* .... *tio ibi* (ed. Gothofr. *sibi*) Agob. et ed. Gothofr. qui coni. *quo mirum cum ab initio sibi.* In ed. Rig. extat: *quo mirum magis cum alios sibi.* Edidi: *quod mirum, cum ab initio sibi.* — *de* .... *tus conquiret* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni.: *destruendis his ictus conquiret.* Edidi: *destruendi apparatus conquiret.* Mox pro *comparavit* fortasse scribendum *comparabit.* — *Sa* .... *rior* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *Sane quae posterior.* Edidi: *Satius quae posterior.* — *reminis* .... *buta* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *remunerator meritorum: si divinitas emeritae vitae contributa.* Malui: *reminiscentia meritorum divinitatem tribuerit. Sed si ita est attributa.* — *si pristinis viris* .... *recogitandum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofr. supplet: *si pristinis viris caelum ob merita patuit, recogitandum*, quod recepi. —

tuit, recogitandum, quod exinde nemo *dignus eo honore fuit; nisi* si capere iam locus non potest. Tantis videlicet *privilegiis caelestia* meruerit antiquitas. Ergo an meruerit *retractemus. Qui ait* meruisse, proponat ipsius merita. Si quid in cunabulis *admissa temporalitatis* valent ad suffragium divinitatis, *incesto coniunctos* Opem et Saturnum fratres recepistis. Furtivus infans *Iuppiter* indignus et tecto et ubere humano, meritoque *in Creta tanta* mala manebant. Adultus denique qualemcunque genitorem *pellit felicissimum*, regem aurei scilicet saeculi, sub quo laboris, inopiae, *miseriae* pax quiescebat, sub quo: nulli *subigebant* arva *coloni, sed omnia*

dig .... *si* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *dignior illis assumptus est*, *nisi si.* Malui: *dignus eo honore fuit; nisi si.* — *videlicet* .... *a meruerit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *videlicet privilegiis caelestia meruerit*, quod recepi. — *an meruerit re* .... *meruisse* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex coni. Gothofredi: *an meruerit retractemus. Qui ait meruisse.* — *cuna* .. *lis* .... *litatis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *cunabulis admissa temporalitatis.* Gothofredus supplet: *cunabulis admissa foeditatis.* — *incesto* .. *m* .... *Opem* Agob. et ed. Gothofr. qui coni. *incesto iam iunctos Opem* Malui *incesto coniunctos Opem.* In ed. Rig. est: *incestorum* .... *Opem.* — *fratres.* De sorore et fratre, ut saepius filii de filio et filia. V. Intt. ad Tacit. Ann. XII, 4, 2. Burm. ad Quinctil. Instit. IX, 3. p. 817. Hildebr. ad Apul. Metam. II, 7. p. 88. — *infans* ..... *ter indignus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus in adnot. supplet: *infans Iuppiter: plane infans indignus.* — *incre* ..... *tam mala manebant* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus explet: *in Creta proles tam mala manebat.* Malui: *in Creta tanta mala manebant.* Iovem dicit *tanta mala* ut tantorum malorum auctorem; *manebant* autem est pro *manerent* vel potius *mansissent*, pro more Latinorum. — *qualemcunque genitorem* .... *licissimum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. *qualemcunque* h. e. divum an hominem. Gothofredus explet: *qualemcunque genitorem regno privavit felicissimum.* Malui pro spatio lacunae: *qualemcunque genitorem pellit felicissimum.* — *inopiae* ...... *ae pax* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *inopiae, miseriae pax.* Gothofredo placuit supplere: *inopiae nescia laetaque pax.* — *nulli subiacebant arva coloni s* .... *tellus* Agob et ed. Gothofr. qui coni.: *nulli subigebant arva coloni Ipsaque tellus omnia liberius nullo p. ferebat.* In ed. Rig. est: *nulli subi-*

tellus nullo poscente ferebat. Sed oderat patrem incestum eius *et avi* castratorem. Ecce autem et ipse cum sorore miscetur, ut huic *primum dictum* putem: *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον.* Tam pius pater quam pius filius. *Si etiam* tunc legibus ageretur, in duos culleos dividi Iovem decuit. *Post haec quid* dubitaret libidine ab incesto corroborata in leviora, id est *adulteria se* et stupra diffundere? De quo poetica sic lusitavit quomodo, *quando* de fugitivo palam factum, so-

gebant arva coloni .... tellus. Supplevi pro spatio lacunae et edidi: *nulli subigebant arva coloni, sed omnia tellus.* Versus plenos habes ap. Virgil. Georg. I, 125 sqq. — *eius ..... castratorem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *eius etiam avi castratorem.* — *pri ...... tum putem* Agob. et ed. Gothofr. *primum dictum putem* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *tu patros topodion* Agob. *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον* edd. Gothofr. Rig. Proverbium, significans in liberis inesse paternae indolis atque naturae effigiem eosque mores parentum fere sequi inque horum vestigiis incedere. Praeter M. Terentium Varronem, cuius ex Saturis Menippeis una eo proverbio inscripta est (v. meam earum fragmm. editionem p. 229 sq. Cf. Non. p. 344. p. 77. p. 9. p. 181. ed. Merc.) id usurpavit etiam Basilius in Epist. ad Liban. 146. „*Εἰ δὲ ἐμός ἐστι παῖς, τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον· πένης ἐκ πένητος.*“ — *filius ..... m tunc* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi: *filius. Si etiam tunc*, ex coniectura Gothofredi. — *in duos culleos dividi Iovem decuit* h. e. bis Iuppiter debuit supplicio debito affici; non enim contentus parricidiali conamine patrem regno privasse admisit etiam incestum cum sorore. De cullei supplicio quo afficiebantur parricidae Gloss. Isidori: „Culleus, tunica ex sparto in modum cruminae facta, quae linebatur a populo pice et bitumine, in qua includebantur parricidae cum simia, serpente et gallo, et insuta mittebantur in mare, et contendentibus inter se animantibus homo maioribus poenis afficiebatur.“ Cf. Gloss. Placidi in tomo I. Auctt. Class. ab Ang. Maio edit. p. 439. Fest. p. 181. Cic. pro Roscio Am. 25. Rh. ad Herenn. I, 113. Sueton. Aug. 33. Dion. Halic. IV, 62. fr. 9. Modestin. Digest. XLVIII, 9, 9. Intt. ad Iuven. Sat. VIII, 214. Cf. Liv. Epit. LXVIII. Oros. V, 17. — *decuit .... dubitaret* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex coniectura Gothofredi: *decuit. Post haec quid dubitaret* sc. Iuppiter. — *id est .... et stupra* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Recepi coniecturam Gothofredi. Ipse olim putabam: *libidinem ab incesto corroboratam in leviora id est adulteria et stupra diffundere?* — *quomodo ...... de fugitivo* Agob. et edd. Gothofr. Rig.

lemus et operam eius *percontando* abusui nundinare, modo in pretia luxuriae eum figurando, *tamquam* bovem aut pretium bovis pensaverit et *imbre* pergulis *immisso* aditum pecunia ruperit, modo in similitudines actuum *ipsas in aquilam* qui rapuit, cycnum qui cantaverat. Adeo non fabulae istae sunt de *foeditatibus summis compositae? Nec* forsitan non *lasciviora sunt facta et ingenia* hominum, quos *corruptos hisce fabulis* emissa iam pridem a fide per *incredulitatem suam recessisse* non est nobis extensius agendum. Si enim et *regibus plerumque et principibus* et proseminatoribus suis morata plebs eadem *qua illi non erat* natura, alibi auctoritas exigebat similitudinem morum. *At, quaeso,* quanto de-

Edidi: *quomodo quando de fugitivo*, ex coni. Haverkampii prolata in adnot. ad Apolog. cap. 2. p. 27. — *operam eius percon* ... ... *abusui nundinare* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Haverkampius l. l. supplet: *operam eius percontando abusui nundinare.* Recte. *operam* dicit modos et artificia quibus usus iste fugam capessere sciverit. *Abusui* autem sibi nundinat percontando fugitivi *operam* qui eam percontando tamquam comparat sibi quo, sibi ipsi fugae facultatem praeparet. — *figurando* .... *bovem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi ex mea coniectura: *figurando. tamquam bovem.* — *et imbrem pergulis* ...... *aditum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Correxi, supplevi et edidi: *et imbre pergulis immisso aditum.* — — *actuum ip* .... *im* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *actuum ipsas in aquilam.* Respicit Ganymedis et Ledae stuprum, ut supra Europae et Danaes. — *de fa* .... *sit an* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *de foeditatibus summis compositae? Nec forsitan.* — *non lasciv* .... *na hominum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *non lasciviora sunt facta et ingenia hominum.* — *quos* .... *emissa* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *quos corruptos hisce fabulis emissa.* — *per incr* .... *non est* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *per incredulitatem suam recessisse non est.* — *et re* .... *pibus* Agob. et edd. Gothofr. Supplevi et edidi: *et regibus plerumque et principibus.* — *eadem q* .... *natura* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *eadem qua illi non erat natura.* — *morum* .... *quanto deterior* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *morum. At, quaeso, quanto deterior.* Redit ad Iovem, quem utpote deum meliorem decuit fuisse hominibus, ne fuerit eis deterior multo iudicandus.

terior qui non melior? Privato enim titulo Iovem Optimum *vulgo appellatis*, et est Vergilii Aequus Iuppiter. Omnes proinde incesti in suos, impudici in extraneos, impii, iniusti. Cui nullam insignem infamiam fabula reliquit, *is* deus fieri non fuit dignus.

14. Sed quoniam alios seorsum volunt in divinitatem *ab hominibus* receptos, et distingui inter nativos et factos secundum *Dionysium Stoicum*, de ista quoque specie adiiciam. De ipso quidem Hercule *erit summa* responsionis, an dignus caelo et divinitate; sic enim pro *uniuscuiusque* meritis addicunt divinitatem. Si ob virtutem, quod feras *constanter confecerit*, quid tam memorabile? nonne ludo puniti, vel etiam ad *bestias auctorati* arenariae vilitatis plurimas in unum, et quidem studiosiores *bestias conficiunt? Si ob* peragratum orbem, quantis et locupletibus dulcis *libertas* aut philosophis famulatoria mendicitas idem *praestitit? Non me-*

— *optimum* .... *tis* Agob. et edd. Rig. Gothofr. Supplevi et edidi: *optimum vulgo appellatis.* — *Vergilii aegus Iuppiter oms* Agob. *Vergilii Aegus Iuppiter Optimus* ed. Gothofr. *Vergilii Aequus Iuppiter Optimus.* Restitui: *Vergilii Aequus Iuppiter. Omnes* sqq. *proinde* sc. atque Iuppiter. — *reliquit .. deus fieri* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *reliquit, is deus fieri.* —

14. — *divinitatem* .... *minibus* Agob. et ed. Gothofr. *divinitatem ab hominibus* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *Dionys* ... . *cum* Agob. et ed. Gothofr. *Dionysium Stoicum* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. Cf. supra II, 2. — *Hercule* .... *ma responsionis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *Hercule ea nobis summa responsionis.* Malui: *Hercule erit summa responsionis* sc. quaerentibus. — *sic enim pro u* .... *meritis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *sic enim* (sc. ut Herculi) *pro uniuscuiusque meritis.* — *constan* .... *rit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi: *constanter confecerit* ex coni. Gothofredi. — *ad* .... *arenariae* Agob. et edd Gothofr. Rig. Edidi: *ad bestias auctorati arenariae* ex coni. Gothofredi. — *studiosiores* .... *ciunt* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex coni. Gothofredi: *studiosiores bestias conficiunt?* Mox pro *Si ob* Agob. et ed. Gothofr. vitiose praebent *Scio.* — *dulcis* ..... *tas* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *dulcis peregrinitas.* Malui edere: *dulcis libertas.* Mox Agob. *mendicitis* vitiose

minerunt Asclepiaden Cynicum unica vaccula, cuius et ***dorso vehebatur*** et si quando ubere alebatur, orbem totum oculis subegisse? Si ***Hercules*** etiam ad inferos adiit, quis hoc nesciat, viam ad inferos ***omnibus patere? Si ob caedes et pugnas*** plurimas? ***Edidit multo plures magnus*** ille Pompeius, ***piratarum victor, ipsam*** qui nec Ostiam ***salvam reliquerant: et quot milia, usque in*** unum ***angulum*** Byrsae ***Carthaginis caesi fuere?*** quo magis Scipio quam Hercules ***obtinendus divinitati*** deputatur. Adiicite potius titulis ***Her-***

pro *mendicitas*. — *praesti* .... *minerunt* Agob. et ed. Gothofr. *praestitit? Non meminerunt* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *et do* .... *et si quando* Agob. et ed. Gothofr. *et dorso vehebatur et si quando* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *Asclepiaden* Agob. *Asclepiadem* edd. Gothofr. Rig. Cf. de illa accusativi forma adnot. ad Apolog. cap. 11. ad Natt. I, 10. Asclepiades Cynicus est haud dubie ille Phliasius de quo Athen. Deipnos. IV, 19. p. 168. A. Hesych. Miles. in Menedemo p. 36. et 38. (ed. Orelli) Cic. Tusc. V, 39. Diog. Laert. II, 131. ubi cf. Intt. *si quando* h. e. quandoque. Cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 16. de locutione *si forte*. — *Si* .... *etiam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *Si Hercules etiam* ex coni. Gothofredi. — *omni* .... *as* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex mea coniectura: *omnibus patere? Si ob caedes et pugnas*. — *plurimas* .... *s ille* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex mea coni.: *plurimas? Edidit multo plures magnus ille*. — *Pompeius* .... *qui* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *Pompeius*, *piratarum victor*, *ipsam qui*. — *nec ostia sal* .... *n unum* Agob. *nec ostias* (ed. Rig. *hostias*) *al* ... . *n unum* edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *nec Ostiam salvam reliquerant: et quot milia usque in unum*. Piratas ante quam a Pompeio debellati fuerint ad ipsius Italiae oram accessisse pluresque urbes et inter has Ostiam diripuisse res nota est. V. Appian. Mithrid. 92. 93. Dio Cass. XXXVI, 5. Plut. Pomp. 24. Cic. pro lege Manil. 11 sq. Cf. Vell. Paterc. II, 31. Zonar. X, 3. Pompeium cum Hercule comparat similiter Plin. H. N. VII, 26. initio. — *agnulum Byrsae Cartha* .... *re* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi, supplevi et edidi: *angulum Byrsae Carthaginis caesi fuere? quo* sqq. De re v. Appian. Mithrid. cap. 127 sqq. *usque in unum angulum Byrsae* h. e. per viarum strages usque ad unum Byrsae angulum. — *ob* .... *ti deputatur* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *obtinendus divini-*

culaneis stupra puellarum, uxorum, et *fastus* Omphales, et ob decori pueri *amissionem turpiter* desertam militiam Argonautarum. Adiicite ad gloriam post *turpitudinis infamiam* etiam furias eius, adorate sagittas quae filios et uxorem *eius interemerunt*. Qui tunc dignius rogo sese inrogasset prae dolore *parricidiorum*, qui uxoris ob lasciviam venenis circumventus magis *metuerat ne inhonesta* morte moreretur, hunc vos de pyra in caelum *sublevastis illa* facilitate qua et alium ignis et divini *vi* confectum, qui pauca *experientiae* ingenia commentus dicebatur mortuos ad vitam recurasse. *Is Apollinis* filius, tam homo quam Iovis nepos,

tati deputatur. — *Hercula* .... *um* (*rum* ed. Rig.) *uxorum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *Herculaneis stupra puellarum*, *uxorum*. Gothofredo placuit: *Herculaneis stupra puerum*, *uxorum*. — *et factas Omfales* Agob. et ed. Gothofr. *et foetas Omfales* ed. Rig. Emendavi *et fastus Omphales*. Olim cogitavi: *et fascias Omphales*. De re v. Senec. Hippolyt. v. 317 sqq. Herc. Fur. v. 464 sqq. Ovid. Heroid. IX, 53 sqq. Fulgent. Mythol. II, 5. Apollod. II, 6, 3 sqq. Diod. Sic. IV, 31. Palaephat. de Incred. cap. 45. — *amissio* .... *desertam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi cum Gothofredo: *amissionem turpiter desertam*. V. Apollod. I, 1, 19. — *turpi* .... *am* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *turpitudinis omnis infamiam*. — *adorate sagittas* Agob. *auctorate* edd. Gothofr. Rig. vitiose. V. Hygin. Fabb. 31. et 241. Apollod. II, 4, 12. Tzetz. ad Lycophr. 48. Senecae Hercules Furens. — *uxorem* .... *erunt* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *uxorem simul eius interemerunt*. — *parri* (*parti* ed. Rig. vitiose) .... *qui* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *parricidiorum*, *qui* ex coni. Gothofredi. — *meru* (ed. Rig. vitiose: *metu*) .... *honesta* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi, supplevi et edidi: *magis metuerat ne inhonesta*. Comparativum *magis* trahe ad *inhonesta*. — *suble* .... *a facilitate* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *sublegistis ea facilitate*. Malui: *sublevastis illa facilitate*. — *et divini confectum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi *et divini vi confectum*. Particula *et* est pro *et quidem*; nisi forte praeplacuerit rescribere: *sed divini vi confectum*. — *pauca e* .... *ingenia* Agob. et edd. Gothofr. Supplevi et edidi: *pauca experientiae ingenia*. De voc. *ingenium* posito pro *artificium* cf. Apolog. cap. 49. ad Natt. I, 8. 16. II, 12. — *recurasse* ....*s filius* Agob. (Gothofredus secundis curis deprehendit adhuc

Saturni pronepos, *vel potius* spurius ut incerto patre ut Argivus Socrates detulit, *quippe expositum* repertum, turpius Iove educatum, canino scilicet ubere, *dignis, quod* nemo negare potest, fulmine haustus est. Malus Iuppiter *hic rursus* est, impius in nepotem, invidus in artificem. Sed enim *Pindarus meritum* eius non occultavit: cupiditatem et avaritiam lucri *vindicatam,* qua quidem ille vivos ad mortem, non *mortuos ad vitam* praevaricatione venalis medicinae agebat. Dicitur etiam mater eius eodem casu obisse; merito: *et tam periculosam mundo quae* bestiam ediderat isdem quasi scalis ad caelum erupisse. Et tamen Athenienses scient eiusmodi deis sacrificare; nam Aesculapio et matri inter mortuos

syllabam *nis* ante *filius*) *recurasse* .... *filius* edd. Gothofr. Rig. Edidi: *recurasse. Is Apollinis filius.* — *pronepos* .... *spurius* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *pronepos*, *vel potius spurius* ex coni. Gothofredi. Quod ad rem attinet eadem refert ex Tarquitio Lactant. I, 10. Socratis huius Argivi non semel meminit Plutarchus in Quaestt. Romanis. Cf. Diog. Laert. II, 47. De Aesculapii morte cf. Munck. ad Hygin. Fab. 49. Diod. Sic. IV, 71. p. 273. Intt. ad Lactant. l. l. ad Arnob. I, 41. et ad Min. Fel. Octav. cap. 21. et Firm. Matern. de Err. Profan. Relig. cap. 12. — *detulit* .... *repertum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *detulit*, *quippe expositum repertum.* — *ubere* ... . *nemo* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *ubere*, *dignus*, *quod nemo.* Male Gothofredus supplet: *ubere nutritum*, *quod nemo.* — *Iuppiter* ...... *sus est* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex coni. Gothofredi: *Iuppiter his rursus est.* Rigaltius supplendum putat ex Apolog. cap. 14.: *Iuppiter. si fulmen illius est.* — *pin* .... *um* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *Pindarus meritum.* Gothofredus voluit: *Pindarus vitium.* V. Pind. Pyth. III, 56 sqq. — *lucri* ...... *atam* Agob. et edd Gothofr. Rig. Edidi: *lucri vindicatam.* Gothofredo placuit: *lucri pervulgatam.* — *mortu* .... *praevaricatione* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex coni. Gothofredi: *mortuos ad vitam praevaricatione.* — *merito* .... *sam m* .... *bestiam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi ex mea coniectura: *merito; et tam periculosam mundo quae bestiam.* Gothofredo placuit: *merito iure quae tam malam bestiam.* De re narrata cf. Apollod. III, 10, 7 sqq. et ibi Heyne. Hygin. Fab. 202. et ibi Muncker (p. 343. ed. Staveren). — *Athenienses scient.* Rescribendum puto *Athenienses sciunt* vel potius *Athenienses solent.* — *inter mortuos parentant.* De cultu Thesei apud Athe-

parentant. Quasi non et ipsi Thesea suum *adorent, merito pari* deum. *Quidni? si* conservatricem suam in litore peregrino dereliquit, eadem oblivione, immo amentia, quae patri causa mortis fuit.

15. Longum foret recensere etiam de illis quos in sidera sepelistis et audaciter *deis ministratis*. Sic opinor digni de caelo Castores et Perseus et Erigona, quemadmodum et Iovis exoletus. Sed quid mirandum? etiam canes et *scorpios et* cancros in caelum transtulistis. Differo de his quos in oraculis *colitis; habent* testimonium *hoc* divini. *Quid?* et tristitiae deos arbitros esse voltis, *ut sit Viduus,* qui ani-

nienses v. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 621. — *Quasi non* h. e. Quid mirum? quasi non. De cultu Thesei cf. Pausan. Att. cap. 17. Plutarch. Thes. cap. 41. — *mer* .... *deum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *merito pari deum.* Gothofredus supplet: *merito deum.* Pro *adorent* in Agob. vitiose extat *adorarent.* — *qui nisi* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Corrigendum erat: *Quidni si.* Particula *si* est pro *siquidem*, uti saepius. De Thesei fabula adeas Plut. Theseo, Diod. Sic. IV, 61 sqq. Hygin. Fab. 41. —

15. — *dei* ...... *tratis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *deis monstratis.* Edere malui: *deis ministratis* h. e. caelo suppeditatis. — *Castores et Perseus et Erigona.* Cf. Lactant. I, 10. De Perseo v. Eratosth. Cataster. 22. Hygin. Poet. Astron. II, 12. de Castoribus v. Eratosth. Cataster. 10. Hygin. Poet. Astron. II, 23. de Erigona v. Hygin. l. l. II, 4. Apollod. III, 14, 7. Nonni Dionys. XLVII, 246. Mox in Agob. scriptum est *exsoletus* pro *exoletus.* — *scorp* ..... *cancros* Agob. et ed. Gothofr. *scorpios*, *cancros* ed. Rig. Edidi: *scorpios et cancros.* De canis signo v. Eratosth. Cataster. 33. Hygin. Poet. Astron. II, 35. et III, 34. de cancro Eratosth. Cataster. 11. et 17. Hygin. Poet. Astron. II, 23. et III, 22. de scorpio Eratosth. Cataster. 7. Hygin. Poet. Astron. II, 26. — *Differo.* Pariter ut supra *distulit* cap. 7., nempe in Apologetici capp. 22. 23. — *in oraculis* .... *et testimonium hic divini*, *qui* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *in oraculis consecrastis (et testimonium hoc divinitatis) qui.* Malui: *in oraculis colitis; habent testimonium hoc divini. Quid?* Appellat *divinos* peculiari sensu qui vaticinio pollent, de quo vocabuli usu v. Graev. ad Cic. Ep. ad Att. X, 4. Buenem. ad Lactant. I, 11. p. 64. Intt. ad Liv. I, 36, 4. et ad Petron. cap. 7. p. 43. ed. Burm. Hildebr. ad Arnob. III, 20. p. 282. *testimonium* sc. divinitatis. Cf. supra cap. 7. — *voltis* ....

mam corpore viduet, quem intra muros cludi *non admittendo* damnastis, item Caeculus, qui oculos sensu *exanimet, Orbana*, quae in orbitatem semina extinguat, et ipsius Mortis *est dea.* Ut cetera transvolem, etiam locorum urbisve loca deos *arbitramini ipsa, ut Ianum* Patrem, *ut divam arquis et Ianam* et montium Septemontium; *alios* illi faciunt qui in

dius Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *voltis, ut sit Viduus.* Gothofredus mavult: *voltis. Est et Viduus.* De deo Viduo Cyprian. de Idol. Vanit. cap. 2. „ut sit apud illos *Viduus* deus qui anima corpus viduet, qui quasi feralis et funebris intra muros non habetur, sed foris collocatur, et nihilominus, quia extorris factus, damnatur potius Romana religione quam colitur.“ — *no ...... tendo* Agob. et ed. Gothofr. *non permittendo* ed. Rig. Edidi: *non admittendo* ex coni. Gothofredi. *cludi.* Cf. adnot. ad Apolog. cap. 11. fin. ad verba „et caelum semel *clusit.*“ — *Caeculus.* V. Serv. ad Virg. Aen. VII, 678. Solin. cap. 2. Hartung. Relig. der Römer I, 88. et 311. — *exani ...... bana* Agob. et ed. Gothofr. *exani .... Orbana* ed. Rig. *exanimet, et Orbana* coni. Gothofredus. Olim malui: *exinaniat, Orbana. De Orbana* v. Cic. N. D. III, 25. et ibi Intt. Plin. H. N. II, 7. Cypr. de Idol. Vanit. l. l. Arnob. IV, 7. *semina* videtur dicere prolem, stirpem. — *Mortis ...... Ut* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *Mortis est dea. Ut.* De Morte dea v. Cic. N. D. III, 17. et ibi Intt. — *locorum urbisve loca* Agob. *locorum urbis vel loca* edd. Gothofr. Rig. *deos ar .... patrem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. (in quibus edd. tamen minoris spatii lacuna comparet) Supplevi et edidi: *deos arbitramini ipsa, ut Ianum Patrem.* Gothofredus supplet: *deos arcuum, Ianum patrem.* De Iano v. Intt. ad Ovid. Fast. I, 95. Plut. Quaestt. Rom. 40. et 22. Intt. ad Horat. Od. IV, 15, 8. Becker. Röm. Alterth. I, p. 119. et 255. Liv. I, 19. Varro L. L. V, 164. — *et diva arquis et Iana* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus emendandum putat: *Est et Diva Arquis et Iana.* Edidi ex mea coni. *ut Divam arquis et Ianam.* De Diva Iana, quae eadem est cum Diana cf. Varro de R. R. I, 37. et de L. L. V, 68. Macrob. Saturn. I, 9. Ios. Scalig. de Emend. Tempor. II, p. 174. (ed. 1629.) et Isagog. Chronolog. Canon. p. 186. et p. 162. Adde inprimis Ael. Spartian. V. Severi p. 71. ed. Salmas.: „Opera publica praecipue eius extant, Septizonium et thermae Severianae. Eius denique etiam *ianuae* in transtiberina regione ad portam nominis sui, quarum forma intercidens statim usum publicum invidit.“, ad quem locum Salmasius adnotat in optimo suo ms. libro scriptum extare *ianae* pro *ianuae*, *Ianas*que esse dictos ut *Ianos* ex ver-

isdem locis aras vel aedes habent, praeterea *alios qui* in alieno loco aut mercedibus habitant. Taceo Ascensum *a scansione et Clivicolam* a clivis; taceo deos *Forculum* a foribus et *Cardeam a cardinibus* et liminum Limentinum, sive qui alii inter vicinos *apud vos numinum* ianitorum adorantur.

bis statim insequentibus recte colligit. — *montium Septemontium .... illi* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni. *montium Septemontium habitantium illi.* Olim putavi: *montium septem Montinum* vel *Montinum septem montium.* Deum *Montinum* enim aliquem commemorat etiam Arnob. IV, 9. Cf. etiam Commodiani Instr. I, 21. ed. meae et quae ibi adnotavi. Retinui tamen Agobardini libri scripturam cum appareat ex loco de Idololatr. cap. 10. Tertullianum de Septimontiali sacro deum aliquem *Septemontium* vel *Septimontium* finxisse. De sacro vero illo adeundi sunt Intt. ad Fest. s. v. Varro de L. L. VI, 24. Edidi ex mea coni. *Septemontium* (in loco de Idol. 10. Cod. Agob. praebet *Septimontium)*; *alios illi.* — *praeterea .... in alieno* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Dedi ex mea coni.: *praeterea alios qui in alieno*, sensu aperto. Gothofredus supplet: *praeterea et qui in alieno.* — *Ascensum .... et Levicoiam* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi, supplevi et edidi: *Ascensum a scansione et Clivicolam.* Gothofredus putavit: *Ascensum ab ascensu et Levicliviam.* Ceterum deum *Ascensum* Cyprian. de Idol. Vanit. cap. 2. *Scansum* appellat. *Clivicolam* (sic edidi ex emend. Rig.) deam nusquam memoratam invenio alibi. Cf. Augustin. C. D. IV, 8. „Nec agrorum munus uni alicui deo committendum arbitrati sunt, sed rura deae *Rusinae*, iuga montium *Iugatino* deo, collibus deam *Collatinam*, vallibus *Valloniam* praefecerunt.“ — *Forculum.* Cf. Cyprian. l. l. Augustin. IV, 8. fin. „tres deos posuerunt *Forculum* foribus, *Cardeam* cardini, *Limentinum* limini.“ Cf. id. VI, 7. Forculum, Cardeam et Limentinum deos Tertullianus commemorat etiam de Idololatr. cap. 15. de Corona cap. 13. fin. cf. adv. Gnost. cap. 10. Arnob. IV, 9. qui praeter Limentinum et *Limam* aliquam liminum deum inducit. — *deos aforculinum* Agob. quod emendandum forte in *deos et Forculum. deos Forculum* edd. Gothofr. Rig. — *et Car .... nibus* Agob. et edd. Gothofr. *et Cardeam a cardinibus* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *ap .... num* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *apud vos numinum.* Gothofredo placuit: *inter ricinos*, *apuas*, *titinnum ianitorum* quod perquam ineptum est. Inter vicinos autem isti dii habentur quia per cardines, fores et limina mutuum vicinorum fit commercium; *numina ianitores* autem dixit ut de Oratione cap. 1.

Quid enim magnum? cum et *deos* habeant in lupanaribus, in *culinis* et in imo carcere? *Innumeris rerum* itaque *propriarum caelum impletur* his aliisque Romanorum deis, quibus totius vitae officia distribuuntur, taliter ut ceteris deis opus non sit. Immo cum privatim apud Romanos deputentur quos supra signavimus, nec facile foris cogniti, quomodo ea omnia, quibus illos praeesse voluerunt in omni genere humano, et in omni gente proveniunt ubi praedes eorum non modo honore, sed ipsa quoque notitia carent?

16. Sed enim quidam fructus et necessaria victui demonstraverunt: Quaeso vos, cum dicitis invenisse illos, *nonne confitemini* prius fuisse quae invenirentur? Cur ergo non auctorem *potius honoratis* cuius haec dona sunt, sed aucto-

„*evangelium expunctorem* totius veritatis." Cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 25. ad verba „Graeciam debellatricem." — *cum et .... habeant* Agob. *cum et habeant*, sine lacunae signo, edd. Gothofr. Rig. Supplevi: *cum et deos habeant*. — *in lupanaribus*. Forte huc pertinent praeter Priapum etiam Libentina et Burnus, quos commemorat Arnob. IV, 9. Libentinae nomen est a libidine, Burni, si vera est scriptura Cod. Parisini, videtur ab eadem radice derivandum qua graecum πόρνη. — *in cunilis* Agob. *in culinis* edd. Gothofr. Rig. Sic culinis inter alia numina praefuerit Lateranus deus, de quo v. Arnob. IV, 6. et 11. Forte huc retulerit Tertullianus etiam Lares, Penates et Vestam. Cf. Arnob. II, 67. meae editionis. — *in i .... itaque propr .... aliisque* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi ex mea coni. *Innumeris rerum itaque propriarum caelum impletur his aliisque.* Nec displiceret si scriberes: *Innumeris caelum itaque propriis augetur hisce aliisque* Gothofredus supplet: *in usu singuli illi itaque proprio similes aliique.* — *ubi praedes eorum* sc. Romani. Sanavi locum post verba *notitia carent* interpunctionis signo posito.

16. — *et ne ...... ia victui demonstraverunt* Agob. et ed. Gothofr. *et necessaria victui demonstraverunt* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. *demonstraverunt:* sc. et hinc inter deos recipi ab hominibus meruerunt. Verba sunt ex mente gentilium prolata, unde Gothofr. et Rig. interrogationis signum posuerunt, quo tamen supersedere possumus. — *non ..... fitemini* Agob. et ed. Gothofr. qui coni. *non et confitemini.* In ed. Rig. est: *non confitemini.* — *po ...... noratis* Agob. et ed. Gothofr. *potius honoratis* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *repertores? ...... quam invenisset* et edd.

rem transfertis in repertores? ***Nonne ipse qui*** invenisset utique auctori gratias egit, utique illum deum sensit ***cuius vere est*** ministerium institutoris, a quo et ipse institutus est qui invenit ***et illud ipsum*** quod inveniretur. Ficum viridem Romae nemo noverat ***Africanam cum*** Cato senatui intulit, ut quo iam provincia hostilis esset, cui ***subigendae*** semper instabat, exprimeret. Cerasium Cn. Pompeius de Ponto ***primus*** Italiae provolgavit. Potuerunt mihi novorum apud Romanos pomorum ***inventores hi meruisse*** praeconium divinitatis. Tam vanum hoc quam etiam ***ob artium*** commenta deos haberi; quibus si comparentur nostrae aetatis ***artifices, multo*** dignius

Gothofr. Rig. Gothofredus coni.: *repertores? nam priusquam invenisset.* In Agob. est: *repertores ..... q; invenisset.* Supplevi et edidi: *repertores? Nonne ipse qui invenisset.* — *sensit .... ministerium institutoris* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *sensit cuius vere est ministerium institutoris.* Gothofredus minus commode coni.: *sensit cui praebuit ministerium inventoris* vel: *sensit penes quem magisterium institutoris.* Voc. *ministerium* h. e. idem significat quod munus, negotium, officium, meritum. — *invenit .... sum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *invenit et illud ipsum*, ex coni. Gothofredi. — *Ficum viridem* h. e. recentem. Narratiunculam de Catone habes apud Plin. H. N. XV, 18. — *noverat .... um* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *noverat Africanam cum.* Male Gothofredus: *noverat cum Africanam.* — *ut quo iam* Agob. et ed. Rig. *ut quoniam* ed. Gothofr. vitiose, sed corr. in erratis. *quo* Gothofredus recte interpretatur: quo loco quam proximo. Plin. l. l. „tam prope a muris habemus hostem." — *sub .... semper* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus coni.: *subiugandae* (vel *substruendae*) *semper.* — *Cerasium* Agob. *cerasum* edd. Gothofr. Rig. V. quae adnotavi ad Apolog. cap. 11. — *de Ponto ...... Italiae provolgavit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *de Ponto primus Italiae provolgavit*, ex coni. Gothofredi. *Provulgare* verbum Tertullianus usurpat etiam adv. Marcion. IV, 21. et de Virg. Veland. cap. 13. Cf. Sulpic. Sever. H. S. II, 5. Sidon. Apollin. IX, 11. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 11. — *pomorum .... ruisse* (*tuisse* Agob.?) Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *pomorum inventores hi meruisse* ex coni. Gothofredi. — *etiam .... commenta* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *etiam ob artium commenta.* — *aetatis .... o* (*eo* Agob.?) *dignius* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *aetatis artifices multo dignius*

posteris quam prioribus consecratio competisset. *An non* in omnibus iam artificiis antiquitas exolevit, usu quotidiano *ubique* instruente novitatem? Atque adeo quos ob artes *sanctificatis, eos* in ipsis artibus et provocatis in *aemulos* insuperatos.

17. Denique *Romae auctoribus* suis non negatis omnibus his quos deos antiquitas voluit, posteritas *credidit amantissima* superstitionum, *restat illa* praesumptio, *cui iam congrediendum habemus,* propterea scilicet Romanos totius orbis *domi-*

ex coni. Gothofredi. — *competisset* ... *on* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *competisset. An non.* Possis etiam: *nec non.* Gothofredus supplet: *competisset, quandoquidem.* Male. — *quotidiano* ..... *instruente* Agob. teste et Gothofr. in adnot., ubi haec profert: „Inter *quotidiano* et *instruente* deest vocula, cuius extrema littera *e* adhuc comparet in MS., quare scribo *ubique.* In edd. Gothofr. et Rig. extat: *quotidiano instruente*, sine lacunae signo. — *sanctifi* .... *in ipsis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Scripsi ex suppl. Gothofredi: *sanctificatis, eos in ipsis.* In seqq. pro *aemulis*, quod in Agob. et edd. Gothofredi et Rig. extat emendavi *aemulos.* Recentioris aetatis artifices dicit aemulos insuperatos, adversus quos nefas sit provocare antiquitatis istos sanctificatos artium inventores, utpote qui ex certamine nunquam victores prodituri sint. Gothofredus hunc sensum loco inesse putat: Deos illos sanctificatis, honoratis ob artes quasdam singulares, atquin ita seu eo ipso eos offenditis, quandoquidem qui ob unam artem deum colit, eo ipso offendit, quia in aliis artibus inferiorem eum agnoscit; *in aemulis* h. e. in aliis et diversis artibus, in contrariis.“ Quae loci explicatio vereor ut probationem apud lectores sit habitura. —

17. — *Denique* .... *toribus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *Denique Romae auctoribus* ex suppl. Gothofredi. — *posteritas c* (*p* ed. Gothofr. sed corr. in erratis) .... *superstitionum* ...... *l* .. *praesumptio* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *posteritas credidit amantissima superstitionum, restat illa praesumptio.* Gothofredus supplet: *posteritas credidit, postremum nobis superest adhuc illa Romanarum superstitionum perridicula praesumptio.* — *cui* .... *bemus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *cui iam congrediendum habemus.* Gothofredus supplet: *cui adversus vos nationes congredi habemus.* Cf. Apolog. cap. 25. — *orbis domin* .... *se* Agob. et edd.

dominos factos fuisse, quod officiis religionum meruerint *dominare sic ut omnibus locis* praevaleant. Nimirum Sterculus *et Mutunus et Larentina* hoc imperium *pepererunt*, seu Romanorum *destinando dominationi gentem* extraneo potius *dei peregrini populo favisse voluerunt quam suo*, *terrae desertores* et destitutores, *immo proditores*, *in qua nati*, *adulti* sepultique sunt. Ita nempe *Iuppiter Cretam suam Romanis* fascibus *premi sineret*, oblitus antrum illud Idaeum *et nutricis suae iucundissimum* odorem. Nonne omni Capi-

Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *dominos factos fuisse.* — *domina .... cis praevaleant* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *dominare sic ut omnibus locis praevaleant.* Gothofredus supplet: *dominatum orbis: sic ut nulli hostes eis praevaleant.* — *Sterculus* (ed. Gothofredi mendose: *Sterculius*) .... *hoc* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *Sterculus et Mutunus et Larentina Romanis peperit hoc*, tum ex Apologetico, tum ex vestigiis fugientis scripturae. — *imperium* .... *seu Romanorum* Agob. et ed. Rig. *imperium Latio* (voc. *Latio*, quod non est in MS. in Erratis deletur) .. *seu* ed. Gothofredi, qui supplevit: *imperium. Virtus.* — Edidi: *imperium pepererunt seu.* — *Romanorum distin .... tem extraneo* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *Virtus Romana destinatum ad imperium quid? Nec prae natali solo putem extraneo.* Edidi: *Romanorum destinando dominationi gentem extraneo.* — *potius .... tores* Agob. et edd. Gothofr. Rig. (in quibus tamen ut plerumque hoc capite minus lacunae spatium expressum est). Gothofredus supplet: *potius deos imperio voluisse favisse*, *alioquin impios desertores.* Malui: *potius dei peregrini populo favisse voluerunt quam suo*, *terrae desertores.* — *et destitutores in .... ti sepultique sunt.* Agob et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *et destitutores*, *immo proditores patrii soli in quo nati adulti*, *nobilitati sepultique sunt.* Edidi: *et destitutores*, *immo proditores*, *in qua nati*, *adulti sepultique sunt.* — *Ita nempe* .... *oblitus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *Ita nempe Iuppiter Cretam suam Romanis fascibus premi sineret oblitus*, secundis curis haec fugientis scripturae vestigia aperte deprehendisse sibi visus: .... *ms* .... *nis fascibus pr* .... *oblitus.* — *Idaeum* .... *dissimum odorem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *Idaeum Corybantiaque aera et nutricis suae illic iucundissimum odorem.* Edidi: *Idaeum*

tolio *tumulum suum praeposuisset*, ut illa potius terra regnaret *quae Iovis cineres tegit? Vellet Iuno Punicam urbem* posthabita Samo dilectam et utique Aeneadarum ignibus adoleri? Quod *sciam:*

hic illius arma,
Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, iam tunc tenditque fovetque.

Misera adversus fata non valuit. Nec tamen tantum honoris Romani *fatis decreverunt*, ut dedentibus Carthaginem sibi, quantum Larentinae. Si dei isti conferendi in *potestate imperii, unde reges ipsi? Regnavit* enim Iuppiter Cretae et Saturnus Italiae et Isis Aegypto. *Et cur denique* regnaverunt quibus etiam operati plerique traduntur? *Ita qui servit et dominos* facit, et dediticius Admeti cives Romanos *imperare vult, dum liberalem* cultorem suum Croesum ambiguis

et nutricis suae iucundissimum odorem. — *Capitolio* .... *ut illa* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex coni. Gothofredi: *Capitolio tumulum suum praeposuisset, ut illa.* — *regnaret* .... *posthabita* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex suppl. Gothofredi: *regnaret quae Iovis cineres tegit? Vellet Iuno Punicam urbem posthabita.* — *adoleri* .... *hic* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex coni. Gothofredi: *adoleri? Quod sciam: hic.* Virg. Aen. I, 20 sqq. et Apolog. cap. 25. — *satis decreverint, ut dede* ...... *Carthaginem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *fatis decreverunt, ut dedentibus Carthaginem.* V. Apologeticum. — *in pote* .... *vit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredi coni.: *in potestate. Regnavit.* Supplevi et edidi: *in potestate imperii, unde reges ipsi? Regnavit.* V. Apologeticum. Gothofredus quo suum tueatur supplementum haec adnotat: Et si quaedam his similia in Apologetico occurrant, attamen longe alius ibi sensus. Hic enim vult, si dei aequales potestate sunt, alterum alteri cedere non debuisse. — *Aegypto* .... *regnaverunt* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *Aegypto. Non minus regnaverunt.* Malui: *Aegypto. Et cur denique regnaverunt.* — *Itaque* .... *minos* (edd. Gothofr. et Rig. *mines*) *facit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *Ita qui servit et dominos facit.* Gothofredus supplet: *Ita quis alios dominos facit?* — *imper* .... *lem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi: *imperare vult, dum liberalem.* Gothofredus supplet: *imperare*

sortibus fallendo *perdidit? Quid* timebat *deus* verum constanter praenuntiare regno *excidendum esse illi? Aucti* potestate regnandi *quaque* veluti urbes suas tueri *unquam* potuissent! Si Romanis praestitisse valuerunt, cur Athenas a Xerxe Minerva non defendit? vel cur Delphos de manu Pyrrhi Apollo non eruit? Servant urbem Romam qui suas perdiderunt! Si hoc religiositas Romana meruerit, *quid?* non post summum imperium auctis iam rebus superstitio quaesita est? Etsi a Numa sacra introducta sunt, nondum tamen aut simulacris aut templis res vestras divina frustrabant. Frugi religio et paupertina superstitio, *altaria temeraria* et vasa sordida et nidor *parvus* ex illis et deus ipse nusquam. *Ergo non ante* religiosi quam maiores, quia religiosi. Atquin quo-

voluit. Qualem. V. Herodot. I, 50. Diod. Sic. XVI, 56. Mox Agobs pro *Croesum* praebet *Croesion.* — *fallendo .... timebat deum* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi, emendavi et edidi: *fallendo perdidit. Quid timebat deus.* Gothofredo placet: *fallendo perdidit, timebat enim.* — *regno exc .... potestate* Agob. et edd. Gothofr. Supplevi et edidi: *regno excidendum esse illi? Aucti potestate.* Gothofredo placet: *excidium. Et alioquin accepta potestate.* — *regnandi quoque velut in urbe.* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi, emendavi et edidi: *regnandi quaque veluti urbes.* — *tueri .... potuissent. Si* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *tueri unquam potuissent. Si* Gothofredo placuit: *tueri omnino potuissent eas. Si.* — *Romanis praestitisse* sc. imperium. — *Pyrri* Agob. V. Pausan. Phoc. 7. initio. Strabo IX, p. 421. Cf. Eurip. Androm. v. 51 sqq. et v. 1090 sqq. — *Servant urbem Romam* Agob. *Servaverint urbem Romam* edd. Gothofr. Rig. — *qui suas* (sc. urbes) Agob. *qui sua* edd. Gothofr. Rig. — *meruerit, qui non* Agob. *meruit, atqui non* edd. Gothofr. Rig. Emendavi: *meruit, quid? non.* — *frustrabant* i. e. decipiendo spoliabant, fraudabant. — *superstitio .... eraria* (ed. Gothofr. in adnot. praebet: *erariae*) Agob. Gothofr. *superstitio, altaria temeraria* ed. Rig. *arae temerariae* coni. Gothofredus. Cf. Apolog. cap. 25. — *nidor ...... ex illis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *nidor parvus ex illis*, ex coni. Gothofredi. — *nusquam .... religiosi* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *nusquam. Ergo non ante religiosi*, ex coni. Gothofredi, qui fugientis scripturae vestigia: ...... *on ante* adhuc agnovit. — *Atquin quomodo .... religionem* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplevi et edidi: *Atquin quomodo propter religionem.* Olim malui: *Atquin quomodo*

modo *propter* religionem et deorum profundissimam curam imperium Romanis *quaesitum* videri possit, quod laesis potius deis auctum est? Nisi fallor enim omne regnum vel imperium bellis quaeritur et bellis ampliatur porro. *Laeduntur victoribus* et dei urbis. Nam eadem strages et moenium et templorum, pares caedes et civium et sacerdotum, *eaedem* rapinae profanorum et sacrorum. Tot sacrilegia Romanorum quot tropaea, tot dein de deis *quot de gentibus* triumphi. Manent *et* simulacra captiva, et utique *si sentiunt Romanos* non amant. Sed quia nihil sentiunt, inpune laeduntur, *quique inpune* laeduntur, frustra adorantur. Itaque quorum fastigium *per proelia* adultum est, non possunt videri religionis meritis excrevisse, *sive crescendo laesores religionis,* sive laedendo creverunt. Regnum universae nationes *pristinis* temporibus habuerunt, ut Assyrii, ut Medi, ut Persae, ut Aegyptii, *est et adhuc* penes quosdam, et tamen qui amise-

summam ob religionem. — *Romanis .... videri* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi: *Romanis quaesitum videri*, ex coni. Gothofredi. — *Nisi fallor enim.* De particula *enim* tertio loco posita cf. I, 9. Apolog. cap. 31. — *porro .... ib et dei urbis* Agob. et ed. Rig. *Porro bella .... ib et dei urbis* ed. Gothofr. sed in adnott. voc. *bella* deletur. Gothofr. supplet: *Porro cedunt victoribus et dei urbis.* Malui edere: porro. *Laeduntur victoribus* et d. u. — *eadem rapinae* Agob. *eaedem rapinae* edd. Gothofr. Rig. — *tot deinde dei .... ibus triumfi.* Agob. et ed. Gothofr. *tot de deis quot de gentibus triumfi* ed. Rig. Edidi: *tot dein de deis quot de gentibus triumphi*, ex coni. Gothofredi. In Agob. post *manent* demum interpunctio comparet. — *at* (edd. Gothofr. Rig. *et*) *simulacra captiva et utique senti .... os non amant.* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Emendavi, supplevi et edidi: *et simulacra captiva et utique si sentiunt, Romanos non amant.* — *laeduntur .... laeduntur* Agob. et ed. Gothofr. *laeduntur et qui non laeduntur* ed. Rig. Malui: *laeduntur quique impune laeduntur.* — *fastigium .... adultum est* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Recepi Gothofredi coniecturam: *fastigium per proelia adultum est.* — *excresisse .... nis* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Gothofredus supplet: *excrevisse, qui uti diximus crescendo laeserunt.* Malui: *excrevisse, sive crescendo laesores religionis.* — *nationes .... temporibus* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Supplendum:

runt non sine religionibus et cultu et depropitiorum deorum *morabantur, donec Romanis* cessit universa paene dominatio. Sors temporum ita volutat *regna.* Quaerite quis temporum vices ordinavit. Idem regna dispensat, et *nunc* penes Romanos eam summam tanquam pecuniam de multis nominibus exactam in unam arcam congregavit. Quid de ea statuerit sciunt proximi ei.

nationes pristinis (vel: *antiquis*) *temporibus.* — *ut Aegyptii* ... . *uc* Rig. et *penes quosdam* Agob. *ut Aegyptii* .... *aut* (in ed. Gothofr. *uc* correctum est in erratis) *penes quosdam.* Edidi: *ut Aegyptii, est et adhuc penes quosdam*, ex coni. Gothofredi. — *et depropitiorum.* Dii *depropitii* sunt qui non amplius sunt propitii, immo irati atque infesti; *et* est pro *etiam.* Ceterum nemo non videt respici his verbis potissimum Iudaeos. — *mora* .... *cessit* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex verissima coniectura Gothofredi: *morabantur, donec Romanis cessit.* — *volutat* ..... *Quaerite* Agob. et edd. Gothofr. Rig. Edidi ex suppl. Gothofredi: *volutat regna. Quaerite.* — *et* .... *penes* Agob. et ed. Gothofr. *et nunc penes* ed. Rig. ex coni. Gothofredi. — *numinibus.* Gothofr. coni. *et numinibus.* In ed. Rig. recte extat *nominibus.* Subscriptio in Cod. Agobardino est: AD NATIONES LIBER. II. EXPLICIT. —

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 1. lin. 24. post voc. *Uticensis* pone punctum.
p. 2. - 8. Corrige: *enumeratur. Quod autem.*
ibid. - 30. sqq. Cum haec relego et retracto, propemodum vereor ne nimis leviter istam Codd. MSS.torum formam *Apologeticum* tetigisse quibusdam iure videar. Neque exempla illa quae attuli *Policraticum* (sic pro *Policraticus* in aliquibus exemplis manu exaratis libri Ioannis Sarisberiensis scriptum me invenisse memini) et *Satyricon*, quae Petroniani operis inscriptionis forma a plerisque saltem hodie pro nominativo accipitur, rem satis expedire valent. Sed etiamnunc haereo quomodo Codd. Mscriptorum auctoritati, quae utique servanda videbatur, interpretando satisfaciam. Licet enim minime absit a specie veri eiusmodi neutralem formam, ut *Apologeticum*, sequiori aetate obtinuisse pro vulgari et usitato loquendi usu, quoniam tamen etiam glossaria, quotquot innotuere, illam non norint aut certe non ita norint, ut significationem, quam libri Tertullianei inscriptio postulat, simul firment, iudicium nostrum de ea re nunc comperendinandum ducimus. Possit quidem dici *Apologeticum* vel *Ἀπολογητικὸν* (sc. *βιβλίον*) Graeca magis ratione, pro: *Apologeticus* (sc. liber), quae est forma magis Latina, nec ita dissimilia sunt duplices vocabulorum formae ut „Vocabularius“ et „Vocabularium“, „Commentarius“ et „Commentarium.“ Papiae explicatio: „Apologeticum, satisfactionis iudicium, verum testimonium“, certe vocabuli formam in usu fuisse firmat. Neque altera videtur hic reticenda explicandi via. Quid? si statuamus „Apologeticum“ esse genitivum et Tertullianum aut singulari suo

operi inscripsisse „Apologeticûm Liber“ h. e. „Liber rerum quae pertinent ad defendendam causam Christianorum“, aut sub „Apologeticûm“ nomine una comprehendisse et hunc singularem et duos ad Nationes libros factumque esse tempore et casu, ut, cum huic operi simplice titulo „Ad Nationes Libri“ satis provisum videretur, illi alteri „Apologeticûm Liber“ inscriptio remaneret, quam cum non satis commode interpretari sibi scivissent librarii, soloecismum suspicati in „Apologeticus“ immutaverint. Sed et hoc memorandum restat in meis libris manu exaratis omnibus inscriptum esse simpliciter „Apologeticum“ non „Apologeticum Liber.“

p. 4. lin. 18. adn. post *dep* puncti signum operarum incuria excidit.

ibid. - 20. adn. pro *delata* corrige *deleta.*

p. 8. - 26. adn. pro *wenigstens wenn sie verurtheilt* corrige: *sicher verurtheilt. Certe* enim h. l. pro *certo* positum est.

p. 13. - 3. adn. pro *ablativa* repone *ablativos.*

p. 29. - 6. post *revelaverat* (quod refer ad *nomen Christianum*) delendum comma. Detulit ad senatum Tiberius de nomine Christiano publice probando sectaeque, ut iam legitimae, auctore consecrando.

p. 32. - 6. pro *nullas* repone *nullus.*

p. 33. - ult. adn. pro *collutarum* lege *collaturum.*

p. 36. - 5. vocabulum *votum* interpretandum *nuptiae*, sensu apertissimo. Cf. adn. ad Libr. II, cap. 11. ad Natt. p. 376.

p. 43. - 8. operarum incuria excidit puncti signum ante *Credite.*

p. 44. - 4. adn. pro *tanqum* repone *tanquam.*

p. 48. - 8. adn. De verbi *respondere* significatu altera explicatio vera est. Cf. Fr. Gronovii Observatt. II, 4. p. 122 sqq. ed. Fr.

p. 51. - 8. Non opus est correctione *sacratos* pro Codd. MSS. scriptura *sacratus*, modo *signare* verbum hic sumas pro *initiare.* Sic supra p. 43. usurpatum erat *consignatus.* Vocabulum *istic* pro pronomine non pro adverbio accipias.

p. 52. - 3 Contra Codd. MSS. auctoritatem reponendum omnino videtur: *qui de a r e n a e ferinis obsoniis coenant.*

ibid. - 5. *detersit.* Verbum *detergere* h. l. potius ἐκδέρειν significare videtur.

p. 54. - 5. *Auditio* significat h. l. iudicium. Sic apud sequioris

aetatis scriptores *audientia* eodem significatu saepissime reperitur.

p. 56. lin. 5. Quid? si *sanguinis* pro nominativo habueris? Eum certe apud Afros scriptores in usu fuisse aliquid forte testimonii est in Arnobii loco adv. Nat. I, 59.: „Nonne aliud haec utria, aliud dicitis hos utres, caelus et caelum: non item pileus et pileum: non item crocus et crocum: non item fretus et fretum? non item apud vos est positum hoc pane et hic panis, hic *sanguinis* (ita habet Cod. Paris.) et hoc sanguen etc.

p. 58. - 6. adn. pro *Agab.* corrige *Agob.*

p. 65. - 5. post voc. *consecratus* tolle interpunctionem.

p. 79. - 3. Hodie mihi non dubium est quin verbum *praefari* hic usurpatum sit pro: in primaria causa esse, primos auctores esse. Concinit et alter locus ad Natt. I, 10. p. 306. Inducenda igitur sunt quae de isto loco adnotavi.

ibid. - 6. pro *proterea* repone *propterea.*

p. 80. - 4. *testimonium Socrati reddidit* h. e. verum reddidit eius de diis iudicium.

p. 88. - 11. *quamquam* inusitate positum nunc censeo pro *quantumvis* vel *maxime.*

p. 89. - 2. *totos cantherios.* Quae adnotavi ad haec verba nihili sunt. Heraldo est omnino adstipulandum.

p. 91. - 3. adn. pro *ut enim* reponendum *at enim.*

ibid. - 32. adn. Error erat cum iudicarem voc. *Victorias* littera initiali maiuscula non esse scribendum.

p. 95. - 7. *Ὀνοκοίτης.* Plura de hoc vocabulo eiusque scriptura et sinceritate habes in Apparatu Nurrisiano.

p. 99. - 16. adn. pro *Copd.* corrige *Codd.*

p. 100. - 6. *Novit* sc. anima. *ab illo* sc. a deo. *inde* sc. a caelo.

p. 102. - 13. adn. pro *Si* repone *Sic.*

p. 106. - 12. pro *Danaus in Argo*, ut Cod. Fuld. praebet, emendandum omnino *Danaus in Argos.*

ibid. - 35. post voc. *potest* tolle interpunctionem.

ibid. - ult. emenda: *disserendo commorarer.*

p. 107. - 28. pro *God.* lege *Cod.* Sequenti linea post verba: *dei vestri.* desinit Cod. Fuld. segmentum.

p. 108. - 5. Malim omnino nunc Codd. MSS. sequi auctoritatem qui praebent: *nostri. Si quem.*

p. 111. - 2. Emenda: *Phalereus*, quamvis invitis libris.

p. 115. - 6. sq. *aliquanto novellam.* De ellipsi comparativi *magis* exempla et locos invenies in indice grammatico.

p. 116. lin. 11. Hodie distinguere placet: *ut deo. Totum* sqq. Gratia apud *totum deum* est gratia plenissima.
p. 130. - 26. adn. pro: *Apte citat* corrige: *Apte se putat citare.*
p. 132. - 5. pro *respondemus* reponendum *respondeamus.*
p. 135. - 29. adn. pro *usurpatis.*" repones *Christianis?*
p. 138. - 4. Reponerem *operentur.*
p. 146. - 11. *et si quid ad dedecus facit* h. e. et quod maxime ad dedecus facit.
p. 148. - 13. *Minoën et Radamanthum.* Ita libri omnes, tam scripti quam typis excusi. Emendandum: *Minoem.*
p. 181. - 3. sic distinguendum: *adulatione, tanquam si habens imperatorem alterum appelles. Nonne* sqq. Excipiunt se enim *Tanto abest — tanquam.*
p. 187. - 26. sq. dele quae de particula *adeo* adscripsi. Vulgaris est eius h. l. usus pro *etiam.*
p. 188. - 24. sqq. adn. repone: *novos se ipsos proximo tempore imperatores.* Sequentia: *Aliena — — simulant* prorsus delenda. *Aliena* enim simpliciter est pro *aliorum.*
p. 190. - ult. et p. 191. lin. 1 — 2. adn. corrige ita: *quibus (sc. moribus) divinitas imperat (sc. fungi) tam vere quam circa omnes necesse habent (h. e. debent sc. mores) exhiberi.*
p. 201. - 1 et 2. distingue sic: *congregatur: modicam unusquisque stipem menstrua die vel cum velit* sqq.
p. 204. - 7. Repone vulgatam interpunctionem. Retraho sententiam meam in adn. propositam.
p. 207. - 31. adn. Dele verba: *Ceterum — — inopes.*
p. 208. - 1. Repone omnino *ordinem* ex Codd. MSS. auctoritate. *Ordo* est enarratio ordine et iusta rerum serie instituta. Cf. p. 136.
p. 213. - 2. adn. pro *cinerescunt* repone *cineres sunt.*
p. 218. - 5. post *patiatur* pone comma.
p. 226. - 3. *cum aliquo utique praesidio* sc. Christi.
ibid. - 6. post *possitis* pone interrogationis signum.
p. 229. - 7. lege *maliloquio* pro *maleloquio.*
p. 237. - 4. sq. adn. Dele verba: *Christianum — — contentum esse.* Res obscoena, de mutato in concubitu sexu, significatur.
p. 240. - 28. pro *patram* lege *patriam.*
p. 241. - 5. sq. repone ex codd. MSS. omnino: *veritatis interpolator et integrator et expressor.* Veritatem *integrat* qui restituit, *exprimit* qui explicat et manifestat.

p. 243. lin. 3. Emendandum omnino: *offenderunt, digestis eis pro instituto curiositatis* sqq.

p. 248. - 2. Emendandum sine dubio: *arcani sub terra aeternam ad poenam* sqq.

p. 273. - 5. repone *confitetur*, et lin. 10. tolle interpunctionem post *confessos*.

p. 279. - 2. sqq. Dele verba: *quam de secta inspectionem auctoris retinere. h. e. quam — — cognosceretur secta.* Praepositio *de* valet *propter*, ut saepissime apud Tertullianum. Hinc iam omnia perspicua.

p. 286. - 8. post *estis* ponendum semicolon.

p. 291. - 1. lege: *atrocitatum.*

p. 300. - 5. lege: *contumeliosissimum.*

p. 305. - 2. sqq. Dele quae male converti et repone: *Ich übergehe was des gemeinen Volks oder einer gotteslästerlichen Zunge im Betreff der Gläubigkeit der Vorfahren passlich (hier zu sagen) erscheinen wird.*

p. 307. - 17. Emendandum omnino: *quod Ditis Pater.*

p. 308. - 1. repone *quod Mercurius* ex Cod. Agob. et ed. Gothofr.

p. 310. - 10. repone *lineamenta.*

p. 314. - 1. Pro *ipsorum praelegistis* quod Cod. Agob. praebet, nunc minime scriberem *ipsum praelegistis* cum Rigaltio. Vix dubium est quin sub *ipsorum* corruptela genuinum lateat vocabulum *Iudaeorum.* Ut enim sequentia docent et locus similis in Apolog. cap. 16. significantur sabbata Iudaeorum ab Romanis superstitiosis quoque celebrari iampridem coepta.

p. 317. - 4. adn. pro *praebent* corrige *praebet.*

p. 319. - 2. Scripsit Tertullianus proculdubio: *cum matribus liberos faciunt.*

p. 330. - 7. adn. Repone: *faber fabro* pro *faber fabrum.*

p. 333. - 10. Post *novimus* dele negationem *non.*

ibid. - 7. adn. Dele negationem post *novimus.*

p. 334. - 10. *elegi ad compendium.* Quid? si scripserit: *redegi ad compendium.*

p. 350. - 10. post *debere* reponendum est signum interrogationis.

p. 355. - 23. Corrige: *ap. Symmach. Epist. VI*, 82. *habes commandare pro commendare, apud Virg.* sqq.

p. 365. - 4. emenda *Carthaginis.*

p. 371. - 6. pro *iuvaudi* corrige *iuvandi.*

p. 383. lin. 7. tolle comma post *repentino*, qui dativus pendet a sequente *inolevit.*
p. 386. - 1. et lin. 8. Perperam scripsi *allegendi* pro *allegandi* quod Cod. Agob. praebet, immemor quod Tertullianus amat hoc verbo *allegare* uti eo intellectu quo alii scriptores *allegere* usurpant. V. Apolog. cap. 11. pag. 65.
p. 394. - 9. Melius fortasse an corrigeres: *obisse*, *meritoque quae tam periculosam mundo bestiam ediderat isdem quasi scalis ad caelum erupisse.*
p. 395. - 15. adn. Iovis exoleti Ganymedis in caelo signum est Aquarius. V. Eratosth. Cataster. 30 et 26. Hygin. Poet. Astronom. II, 29.

APPENDIX VARIARUM SCRIPTURARUM AD NOVEM PRIORA APOLOGETICI CAPITA.

Cap. 1. *pr*e*sidentibus* Goth. *iusti*cie Ampl. *diligen*c*ia* Ampl. *speciem* abest Erl. *quia de condicione miratur* omissa negatione Ampl. *mirat* pro *miratur* Goth. *damp*p*netur* (ita constanter Goth. et Ampl.) Goth. Ampl. *quia nec de conditione* miseratur coni. Meurs. Crit. Arnob. p. 227. *ex* hiis *fiunt Christiani* Ampl. *merent* Goth. Ampl. (constanter) *m*ę*rent* Put. vociferant *civitatem* Erl. *ana*c*arsis* Ampl. Goth. *m. nescire. Quia iam oderunt* interpunctio est Goth. *dep*rae*hendatur* Ampl. *dep*ren*datur* Erl. constanter. *quos defendere* omisso *rapit* Goth. *Quis negat? tamen quod vere malum est* — — *quos* capit *defendere* coni. Fulv. Ursinus in Wouwerii Notis Epidicticis. nec hosti *quidem facile* Ampl. Goth. *pena* Ampl. constanter. *in c*ę*lis habere* Put. *p*e*nitet* et deinde item *p*e*nitentiam* Put.

Cap. 2. *merce*nn*aria* Put. *quod publico* omisso *odio* Ampl. *eulogiis* omnes habent mei Codd. MSS. *in nos proh*a*bitam. Plinius* Goth. *illud solum* spectatur coni. Latin. Latinius et Haverkamp. *prohibent*em. *Tunc Traianus* coni. Heraldus. *Traianum* tunc *imperatorem* transponi vult Meurs. Crit. Arnob. p. 227. *A*d*quin invenimus* (ita fere scriptum *atquin* particula et in aliis eiusdem Cod. MS. locis) Put. *provin*t*iam* Put. fere ubique. *ex formula reorum iudicandorum* coni. Beatus Rhenanus. *tormenta* et *etiam pro poena* Lugd. I. *absolvere*, vobis *non licet* est coniectura Fulvii Ursini ap. Wouwerium in Epidict. etc. *cogis negare* ne *absolvas* Ampl. *Praevaricaris* ita

leges coni. Fulv. Ursin. ap. Wouwer. *cum* ergo *in omnibus nos aliter* Ampl. *de tabella illum recitatis* Ampl. *homicida*, si et *homicida* coni. Fulv. Ursin. l. l. *provin*t*ias* et paulo post *so*t*ios* Put. *poenam quia* innocens *est* Oxon. *facile fidem acco*m*odatis* Put. *mendacium* boratis *audire* Oxon. *ne qua* ius *lateat* Oxon. *legum* rerum *naturae totius* Oxon. *intell*egere Put. constanter. *Hoc* sim *inquit quod quaeris* Erl. *mandata* dif*finiunt* Erl. *apu*t Erl. constanter. *nec cogitur quis*que *Christianum* omisso *negare* Erl. *praesump*tum *et proba*tum *criminibus* Lugd. I. *quodcu*m*que* Erl. et sic saepius. *ne prob*a*ntur non esse* Lugd. II.

Cap. 3. *ab oculis rel*i*gavit* Put. Oxon. *aut barbar*am *sonat* Put. *A*cha*demici* Put. Ampl. *Epicur*i pro *Epicur*ei Put. Ampl. *Aristar*co Put. Ampl. *pytogori* Ampl. *pytagori* Gothan. *in* homine *utique* Goth. Ampl. Oxon. *co*qu*i* hic habent Put. Goth. Ampl. Oxon. sed aliis locis in iis hoc vocabulum scriptum est *co*cus, *et nome*m *malum* Erl.

Cap. 4. *ut* ad *nihil dicatur retr. esse* pus (a m. sec. correctum est *opus*) *leges* Lugd. II. *non dico pessimi* optimates Lugd. II. sic *cum tutoribus legum.* Lugd. II. dif*finitis* Erl. *sine ullo* tractatu *humano* Erl. *sine ullo retractatu* humano more *praescribitis* (in Lugd. syllaba *no* in voc. *humano* a rec. manu addita) Lugd. II. et Agob. *ex hoc ipso* praedicatur *licere* Erl. *L*i*gurgi leges* Erl. *L*i*curgi leges* Goth. Ampl. *emendatae* tactum actori *s. d. incussere ut* in consessu medio Lugd. II. cott*idie* Erl. c*otidie* Put. Goth. Ampl. ubique. *quam* filie *matrimonium* Erl. *in partes secari*ae (superscr. a manu rec. „*i. e. occisionis*) Lugd. II. *ob*i*ciunt* Put. Goth. Ampl. Erl. Oxon. et sic constanter in omnibus compositis verbi *iacere*. *ex ar*te *dominationem* Ampl. Oxon. *tenebras iniquitatis* Ampl. *Iuliae* permittunt *matrimonium* coni. Fulv. Ursinus l. l. y*mmo si* Ampl. plerumque. *cur non* re*torquent* Ampl. ex p*ectat* sine *s* ubique scriptum extat in Goth. et Ampl. *quae ill*is *palam admittentes* Put. *immo si* non *puniunt* Oxon.

Cap. 5. *si litterae* M. *Aurelii* Put. *pa*ll*am dispersit* Put. *leges istae* quales *adversus nos* Oxon. *illic re*pp*erietis primum Neronem* Goth. Ampl. *Caesariano* graccho surrexisse Lugd. II. *in sententi*am *mansit* Erl. *Qui enim* scit inteligere voc. *illum* omisso Erl. *quos* legaverat Erl.

Cap. 6. *d*i*sciverunt* Put. Goth. Ampl. *cenam* Put. *et eam non* signatam Oxon. *quod dec*i*m pondo* Put. *insignia non* intemere Oxon. *c*e*nas* Put. *et non* libertorum Oxon. *cum* ministeriis *suis* Oxon. *cynoce*f*alo* Put. *Gabi*nus Oxon. *Gabi*nn*ius* Erl. *parum est si* senator et Ampl. y*talia* — —

y*siden* Ampl. Erl. hiis *vos restitutis* Goth. Ampl. *si* nonnisi *necessaria* Erl. *Quo*niam *illae* leges Lugd. I. *subscribi* iubeant Erl. *a centenis iam* festratus *dicendas* Erl. *Video inter matronas* particula *et* omissa Lugd. II. *matronas prostibulas* particula *atque* omissa Agob. *Serapid*en *et* y*side*n *et* arpocraten Erl.

Cap. 7. eruitis s*i creditis* Oxon. *menda*t*ii* Put. *Fama est illa*m *provinciam* Oxon. *provin*t*iam* Put. *menda*t*ium* Put. pro more. *conviv*ii *cesto* Lugd. II. y*mmo* Ampl. Goth. Erl. saepius, *dep*ren*dit* Erl. qui in omnibus verbi *prehendere* compositis syncopatas praefert formas. *Si semper* tibi *latemus* Lugd. I. *initiationes* ardeant *profanos arbitris ca*r*eant* nisi si Erl. quia *i*u*dex*, *an quia* Erl. *a*d*diciens*, *demutans* Erl. cum vetus ex *forma omnibus* Lugd. I. *non credit* in *incerto* (*in* praepositio a manu rec. addita) Lugd. II. intra duces *linguarum* Erl. f*ortitum: sed* f*ortitus est ille* Erl. ceterarum oris (manus rec. correxit *ceterorum os*) *obscurat* Lugd. II. *Hanc i*u*dicem adversus* Erl.

Cap. 8. *excipe* rudem (*rudem* deletum a manu rec.) Lugd. II. *ves*p*ere* (sed corr. a manu rec.) *libenter* Lugd. II. *ceciderint* camine, *non erres* Erl. *morienti antequam* (omisso voc. *homini*) *vixit* Lugd. II. *Cur ergo possint* (omisso voc. *alii*) Erl. Si *ignorantibus subicitur* Lugd. II. *Certe postea* reggnoscunt Erl. *ante omnia* non matre Oxon. ad *incestam libidinem* nexui Ampl. *et* cernunt *et ignoscunt* Oxon. te velis id esse *quod si prius* fecisses Oxon.

Cap. 9. *eiusmodi trag*oecis *fabulis* Put. *eiusmodi trag*oeuis *fabulis* Oxon. *fę deri conparasse* Put. *Cati*ll*ina degustatum* Put. h*arena* Put. *ructatur* ab*inde* Oxon. *qui animalium quidem*, particula ne omissa, Oxon. *quema*m*modum* Put. bis. *ctheseas* Put. *ytheseas* Oxon. Goth. Ampl. *ethesios* Erl. *luxorię. I*m*primis* Put. *forsitan de nobis*, particula *et* omissa, Lugd. I. *A*ff*ricam* Erl. y*mmolare* Erl. pro more. *minus* quid *hominis* Erl. *de iugulo* r*ecurrentem* Oxon. *Oedi*p*pum* Goth. Ampl. *edippum tragedam* Erl. *scelere.* Demum *quocunque in loco* Oxon. *docuit?* Per impios *cum suis matribus* Erl. *quam* quod si ipse *Iupiter* Lugd. II. *ignaris fili*is *pangere* Erl. prospicietis. Idem *oculi* Lugd. I. *tantum et ab* incelestu (sed corr. a manu emend.) Lugd. II. qui idem paulo post delet voc. *casu. castitas* serpit Lugd. II.

INDEX RERUM.

A.

B.

C.

E.

L.

M.

Q.

R.

Zeno

INDEX GRAMMATICUS.

A.

E.

H.

I.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

T.

V.

HALIS SAXONUM

TYPIS EXPRESSUM HEYNEMANNIANIS.